GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 10:Leibn. Marg. 10, [1] - -


Leibn. marg. 10

NIEDERSÄCHS. LANDES BIBLIOTHEK

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 10;Leibn. Marg. 10, [2] - -


PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 10;Leibn. Marg. 10, [3] - -


PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 10;Leibn. Marg. 10, [4] - -

PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 10;Leibn. Marg. 10, [5] - -

PUBLIC DOMAIN

[Leibniz, Gottfried Wilhelm von:
Collectanea etymologica.]

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 10;Leibn. Marg. 10, [6] - -

PUBLIC DOMAIN

I.

ANNOTATIONES AD FRANCO-GALLIAM JOH. HENRICI OTTII.

A.

ACHARNE', in carnem ſtimulatus, de cane venatico.

AFFILER. *Fil* eſt acies, la tranche, le fil de l'épée.

AGRAFFE, *griffe*, quod apprehendit, annectit, ut anſa *hand-grif*, & *greifſen* eſt capere.

AISE, *agio*, an ab *ocium*, an ab ἴασις ſanitas?

S'ALENTIR, lent, lind, lentus à ſono.

ALESNE, *ale*, acicula. *Aal* anguilla. Itaque radix pertinet ad omne tenue oblongum.

ALLER, vvallen, gallen, v. *Galerie*.

ALODE, forte, *a-lode*, id eſt, non-leudium; *leudes*, obnoxii.

AMBRE ab Arabica voce: Comprehendit tam Ambram griſeam, quæ per ſe odorifera eſt, quam albam vel flavam, qualis Prutenica

BIBLIOTHECA REGIA HANNOVERANA

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 10;Leibn. Marg. 10, [7] - -
PUBLIC DOMAIN

eſt,Latinis ſuccinum vel electrum,Artiſtis Gallis *Carabé*, Germanis ſuperioribus *Agtſtein* à gagate lapide combuſtibili ſeu bituminoſo, à ſuccino tamen diverſo; quod quia etiam combuſtibile eſt, Germanis inferioribus dicitur *Bernſtein*. vid. infra *Carabé*.

ARPENT, an ab arando, *aripennis*, quaſi aripendis,arandi menſura. Penſum enim non tantùm pro pondere,ſed & pro menſura ſumitur.

ARRIEREBAN, Hariban,clameur de *Haro*, cujus mentio paſſim in Privilegiis Regiis. *Hari* antiquis,hodie Hehr,exercitus. *Bannus* olim citatio,vocatio, hoc loco,ad exercitum.

ARTILLERIE & *Attellier*, forte conſpirant,ab *arte*. Eſt enim utrobique artis apparatus.

ATTAQVER, tak, take, attingere, *undertake* Anglis entreprendre.

ATTRAPER, *treppe*,cui inſiſtitur, ſed hîc infidè,ut in *trappola*, trabocco, tré-bouchet. Alias *trappen* eſt ſonus currentis. *Trappe* etiam Germanis, quod Latinis Otis,Gallis outarde, à Græco ὠτὶς, non, quaſi avis tarda. Eſt & veſtigium, ut in *Roſſ-trap*.

AUBEINE, Albins,alibigenæ.

AVANTURE, ex quo Abentheur, inter voces non admodum multas, quas Germani jam ante aliquot ſecula ex Gallico duxêre.

B. BA-

B.

BABILLER, *babil*, plapperen.

BACON, Bakken, ſeite ſpeck, etiam Anglis Bacon.

BACQVET, navicula. Bac, navis trajectoria. Becken, pelvis. Becher bicchiero: ſolent vaſa, bibendi inprimis, nomina habere cum navibus communia, ut *Vaiſſeau* vas, pro navi; ſcyphus, *ſchiff*, navis Germanis.

BAJULUS recte à puerorum cura; mox ad omne curæ genus.

BALAY, beſen. an à faſciculus?

BALLE, balg, bulga. Conſpirat tamen pila. adde *Boule*.

BANDE, Band, binden, winden, wenden, cognata.

BARIL, cadus, dolium, jam antiquis Gallis, ut arbitror, quia idem ſignificat Cambro-Britannis: non eo minus tamen a Varris (barres) dictum Turnebo crediderim, id eſt à doliorum ligamentis.

la BARLUE, caligo. *barra* lucis. *barre* eſt obſtaculum, unde barriere, ſperre.

BARON. Vir, Er, Eor Scythis. Vox in Gallia Germaniaque honorata, in Italiâ alicubi contemtus plena, de homine qualicunque vili, Kerl.

BAST. Saum-Sattel, onus aſini, muli, equi ſagmarii. Ligabant veteres *mit baſt*, cortice.

BATELEUR, à baton, quo utebantur joculatores.

BENNA, genus vehiculi Gallici Festo, notat Ottius nomen hodie apud Helvetios superesse. Convenit *Banc.*

BERNER est linteamine, panno vel sago impositum jactare in altum. *Berna* sagum olim. Id derivant ab Hibernia, unde id genus venisset: Sed quid si *berner* ex Germanico *brellen.* Sic enim solent vulpes captivas excutere, fuchs brellen, dum linteamina incurrunt. Est autem brellen vel *prällen* Germanis ab aliqua re excuti, & *rück-prällen*, est repercuti.

BESACE, bissac, ab utraque parte equi.

BILLET, Schedula inscripta, *Bil* Anglis, etiam mandatum, *willago*, (bellago apud Jornand. c. 11.) à wil, voluntas. *wick-will*, lex civitatis, adde *bilage* apud DuCangium.

BLASON à bläsle signum. bleſſer est propriè signer. *Bleſſed* Anglis benedictus, gesegnet, signatus. Fusius dixi olim in Diario eruditorum Parisino. vide *Fleche.*

BLANC, bleu, blut, bliz, blik, lucens, oculos colore perstringens, sane rubrum & cæruleum gallos indicos offendit: Hinc cum nimia luce visus obtunditur, fit *blenden*, & *blind* cæcus.

il BOJA, Italis minister justitiæ, officium ejus ligare, *binden*, *boeyen* Belgis compedire.

BOI-

BOITE, pyxis, büchſe; conveniunt, butte, botte, add. *Bouſſole.*

BONDE, de peſſulo, qui Germanis *Spund.* ſed Anglis *pund* de ipſa piſcina, quæ peſſulo aperiri claudique poteſt.

BORGNE, an à *Boren*, terebrare, effodere. cui oculus effoſſus.

BOSSE, bukel, de re elevata, ut *bauch* venter, Germanis *boſſiren*, (in cera) eſt travailler en relief.

BOUCLIER, clypeus, puto ab antiquo Celtico. nam & Cambro-Britannis *Bucled* clypeus, iisdem *bucel* puſtula. Eodem ſenſu & Germanis *bukel*, (quaſi dorſum, tumor, boſſe,) uſurpatur de armaturis librorum vel aliorum corporum ex ferro aliove metallo, quem ſenſum puto etiam habere Gallicum *boucle*, unde hoc? vide *Bouc.*

BOUSSOLE, Buſſola, büchs, pixis. Id malim, quam à buxi ligno, cui includatur, ut derivat Ferrarius.

BOUC, à cornu curvo, nam *bug* flexus. Hinc & *bec* roſtrum Celtis jam olim, ut hodieque Germanis, Gallis, Italis. *Boge* Germanis, *bow* Anglis eſt arcus: *Bücken*, inclinare ſe; *Bouger* flectere ſe, movere. Hinc eſt *buckel* dorſum, item buklen, boucles, elevatum, *en relief* ex metallo. vid. *Bouclier.*

BOUFFER, buffen, Bouffon, bos, bucca, bul-

la, bulga, balg, pila, cavum, flexum, berg, binden, boſſe, cognata. Adde *Bouc.*

BOUFFON, qui buccas inflat & colaphos recipit.

BOUGER, movere ſe, ſich regen, biegen, flectere.

BOULE, beule, tumor. Ebouler, zur erden fallen, tumendo excidere. add. *Balle.*

BOURG, burg, convenit berg, *bergen*, tegere, πύργος, turris.

BOUTIQVE, Buda, ubi maneas. *Beiten*, manere.

BRAN, furfures, antiquum Gallicum, quia hoc ſenſu etiam Cambro-Britannis uſurpatur, & jam Plinio (lib. 18. c. 7.) notum farris Gallici genus, quod *brance* vocant. Hinc hordeum vel frumentum ad coquendam cereviſiam præparatum poſteriores *bracem* dixere. Menagius de farina, vel ſi malis, de furfure interpretatur, ſed ſignificat potius quod Germani hodie vocant *malz*, frumentum ad coctionem præparatum.

BRAIRE, cognata ſunt blärre, geblärre, barditus, bruit, brauſen, brame.

BRAME, muſca major, *Bremſe* Germ.

BRASSE, braxare, cereviſiã coquere, Germ. *brauen*, quia *bracis* olim fuit frumentum præparatum ad cereviſiam coquendam. vid. *Bran.*

BRAVE à probus, preux.

BROCHE, bratſpieſs, verutum.

BRU, nurus, conſonat Germanicum *braut*, ſponſa. Item Germanica: Brut, brüten. Add. freyen, Freia, frayer.

BRUIT v. *Braire.*

BRUNIA, thorax lorica. Autor ducit à brunir, polire. ſed *bron* eſt pectus, Wallis, *brunia* veteribus Francis tegumentum pectoris.

BURLESQVE volunt dictum quaſi Berniesco, à Fr. Bernia, qui primus tali ſtylo ſcripſit. Sed quî fit, quod Itali habent *Burla*, *Burlar*, quod utique antiquius. An forte ſtylum ſic dixère, ſimul ad rem & autorem reſpicientes. *Burlar* fortaſſe ex Germanico *brellen*, unde & *berner*, ubi vide.

C.

CABARET, quid ſi à taberna? t in c vel k mutati exempla vide in *perruque*, nec abludit *cabane*. itaque Menagio origo videtur eſſe κάπη, locus ubi cibus ſumitur.

CACHER, forte à cavea. Cavus, tectus, caque, coque de noix, caiſſe, caſsis, ciſta, capere.

CAMELOT, an à Cameli pilis.

CAMISOLE, chemiſe, hanff, cannabis.

CANTON, locus, velut angulus κανθός. Coin. Cuneus in angulum deſinit.

CARABE (vid. Ambre) Menagius hanc vocem omiſit. Nota eſt Artiſtis Gallis, & ſuccinum ſignificat. Origo eſt Arabica vel potius

Perſica. Ita enim Herbelotius in ſuo vèrè theſauro orientali: *Carabah* l'ambre jaune, que les Arabes appellent ainſi du mot Perſien *Kah Rubah*, qui ſignifie ce qui derobbe ou enleve la paille. C'eſt, d'ou vient le nom de Carabé, que les Chymiſtes ou Droguiſtes lui donnent. Arabes ergo ei nomen dedere à virtute, quam noſtri Philoſophi electricam vocant.

CASAQVE. Si vox antiqua eſt, derivarem à caſula, ut chaſouble: ſin recens inventa, erit à *Coſaccis*, ut *hongreline* ab Hungaris, *Cravatte* à Crobatis.

CHALAND, an ut calendæ à καλεῖν, qui vocatur à mercatore; an potius *mon chaland*, qui curam mei habet? ut non-chaland, qui curam non habet, qui re aliqua non calet. Nam & *chaloir* olim hoc ſenſu, & ipſum calere Latinorum.

CHANGER, cambire, à commutando.

CHARGER, carrus, cargaiſon.

CHASSER, ſchüz, ſchütten, an potius à capere, captare.

CHOISIR, küren, kören. Kiesen

CLOCHE, campana, clokke; cognata: cling, clak, claquer; a ſono. Onomatop: voce cloche

COC, gallus, etiam aliquid tale apud antiquos Germanos in uſu fuit, hinc enim *Küchlein*, pullus.

COCHE, couche, quod continet rem jacentem.

COIFFE, haube, à haupt. eſt enim capitis tegumentum.

COIN, Kant, canton, ubi vide.

CO.., conſentit *gunna*, vox veteribus uſurpata de veſtimento pelliceo.

COQVILLE, coque de noix, caque.

COUCHER, küſſen, culcitra.

COU.... geilen; conſentit gala, κολεός.

COUR, courtil, gurt, garten, warte, garder, hortus.

COUST, expenſa, koſt, gaſt, gâter, guaſtar, vaſtare.

CRABBLE de Cancro marino vid. *Ecreviſſe*.

CRAPAVD, Kröte, croupir, accroupi, krupen, id eſt kriechen, adde *grapir*. Omiſſo k vel c, prodit Germanorum *raupe* eruca, & ipſum latinum repere, ſanè Cambro-Britannis *croppian* eſt repere vel ſerpere.

CRASSE, unraht, an à craſſo, incraſſato.

CREUSER, cavare, creux, crena, curvus, cruche, cric, croc, crux.

CROC, krüken, à cruce. Eſt enim *Krücke* baculus, cui innituntur debiles, in ſupremo deſinens in formam literæ T.

CROTTES, was man *abkrazet*, niſi à cruſta. Ab his malim, quam a creta.

D.

DAGUE sica, Degen est Germanis gladius, usurpabatur olim de viro forti vel heroë; consentiunt *taugen*, *tögen*, (utile esse) *tugend*, virtus. Etiam Cambro-Britannis *Dæger* est pugio.

DARD, an à Latino directus. Darder, jaculari, directè jacere. Etiam Aremoricis *Dart* est jaculum.

DECHIRER, à *scheren*, separare, divellere, id malim, quàm à dilacerare, cum Menagio ducere.

DIGUE, Agger, Saxonibus Dyk, teich superioribus Germanis est ipsa piscina, aggere aquis objecto facta.

DIK est crassum, tumens; unde haud dubiè *digue*, non a Græco τοῖχος, ut Salmasio visum fuit.

DISNER, δεῖπνεν. disch, discus.

DRILLE. Menagio à soldariolus, *soudarille* rejecto initio. Sed malim esse à Germanico *drillen*, quod est exercere, huc illuc movere, diciturque speciatim de exercitio militari. Consentit *drehen* vertere (τρέχειν) sed & *trollen*, est currere hinc, subito discedere, *troll dich*, id est, hebe dich, facesse hinc. Putem, huc etiam referri posse vocem *Drole*; nec *Dromo* abludit. *Trole* Danis Dæmon, scilicet vagum quiddam & discurrens, quod metuitur. A vo-

ce

ce *drillen* vel *trillen* ajunt familiam Trillerorum nomen traxisse; ortamque à carbonario, qui, postquam *Cunonem Kauffungium* cum subreptis Electoris Saxoniæ Friderici Placidi filiis in sylva latitantem cepisset, miranti Electori, quod Kauffungus, vir fortis & astutus, haberetur, respondit: probè hominem exercui, *ich habe ihn wol gedrillet.* Tum Elector: Tu verè Trillerum egisti; quod nomen familiæ hæsit. Tülpel

DUPPE, dölpel, tülpel. toppen, tappen, id est, impingere.

E.

EAU, ab antiquo Celtico aa, au, cui etiam consonat *aqua.*

ECREVISSE, Krebs, crabbe, ubi multitudo pedum, partium. Grouiller, crabbelen, gripen, crampon, cramp, crazzen, gratter, grabe, graver, griffel. Add. crabble & crapaut. Consentit *crib.* pecten Cambro-Britannis, quia & ipsum multifidum; nec plane abludit crible, cribrum.

ECRIMER, schermar, id est, fechten, à *schirm*, defensio.

ECROUE de pressoir, cochlea cylindri in prælo. Menagius fatetur, se nescire, unde vox hoc sensu; sed manifestè est à Germanico *schraube*, quæ idem significat. *Schrauben* est presser, tum proprio tum Metaphorico sen-

su,

ſu, quo ſignificat illudere. An forte hinc etiam écroue de denotatione conjectionis in carcerem; niſi hoc potius à ſcriptura.

EFFROY, an hoc à frigore, freiſen; *frayeur* frigus à terrore, niſi à *fragore* hæc omnia ducere malis.

ELAN, antiquis elc, alce.

ENCRE, atramentum, Belg. *inct*, an à tinct. Germanis dinte? Quidam malunt ducere ab Encauſto, & reſpondet Italicum *inchioſtro*, & hoc magis probo. Olim enim encauſto ſcribebant.

ENTAMER, ἐνταμεῖν. Eodem ſenſu Germanis *anſchneiden*.

ERRES. reprendre ſes erres. Per ſuos errores viam relegere, donec in locum notum redeas.

ESCARMOUCHE, à Scara, ſcheren, ſeparare; cum Turma, (vel un detachement) confligit cum hoſte.

ESCHANSON, ſchenken, ſchikken. connexa.

ESCHAPPER. ſchüppe, inſtrumentum quod amovet. *Schuppe* (ſquama) quod amovibile eſt.

ESCARQVILLER, crura divaricare, exquartare.

ESCOT, zechgeld. ſchäzen, ſchaz, ſcat, ſcot, écot.

ES-

ESCRIER, creiſchen, criſchen.

ESCUELLE, Schaale.

ESCURIE, ſchur, ſtabulum animalium, à ſcheren, ſeparare.

ESGARD, égard, auſſehen, ut regarder, rükſehen.

ESPAULE, ſpalla, conſonat ſchulter, humerus.

ESPINGLE, ſpendel, ſpille, ſpule, longum & teres.

ESPERVIER. Ital. ſparaviero, ſperber, qui minutas aves (Angl. ſparrow, Germ. ſperlinge, paſſeres) capit.

ESQVIF, ſchiff, ſcyphus.

ESSOINE excuſatio reconciliatrix, *auſſöhnung*. ſöhne

ESTAFIER, à ſtapede, ſervus ab equo, ad differentiam ejus, qui eſt à pedibus. Hinc & *ſtaffa*, *ſtaffetta*.

ESTERLING, moneta orientalium ſeu hanſicorum, öſterling. Ita enim appellabantur Mercatores urbium Mari Baltico aſſitarum, & in eo commercia agitantium. Inde factum ſterlin.

ESTOURGEON ſturio, quod ab antiquo Saxonico, Anglis & Septentrionalibus hodieque uſurpato, *ſtoor* magnum; eſt enim piſcis magnus.

ESTROPIER; à *Strumpf*, truncus, rump.

ETI-

ETIQVETTE, tabula, catalogus præscriptus, à *diptycho*. Talia dipticha erant catalogi Episcoporum. Vellem Menagius de hac Etymologia judicare posset: nunc eam Huetii judicio submitto, summi itidem viri. Is enim, probante Menagio, derivarat etiquette à στίχος.

F.

FAILLIR, Fallere & fallen, ex eodem.

FALOT, an à face, an à Pharo.

FARD, Menagio à fucus, fucardus. Assentirer, si fucardus uspiam extaret. Itaque malim cum Casanova à Germ. *Farb*, color. An hinc & *farlater* de vinis? translatione à colore ad saporem, ut solent sensuum vocabula permutari.

FÉE, fata, fatata. dicitur de mulieribus fatorum (si credimus) conscriis vel arbitris, quas fabulæ introducunt. Fatarum & rerum fatatarum seu incantatarum meminit Gervasius Tilberiensis meus. Scotis *Elvæ*, alv, alp, Ephialtes.

FENESTE, le Baron de *Feneste* qui cherche à paroitre, Satyre celebre, à φαίνεσθαι paroitre; en opposition du Baron d'*Enay*, dicta ab εἶναι, étre, dont il est parlé dans le dictionaire Etymologique imprimé à Geneve en 12. 1666. p. 92. p. 105. qui se pique plus d'estre que de paroitre. Etiam *Fenétre*, *Feneſtra*, sine dubio à φαίνεσθαι.

FEU, feuer, Græcis πῦρ, ignis, Anglis, Sax. Cimbris fire, fyr. Hinc olim jam *Nod-fyr*, id-

est

est ignis necessitate paratus, per confrictum lignorum durorum, in defectu alterius. Menagius derivat *feu* à foco, ut *jeu* à joco; non male. Sed credendum est antiquam hujusmodi radicem Celticam etiam *focum* peperisse: imò quia & Græca vox consentit, & ni fallor etiam Phrygia apud Platonem in Cratylo, omnia tandem esse ex Scythico fonte.

FEULTRE, filtz, vellus, villosus, pili, fila; omnia ex eodem, & haud scio, an non & folia, (*feuilles*) conspirent, quæ antiquis pro lecto. Sic apud Virgilium:

Sic tamen hac mecum poteris requiescere nocte
Fronde super viridi.

FIEF, feudum, credo à fide, quia vox ex Italia in Germaniam venit. Et ante seculum XII. feuda in Germania & apud omnes Francos *beneficia* appellabantur.

ANGLIS *fee* est remuneratio? Videndum, an in Anglo-Saxonicis extet ante Normannorum irruptionem.

FIN, fein, de eleganti, delicato, an à fine? quasi finitum, absolutum.

FLACON, flasche, cavum, ut blase à flatu, bulga.

FLECHE, fliz, infligere, flagrum, βάλλειν, bolze, freccia, pilum, fliete (qua vena aperitur) flare, omnia ab eodem fonte & cognati significatûs: Jacere, mittere, emittere; nec abludit fluere.

fluere. Zeichnen mit dem Flitſch, oder mit der Fliete, Flek, bleſſure, blaſon.

FLOT, fluctus, flottant, quod fluctibus fertur, natat. Etiam Flöſſe nobis, quod Gallis *bois flottant*. *Flotte* de multitudine rerum natantium, atque ita tandem de claſſe. Fluctus, fluere, flieſſen, flöſſen, cognata.

FOR, ver, verthun, depenſer, defaire.

FOURRAGE à fodrum, futter; futtern eſt alere, jumenta potisſimum.

FOYE, hepar ex Italo fegato, quod ab *Hepate* Menagio ſatis veriſimiliter; obſervari tamen velim, hæc omnia poſſe à Celtico quodam antiquo derivari, quia *Afu* Cambro-Britannis eſt hepar. Germanicum etiam *leber* nondiſſonat.

FREI, Franc, Friſch, ferus; & olim fram, ſeparatus.

FRANGE, frangia, friſer, kräuſen; fringant.

FROC, olim floccus, quod ex floccis rudive lana. Sed quid ſi à *rock* über rock, contractè *froc*, qui totum tegit, quo ſenſu hodie ſur-tout; Galli Italique ſcriptores deinde, ignoratâ vera origine, ad floccos confugerint.

G.

GALERIE, gallerie. Nicotio ab *aller*, Menagio à *galere*, Caſanovæ à *galer*, ſe rejouir. Unde in ſecunda editione operis Menagiani (credo ab autore additionum) irridetur. Peccavit tantùm in ſignificatione vocis *galer*, quæ ſignificat non tantùm gaudere, ſed

&

& ſalire, ſaltare, moveri; ut in vocibus Galli, Wallones, galla, gallegiar, galopper. Et forte à galler ipſum *aller*; nam g, w, ſæpe in initiis omitti ſolent; ut Wenden, Antes, Wandelen, andar; Wodan, Odin. Wind (anima, ſpiritus) Suecis and. Guelfus, Wolf, Olf, Ulphilas. Et idem Gothorum Epiſcopus, qui Paulo Diacono Ulfilas, Jornandi Gulfidas audit, Germanis hodie foret Wülfel, diminutivum à lupo. Sic Gverra, Wehr, Hehr. Porro Walken, wallen, wandelen eſt ire, ambulare; & galeria eſt ambulacrum.

GARAGNON Tholoſanis & Hiſpanis equus integer. Var, maſculus; & vir, baro, verres.

GARÇON, à baro, var vel war, vir, (ut Kerl, Germanicum) erit diminutivum garçon. Hinc & *garce* puella, ut à viro, virgo. vid. Baron. *Garce* hodie ſumitur in malam partem, ut Germ. *bube* (garçon) interdum in malam partem ſumitur; & *hure*, à κόρη puella, hodie, meretrix, etſi quidam vocem *hure* derivent ab *heuren*, mercede conducere.

GEHIR, confiteri in tortura, gicht, urgicht.

GEOLIER, derivant à caveola, ſed *Geol* Cambro-Britannis carcer, ergaſtulum.

GERON, giron, geren, ſchoſs. Gyrus, incluſum, gart, garenne, hortus, curtis, wart.

GIBBECIERE. Si vox est recentior quam Cingari, quos Bohemos vel etiam Ægyptios vocant (Egyptiens) crediderim, *Gibbeciere* esse idem, quod Ægyptiam, nempe peram, unde joculator (gauckler) quod libitum est, promit.

GIBET Ausonio Popmæ & aliis à Gabalus, quem apud Nonium Marcellum crucem dici veteres volunt. Hoc Menagius probat. At sciendum est, gabalum non esse crucem, sed furcam, qualis ubique est patibulum. Furca enim (fourchette) est hodie Germanis, & fortasse etiam Gallis & Italis antiquis Gabel, gabalus, quæ origine sua rem duplicem significare, alias notavi.

GLASON, gleba, Kloss.

Color

GLASTEN. Glastonia, id est, urbs vitrea, propter vitreum amnis colorem. Color vitreus, id est, cœruleus, ut vitriolum.

GOGUE, goguette, jocari.

GOUTTEUX, à gutta, id est, fluxione.

GRAPIR vel gravir Gallicum nonnihil obsoletum, significat repere, adrepere. Est ab origine Germanica: nam Krupen Belgis nostris Kriechen, est repere. Consentit *Grimper*, montem præruptum scandere, hodieque usitatum. *Crimp* Cambro-Britannis fastigium montis.

GRIN-

GRINCER, grunzen, γρύζειν, à ſono & figura oris.

GRIS, γέρων.

GRUAU, puls præſertim ex avena, etiam Germanis *Grüz*, Habergrüz. *Gruis* Belgis furfur, Italis *Cruſca*. Et *grand, grieſs*, Germanis ſabulum lapillis plenum. Itaque originariè de variis rebus minutis ſumitur. Ita *grind* eſt Anglis mola vel machina, qua aliquid teritur. Adhibent etiam hanc vocem, cum vitra poliuntur.

GUERDON, præmium, *werth*, κέρδος, wærderen, wardein (eſſayeur) æſtimator. a

GUERRE, bellum, werre, *wehr*, (arma) heer, hari, exercitus.

GUEUX, mendicus à *heiſchen*, petere.

GUIDER, ducere à weiden, χέμειν, in paſcua ducere. *Weide* meine Schaaffe, paſce oves meas. Non abludit *weiſen*, monſtrare, *guiſe*, modus, Germanis *Weiſe*. v

H.

HALS, collum, col, cou, cognata; itaque etſi nullam literam communem habeant *cou* & *hals*, tamen origine connectuntur. Ita ſæpe fit, ut Etymologiæ veræ ſint, quæ primo aſpectu veriſimiles non ſunt.

HANSER, aſſocier, *Hanſe* Teutonique. So-

Hansa Teutonica.

cietas urbium Teutonicarum, ſed Germaniæ inferioris. Nam *hanſe* olim Germanis fœdus, ſocietas *innung*, credo ab *eins* unum. Nam facile H præponitur aut omittitur. Cum verò magna pars harum urbium ad mare ſita eſſet, & commercia maritima exerceret, quidam originis ignari inde fecere *An-ſeaticas*, id eſt, ad mare ſitas. Porro ab hanſa nobis ſupereſt *Hänſelen*, quod eſt per ceremonias imbuere myſteriis, vel legibus, ſocietatis cœtusve.

HAPER, erſchnappen, convenit capere, ut *caput* & *haupt*. Porro hap & hak; tap & tak cognata ſunt.

HAQUENEE Menagio ab *akus* vel akinus, id eſt equus; neque hoc abſurdum, etſi *Hacnai* etiam Cambro-Britannis ſit equus gradarius: nec abludit *Naccus* pro equo in ſolennibus producto, etſi quidam hodie præſertim in Belgio ſumant pro equo vili; quemadmodum *Land*, item *Roſſ* & alia apud exteros degenerarunt.

HARAS, haracium, à *Hari*, Heer, quod ſignificat non ſolùm exercitum, ſed & gregem: nam & Germani hinc fecere *härde*, quod eſt grex. Et *Heer*, pro grege videtur ſumi Geneſ. XXXII.

HAVRE, portus, Germanis hafen, à Celtico *aber* oſtium fluminis, quod eſt portus maximè

mè naturalis. Porro *aber*, *abend*, à radice *ab* (ἀπὸ) exitum vel discessum significant. Ut à radice *op* vel *up* habemus super, ὑπὲρ, *över* vel *ufer*, quod est ripa. Hinc *Honover*, (in veteribus chartis) hodie *Hanover*, id est hohenover, alta ripa, haute rive. Vulgo *Hannover*, scribunt, credo ut ab *Hanovia*, Comitum sede, meliùs distinguant.

HAUBERG, lorica, non est ab *au* & *berg*, quasi totum operiens, ut Beslius vult apud Menagium, sed ab *halsberga*, quasi tegens collum, ut *beinberga*, tegens crus. Ipse Menagius, voce hoqueton, ex Romanisco quodam provinciali citat: un *ausberg*.

HAYE, HECKE, Hagen, sæpes vel inclusio ex spinis, vel etiam arboribus cæsis, *gehakket*, abbatis. *Gehæge* locus venationi principis servatus, quasi clausus.

HERAULT, ab oratore, quibusdam, sed Fr. Pithœo & aliis ab exercitu, qui Germanis *hebr*. Ego reperio *Herod* esse nuntium Cambro-Britannis, itaque hoc etiam significaverit Gallis ab antiquo.

HOURD, HÜRTE, cratibus factæ curtes, garden, inclusiones, corbis; Germanis *hürde*, qua includitur grex ovium.

HUIS, haus. huiscio, ostium.

HURTER, impellere, hurt, hart, herz, hurtig.

L.

LAID, difforme. Olim *faire laid à quelcun*, injuriam inferre. *Leid* Germanis est moleſtia, *leiden* pati, *leidig* res turpis, ingrata, Belgis *leelik*. Conſpirat λοιδορεῖν, conviciari.

LAISSER, laſciare, lacher, Germanis *laſſen*. Menagius ducit à Latino *laxare*: ſed hoc ejusdem originis cum Germanico, ſeu Celticum eſt.

LIE, fæx, quaſi, was ſich leget oder ſezet, ſedimentum, *lage*.

LIEVE, leuua, leuca, lauf, curſus, quantum homo ſine fatigatione conficere poſſit. Leuf, leufken, lekken (ſpringen) *laquais*, curſor.

LIVRER, liberare, deliberare, Barbaris, delivrer.

LOCLIER, à lok, loquet, mobile.

LOQUET, Sperrling, damit man die Hausthür verſperret, riegel, vel potius *Klinke*; nam eſt mobilis.

LUT inſtrumentum Muſicum, à Germanico *laut*, quod ſignificat ſonum clarum. Sed concinit antiquum Gallicum hodie Wallicum

Llais

Llais ſonus, quod Germanis ſignificat tenuem ſonum *leiſe*; conſentit & *lauſchen*, auſcultare, tanquam ex occulto.

M.

MAQUEREAU, leno, à Germanico *makeler*, proxeneta, conciliator, ſumtus in malo ſenſu. Sed *maquereau* piſcis, eſt à maculis, quia diverſicolor.

MARAUT, derivant ab Hebræo Maroud, mendicus. Sed propius eſt, ni fallor, ſitu gentium, *Maran*, Maurus, cujus eſt diminutivum: ut *maravedis* Moneta Hiſpanica eſt à Mauris.

MARC, Marca, pondus eſt Germanis, ſelibra, credo, quod olim ſignaretur, quod eſt marquer. *Marque*, ſignum, & *mercken*, ſignare. Hinc *mark*, *limes*; unde *Marchiones*.

MARESCHAL, haud dubiè à *mar* (hodieque *mehre*) equus & ſchalc, miniſter, officialis. Vox *Mar*, pro equo jam veteribus Celtis uſurpata. Nam illis *trimarchia* apud Pauſaniam turma trium equorum profunditate. Sed male Ottio noſtro *Moravia* dicta creditur quaſi *Märenland*, id eſt, *Pferdland*. Eſt enim à fluvio Morava, *Mark*, ad quem olim Marcomanni cum M. Aurelio belligerantes. *Morava* autem multis Pannoniæ fluminibus commune eſt nomen, quia *mare* antiquis aqua.

MARE, marais, Germanis *moraſs*, inferioribus *moor*, locus paludoſus olim aquoſus. *Mare* generaliter aqua; conſpirat *mare* Latinorum, & *Morini* ſeu marini, & *Aremorici*, ex quibus Procopius *Arboricos* fecit. Et Cimbris Oceanus glacialis *mori maruſa*, quaſi mortuum mare, ipſo Plinio interpretante.

MARTRE, marder, Zobel, Gallis *Sable*; à Saberis populis vel Siberia eorum regione. vid. *Sable*.

MATELAS vid. *Natte*.

MENER, (minare barbaris) fortaſſe à manere, μένειν, ut ſcilicet ducere ſit cuſtodire, manere-facere, ne pereat vel abeat.

MESCHANT, non ex *mis* & *ſchande*. *Chant* hic eſt ſolùm terminatio, ut in Italo *Meſchino*, in Germano Mislich.

MOQUER, μωκάεσθαι, ſubſannare, unde mocoſum apud Ciceronem & Quintilianum. Videtur eſſe ab antiquo Celto-Scythico, quia etiam Cambro-Britannis *moccio* eſt illudere.

MOUSQUET, unde? hæreo. Vox jam de arcubus uſurpata ante inventum pulverem pyrium. Itaque ut bombarda à bombo, ſono apum vel muſcarum, ita etiam mousquet à muſcæ majoris ſeu apis ſono, quem ſtridor jaculi imitabatur. Sane etiam *bombardarum*, nomen pulvere pyrio antiquius.

MINE à *minari*: car on menace en faiſant une mine.

N.

NATTE, madratz, à *naſſa* vel *nez*, quia hæc perforata inſtar retis.

NEANT, niente, non ens.

NIFLER, ſchnupfen. ὀνοματοποίησις.

NONNE. Sirmondo aſſentior, Nonnum & Nonnam eſſe nomen reverentiæ; & patrem, matrem vel ſeniorem ſignificaſſe Latinæ plebi. Quin hodieque *nonno* Italis eſt avus, item ſocer. Cambro-Britannis *Nain* avia.

P.

PAGE, παιδίον, pædion, padjo, ita Itali pronuntiant ſuum *paggio*, unde *page* aliorum. Itali à Græcis vocabulum accepere, qui diu Apuliam, Calabriam, & totum pene litus Hadriaticum retinuere.

PALEFRENIER, quaſi *parafredier*, à *parafredo*, equo, voce antiqua. *Veredi* autem jam Latinis equi curſores in poſtis ſeu ſtationibus, quod male derivavit Feſtus à vehendis rebus; conſonat etiam vel idem eſt Germanicum *perd* vel *pferd*, equus, quod de animali celere originaliter, ut *pardus*. Ovidio:

Placat equo Perſis radiis Hyperiona cinctum,
Ne detur celeri victima tarda Deo.

videtur tamen & ad ea productum, quorum mediocris eſt celeritas. Ita *pheredim* muli Hebræis.

PAQUET, *pak*, *pangere*, *pax*, conſonant à paciſci, *pachten*, pignus, pagare, payer, paxillus.

PERLE, beerle, kleine beere, acinus; beer, birn, pirus, fructus rotundus, Latinis major, Germanis minor.

PETRIR, vel à piſtum, vel à paſta; & forte utrumque ab eodem.

PERRUQUE, Menagio à pilus, pelo, pelutus, pelutica, perutica, perruque. Quantò propius *haarloke*, id eſt, capilli vel capillamentum. Facile tranſit h in f, ut hepar, fegato, ὑιὸς, filius. Porro φ ſeu f & p tantum differunt aſpiratione, ut πορφύρα, purpura; fero, porto, ich böre Sax. Labium lefze; lauffen, lopen. Olim etiam de capillis nativis dicebatur *parruca* à Poëta Italo ſeculi XV. quem Menagius citat; de capillis Abſolonis, quibus implicatus periit. Sed ſi hoc translatè dictum ponamus, poſſet perruque eſſe à biret, baret, pileus, baretken, pileolus; quia tegit caput. Fortaſſe *Barretta* non male *parruccam* dederit,

rit, quia olim capilli aſcititii capitio vel calanticæ aſſutilerant, quod ſenes meminerunt. Fuit autem ad rem novam ſed cognatam opus aliqua mutatione vocabuli tranſeunte t in q vel k quod ſæpe fit, ut in τὶς quis; *titillare* kizeln; plat, *plaque* Gallis ex pulte *pucha* Hiſpanis. ὅτε Dorienſibus ὁκα; πότε, πόκα. Taberna Gallis cabaret, ubi vide.

PIPE, pfeiffe, à ſono, ut *pipire* in pullis. *Pipen* inferioribus Saxonibus oſculari. Nam os ipſum *pipa* eſt, ſeu fiſtulare inſtrumentum.

PLONGER, plumpen, à ſono. onomatopoeia

PUCELLE, à puella, uti conſentiunt puſio & puer.

R.

RAFLE, raffen, rapen, rapere, rauben, derober.

RAT, & radere forte ejusdem originis.

RATAFIA, genus aquæ vitæ forte. Menagius ait, eſſe vocem, quæ venerit ex India orientali. Sed eſt corrupta ex *rectifié*, rectificato ſcilicet vini ſpiritu, id eſt, ſæpius deſtillato.

RICHE, dives. Recte Menagius, ſignificaſſe olim etiam fortem, potentem. Hinc *recken* veteribus gigantes vel heroes; & *ricke* Saxonibus inferioribus conti oblongi; & *recken* eſt extendere, nempe in rectum. Conſpirant & rego, riga, reihe, omnia de recta linea.

nea. Tales tranſitus frequentes ſunt in Etymologiis, modo non fiant per ſaltum.

ROUTE, ruta cæſa, via facta per ſylvam. ausreuten eſt excidere.

RUE, reihe, riga, platea recta.

RUFFIENNE, maquerelle, à ruffen, vocare. Hoc probabilius, quam quæ Menagius & Ferrarius afferunt.

S.

SABLE, pro arena, ex ſabulo. Sed Heraldiſtis *Sable* eſt nigrum, à martis Zabelinis ſive Saberinis ſen Siberienſibus. Sciendum enim eſt, primos Heraldiſtas nomina ſplendida & non vulgaria quæſiſſe. Itaque pro flavo aurum dixere, pro albo argentum. Ad nigrum ſignificandum adhibuere pelles zabelinas, ad rubrum pelles rubricatas, quas gulas dicebant (geules); ad viride forte à Sinope ſeu Ponto allatum colorem, ut rectè Alteſerra, probante Menagio in voce *Sinople*.

SENESCHAL. Etſi dubitet Menagius, dubitandum amplius non eſt, eſſe *Sindoſchalcum*, qui familiam regebat, *geſinde*. Itaque erat officialium primus, dapiſer ad menſam, & ſignifer in acie.

SEQUIN, vid. ZEQUIN.

SIRE. aſſentior Menagio, eſſe à Senior, unde

Sior

Sior contractum est. Ita *Siora armen*, Domine miserere (Herr erbarme) dicebant Vandali & alii populi Germanici apud Augustinum. *Arm* est miser, *arme*, misereri Ulfilæ.

SOC, ferrum aratri. Nempe sica, secare, scindere, säge (serra, scie) schneiden, scheren (separare) omnia ab eodem fonte.

SOMMIERS, trabes compactiles, zusammen gesaumet. Ibi *Saum* extremum, à Lat. summo.

SPERVIER, qui sparbas; (ut sic dicam) id est, sperlinge, passeres, capit. vid. *Espervier*.

SPADACIN, spatarius. Sicut *gleeve* simul gladius (glaive) & in antiquiusculo Germanico, hasta; sic spada, epee, gladium; spet, spies, hastam designant.

SUEIL, schwelle, süll Saxon. infer. *Solium* est planum elevatum. *Schwellen*, Germanis est tumere, elevari.

SINOPLE, non est scutum, ut vult Ottius, sed color viridis in scuto. Vid. *Sable*.

T.

TAPINOIS, an à ταπεινὸς, an à taupe aut talpa; an à *tappen*, quod est manibus tentare iter, imo & manibus incedere? hæreo.

TOMBER, *taumeln* est huc illuc nutare, ut casurus.

TOQUE, Menagio visa vox Turcica ex Leonclavio, lineum capitis tegumentum significans. Sed in Cambro-Britannico, id est, Celtico antiquo reperio *tocc* pileus. Saxones inferiores virginem bene, præsertim in capite ornatam, vocant eine *docke*.

TOURNER, drehen. τρεχειν, Troja, trojamina, turnamenta.

TOXIN, à sono *toc, tic.* Casanovæ *tocsin* signum campanæ, quia *toc* sit Linguadocis campanæ sonus. a

TRANCHER, an truncare? an à *trennen.*

TRAPPE, vid. *Attraper.*

TRIPPES, exta, intestina etiam Cambro-Britannis.

V.

VACARME, ingens strepitus. Menagius negat sibi de hujus vocis origine constare. Casanova in legibus Bajoariorum legit *Carmulum* vel *Carmulam* pro seditione, & (ne quis vocem intra Bavariam coerceri putet) reperio *Karmen* esse strepere, lamentari.

VASSAL, à Vassus, guesin, addictus Comes; c consentit Germanicum *Gesell.*

Y.

YPECACUANHA. Est radix Americæ meridionalis, quæ præbet purgans egregium contra dysenteriam, & nunc etiam contra alios morbos utiliter adhibetur. Guil. Piso, qui principem Mauritium in Brasiliam comitatus erat, jam nominis & efficaciæ meminit. Sed multa egregia in libros literasve relata, hominum negligentia intercidere solent. Itaque ante paucos annos Mercator Gallus ex Hispania hanc radicem attulit, & Medicum Batavum sibi associavit. Inde res celebrari cœpit: primus eam in Germania publicavi dissertatiuncula edita, cum ad me de ejus viribus ex Gallia perscriptum esset. Medici diu contemsere, donec tandem utilitas prævaluit.

Z.

ZANI, persona jocosa in comœdia, qui Germanis *pikel-häring* quasi halec ex muria, ob sales, qui sæpe crassiusculi. *Zani* rectè Menagio quasi Giovanni, ut Jan, Jean, Juan, quod nomen, quia valde commune, in contemtum abiit. Ita *Zuecca* Venetiis pro *judaica* id est loco, ubi habitant Iudæi. Et Veneti alias voces Italicas similiter immutant.

ZEQUIN. ZECCHINO moneta aurea, qualis

lis in Italia appellatur *Ongaro*, (qui Viennæ *Kremnizer*, à *Cremniz* urbe fodinarum Hungariæ, ubi percutiuntur) in Germania *Ducatus* (à moneta Ducis Venetiarum) valore hodie duorum imperialium ſpecialium, ſeu duorum ſcutatorum alborum Gallicorum; *Zecchino* nomen à *Zecca*, loco monetæ; & *Zecca* dicta eſt pro *Zuecca*, ſeu Judaica, quia moneta aliquando in Judæorum poteſtate fuerat, quod nimis ſæpe fieri videmus. Menagius (voce *ſequin*) notat Zeccam à Caninio derivari à *theca*, à Ferrario à ζύγος libra. Et ipſe obſervat Hiſpanis dici *Seca*, quod Covarruvias dicat eſſe Arabicum. Sed vera & manifeſta, ni fallor, derivatio eſt, quam dixi. Menagius huc refert *Eſclin*. Sed Eſclin, Echelin, Germanis *Schilling*, Anglis *ſhilling* corruptum eſt ex *Solidus*, ut *Soldo* & *Sol*, *Sou*. Eſclin autem de ſolido aureo accipiebatur; ſchilling de argenteo accipi ſolet. Et Gallis aliquando dicitur *Sol d'or*, ad differentiam denarii, qui etiam *Sol*.

II.

II.

hîc Scandica passim

AD GLOSSARII CHAUCICI SPECIMEN NOTÆ.

ANHAHLEN, id est, anreden. An forte à sono spirituve, qui est *hall*, halitus.

AFFASSEN, ausschelten, unde, est inquirendum.

AHLA, aqva infecta, trübe, non limpida, qualis etiam *ähle*, cerevisia, nempe frugum succo infecta. Ahlpaul

AASBOOK. Videndum, an satis certum sit, Azonis librum Bremæ speciatim fuisse notum, ut hic dicitur.

ADEBAR, ciconia. Considerandum, *ader* esse avem, & modo pro genere, modo pro specie sumi. ἀετὸς aquila, *edderdunen*, plumæ avium, unde culcitræ. Quid terminatio *bar*, dispiciendum. Hanoveranis Ciconica hodie, est *äbeere*, Brunsvicensibus *Heilebaart*.

AISCH, conferri potest cum αἰσχρὸν, turpe.

ATIN, eine alte vetel, forte propriè eine alte frau, ut *Aita* pater, *atta* avus.

ADEL, unde, nondum satisfacio mihi. Si apud Islandos *Adal* significat præcipuum, non ideo tamen nostrum inde; cum revera idem

sit utrumque *adel* & *adal*, nobile & præcipuum. Alia ergo quærenda communis origo utriusque. *Adal*, Islandis erbgut, videtur esse ab *öd*, possessio. Nescio, cur *Adalman* (pro marito) dicatur esse Scythica vox. Nam quod *Verelius* Lexicon suum vocat Scytho-Scandicum, ex liberiore conjectura est. Ego Scythica malim vocare, quæ Sarmatica, Hunnica vel Ungarica sunt. Si Adalman Scandis est Ehmann, fieri potest, ut Eh, Echte, Edel, Adel sint cognata. Summa: amplius inquirendum. Forte ut gentilhomme a gente, sic *atel* ab *atta*, patre, majoribus, cujus genus notum.

AF, id est, *von*, vox communis Cismarinis & Transmarinis Germanis; imo Græcis & Latinis & aliis, etiam Hebræis. Certe Cumricum *aber* pro occasu inprimis fluvii, & nostrum *abend*, & *ebbe*, & *aber* pro repetitione, videntur esse à radice *ab*, quæ discessum, exitum (ut in aber vel haver, exitu fluvii, indeque nato portu) finem, occasum (ut in abend) repetitionem à repetito discessu, duplicata etiam litera b, ut in *ebbe*, interdum & non duplicata, ut in *aber*; unde & *after*.

AFFALL, pro abfall nescio an mereatur collocari in Glossario, cum paulum inflexa tantum pronunciatione differat ab eo, quod omnes Germani dicunt; resque redeat ad duas voces, unde hæc componitur, nempe ad *ab*, (de

quo

quo jam) & *fall*, radice, unde & fallere, falſum. Sic & *abgift* reducitur ad *ab*, & *geben*; nec magis Scandicum, quam noſtrum eſt, & *ab-leiben* etiam noſtrum æque eſt, ac Scandicum. Certum eſt, *leib* olim non ſolum corpus, ſed & vitam ſignificaſſe, adeoque *leib & leben* fuiſſe idem. Memini id mihi in veteribus lectum. Eodem modo *ausnehmung*, exceptio, vox pure Germanica.

AF-WRIEHET, eine abgeſonderte Weide. Quid *Wriden*, amplius inquirendum. Habetur wreede, ni fallor, pro fero, ſylveſtri,

AFFSCHRÆFFEN, *ſchræv*, *ſchram*, *ſchræmen*, cognata videntur, & indicant ſemitam quandam obliquam, ſulcum, lineam, foſſam. Eſt labor foſſorum, qui vocatur *ſchrämen*.

ANGEL, non minus quam Scandicum, *Age*, ſunt ab altiore origine. *Angulus* Latinorum, *ancon* Græcorum cubitus, unde Ancona, *hengen*, *henckel*, uncus, incurvationem quandam notant. Adde *eng*, *anguſtum*.

AFSTACKEN, machen. Ego puto, *abſtechen*, *verſtecken*, *ſtück* &c. ſtechen, ſtecken, ſtacken, omnia eſſe ab eodem.

AFRäCKEN, rechnen, rache, recht, richten, rachtung, regere, rectus, Rex, Riga, reihe omnia ab eodem.

AFWIECK, *Weichen* (cedere) *Weich* (mollis) *wic*, ſive a cedendo tanquam in

aſylum, ſive a fluminis ſinu ; niſi forte *wic* a *vico*.

AHRE, *ähre*, & Scandicum *ahs*, non differunt, niſi dialecto.

ALT, an ab *ala*, quod eſt parere Scandis? neſcio, non tamen contemſero. Neſcio, an probabiliter Adelheid ab Aleika Scandico, quod eſt contemnere. Quidnî ab *Adel*, ut Adela, quod etiam nomen fœmininum. Unde tamen terminatio *heid*, non ſatis ſcio, niſi contractum forte ex *hilda*, ut Brunehaut pro Brunehildis, Mahaut pro Mathildis.

ALF, Geſpenſt, omnibus Germanis non minus quam Scandis, *der alp druckt*. Sed unde? hæreo. Græcis eſt ἐφιάλτης & ὄφιάλτης, an hinc corruptum noſtrum?

ALLMAN, neſcio, an cum Scandico *Alman-varn*, juvenis bonæ ſpei, connexionem habeat. Sane *Allman*, Almand, haud dubiè mancherley art volcks. Reperitur in Legibus Wurtebergicis, paſcua communia dici *die allmand*.

ALRÜNIKEN nobis mandragora; ſed apud Jornandem *Aliorunæ* dicuntur fœminæ ſapientes, ſagæ. Credibile eſt, eas mandragora uſas, ut nunc quoque faciunt magiæ ſtudioſi.

ALL gantz, Scand. *als* pro toto, omni; convenit cum Græco ὅλος.

ANT-

ANTLITZ. Ant, ent, convenit cum ἀντὶ, & *ante*, & significat quod est ante nos seu adverso. *Lid*, *glied*, est membrum. Dicimus etiam *augenlieder*.

ANGER, Scandis *Angur*, *sinus*, ab eng; unde angustum, angariare, ancon, uncus, de quo supra.

ANNA, cum fœminæ nomen significat, puto venisse Germanis cum religione Christiana. Nempe Joachimus & Anna creduntur Beatæ Virginis parentes. Non ergo quærendum in *anna* Scandico, metere; quod videtur esse ab *ärna*, quasi erndten.

ANSE-STÄDTE, ab *ansa* curare, Scandico. Malim esse ab *Hansa* fœdere, societate; unde *hänselen* de iis, qui societati vel collegio initiantur.

Unde ARFE vel *erbe*, *arm* &c. amplius inquirendum. Germ ex græco

ARG, ignavus, Scandis *argur*. Græcis ἀργὸς, ubi nescio, an quasi ἄεργος. Nam & aliqua inde ad nos venisse, non absurdum. Nisi malimus, esse quasi ohn-Werck: nam & ἔργον & Werck conveniunt.

ASCH, Cinis. Hebræis אֵשׁ flamma, ignis. Amplius inquirendum, an aliquid forte apud Cambros, Sarmatas, aliosque populos, quod consonet. Fieri potest, ut *aisch*

& αἰχμὸς consonent: nam cineribus sese homines in dolore deturpabant.

ASCHENBURG. An ab Ascur, quod Scandis navis? dubito. Habemus Aschariam, unde *Aschersleben*. *Aschaffenburg* est non ad Rhenum, sed ad Mœnum. Si à navi, quidni potius à Schif, Schiffenburg. Sane Lambertus *Schafnaburgensis* dicitur; & Schiff, scyphus, scaf, scapha, schup, omnia significant rem capacem; uti vas, vasculum, à barbaris Latinis, à quibus Gallicum & Italicum fluxit, translatum est ad navem: unde vaisseau, vascello. Unde vero Scandicum *Aschur*, amplius inquirendum. Ascomannos vocabant piratas.

AFTER, verb. gr. Afterkauf, unde Scandicum *aterkiop*, retroemtio. Nam ut supra notavi in voce *ab*, aber, ebbe, after, repetitionem significat.

ATJEFAHR, decrepitus, alt-vater. Atta sanè non tantum Scandis avum, sed & aliis patrem vel aliquem majorem significat. Etiam Frisiis *Aita* est pater.

AUGE, oculus, & Scandicum *auga*, itidem idem sunt. Origo altiùs petenda. Oculus, ὄμμα, au, ö, aue insula, aliquid scilicet rotundum & concluſum.

AUGENBRADEN, Scandis *augabragd*, momentum, quod nostris *augenblick*. Sane *bricht* est ictus aliquis in antiquo Germanico; sed

au-

augenbran nobis potius limbus ille ſuper oculos: nam *breme* eſt limbus; unde *brämen, verbrämen.*

AUG, *ook*, augere, auguſtus ooker des Reichs.

AVISIREN, tam hoc quam Scandicum, à viſu. Aviſar, aviſer eſt à *weiſen*, *anweiſen*. Et hoc convenit cum viſu, & wiſſen, ſcientia. Credo tamen, vocem à Gallis ad nos veniſſe.

HERRAURG pro avaro. An alluſum ad Latinum aurum, vel ad avarum?

AUHEERDA, unterhirte, ab hirte; ut *au* ſignificet aliquam inferioritatem, ut *after*.

AURWINDI, Scandis indignitas. Ambæ voces indicant, *au* aliquando ſignificare inferioritatem; cum tamen alias, ut in *aurochs*, *auerhan* (over) ſignificent ſuperioritatem; niſi forte feritatem, ut in urus, ferus.

AHRTIG, haud dubie ab art; ut gentil, gentile à genere, gente. Sed unde *art?* An ab *arte*.

Contentus literam A totam percurriſſe, paucula ex aliis literis addam.

B.

BANN, eſt antiquis Germanis proclamatio. Hariban (unde arriere ban) clameur de haro.

BAHRE, ſecuris, à *bahrde*, unde & *helle bahrde*. Dubito igitur, an à *bahren*, quod Scandis dicitur eſſe *ſchlagen*.

BAHTE, nutzen. Nempe conſentiunt beteren, beſſern, beſſer, buſſe, baſs, vorbaſs. Es *batet* nicht, es iſt kein *bahte*.

BOOK, liber, à fago buch, id eſt, cortice, in quo olim ſcribebatur.

BODE, bude, beyden, beuten, bauen, ab eodem.

BOGE, bucht, biegen.

An BREMEN, à *brem*, fimbria, ſaum. An potius à *bram, brambeeren?*

BRÖDERN, eſſen, trincken; forte à confraternitatibus, quales calendarum.

BRAUT, *βρύειν*, add. Hollandos.

BÜRDE, à ferendo, *böhren*, *φέρειν*, ferre, unde & *baren* filius. Hinc & *böhren*, gebühren, id eſt, quod incumbit, opus eſt, onus cujusque, officium.

BESCHWIEMEN, à *ſchwimen* und *ſchwiemelicht*, qui fere deliquium patitur.

BIDERMAN, eſt bederve man, ut veteres Germani paſſim loquuntur. *Biderve* vox valde olim uſitata de omni re apta; forte, qua indigetur, *dern man bedarff.*

BIESTER, baaſs, verbaaſt, ab eodem.

BULLEN, der Donner; credo à ſono *boldern.* Ita & Anglo-Saxonibus.

D.

DORF, *dorp*, inquirendum.

DÖHNEN ſtallen von Weiden &c. damit

den

den vogeln nachgeſtellet wird. Apparet, id omne, quod vim habet Elaſticam ſe elevandi, extendendi zu thänen, dähnen, dehnen, zu erheben, (unde *dunen*, hügel) Germanis eſſe duun. Nam & plumæ illæ, quæ ſeſe compreſſæ elevant, dicuntur *dunen*; & in illis avium decipulis vis elaſtica utramque paginam facit.

DÖRF ein thier, ſo immer klein bleibet. Hæc vox notanda. parvum

DÜRFFEN, Germanis olim non minus quam Scandis, imo & Græcis hoc confidentiam ſignificat; unde & *thurſtiglich*, id eſt, audacter. darf

DRIEVE, *Plauderhafft*-Weib, die übel von andern redet, und die Leute herdurch ziehet. Notandum.

DRAT, geſchwinde, non tantum in Scandico, ſed & in noſtris cantionibus: Drat promte

Pilatus fraget Jeſum drat,
Sie ſuchten falſche Zeugn und Rath.

Item:

Sein Gelübde hält er treulich,
Und gibt ſie dengar drate,
Die fragen nach dem Worte ſein.

DAMM, dubito, an à Scandico *damm*, incurvatum. Potius domare, δαμάω, coërcere, cogere, dominari.

DEUT eſt exigua moneta, quæritur unde?

DWALEN, irren, *dwala*, Scand. fatuus.

Videtur esse à *Walen*, wallen, vagari velut devium.

DÜSTER, dust, pulvis, forte à dunst. Ambo ab eodem.

DIENEN, degen, taugen, conveniunt. *Degen*, held.

F.

FÄHR-MELCK, forte quasi firnen-milch. Hat noch milch im andern jahr, ob sie gleich nicht gekalbet.

FEEH, ein Mensch, dessen todes-stunde heran nahet. Hoc singulare. An hinc *feig*, languidum?

FLAGE, ein Regen-oder Hagel-Schuhr, als ein fliegender übergang.

FLAGGE, ein raum. Forte idem quod plagge, plaga, platz, Stück, ebene, plaggen-stechen, (erde abstechen) fläche, planities.

FLETT, des Hauss-Vaters kammer, da das bette. Scandis flett est lectus.

FLIE, freundlich. *fliod*, Scandis amabilis.

Mit etwas FLOCKEN und FLÜSSEN, id est schalten und walten. *Flocken* videtur esse, in floccos dissolvere, pflücken, & *flussen*, zerstucken, flitz, fletz.

FUNCKELN, lügen, aliis *flunckern*.

FUCKEN, debischer Weise bey sich stecken, *byfucheln*. Germanis superioribus *ficke* est marsupium.

schalten und walten

FOSTER, zuſammen gemenget Heu und ſtroh vor das vieh.

FÜHNISCH, tückiſch und Rach-gierig.

FEHRDEN, da ein furt oder eine farth über die Aller vor alters. *Vadum*

G.

GLEP-OGE, de eene düfel heth den andern glepp-oge.

GLUP, heimlich. *glup-hohre*, heimliche huhre, *glucken*, heimlich ſauffen. Saxonibus inferioribus *Glupiſch*, de eo, qui incautum invadit, velut ex occulto; ut de cane non latrante.

GORRE, o du arme Gorre, von einem Kinde, ſo kranck und elend. *Görre* Brunſvicenſibus ein Hengſt.

GÖR, ein junger menſch, etiam Scandis juvenis. *ostrogothis similibus verbis*

GRIENEN, lachen, Scandis *grina*, ridere. Superioribus Germanis *greinen*, flere. Interim *grinſen* eſt lachen. *Grinſe-Veit*, qui ridet.

GAT, loch. Svecis *gat* oſtium. Hinc *gatter*, *gitter*, clathri.

H.

HALS, collum & Scandis. *Halſa*, Scandis colles.

HIGEL, hoch, hill, hils, hals.

HAM,

HAM, umb grabene Weyde (forte ab hain, hagen.)

RACHER, abdecker. Scand. *Hræ* cadaver, *Hrack*, abjectamenta, *Wrack*, ſtücke, töpffe, ſo ſchadhafft.

I.

IHLATIG, muthwillig. Brunſv. *de eilatigen hände.*

IODUTE. Proverbium: *beſchryet Jodute.* Das Wort Jodute wird bey beſchreyung der gewaltſamer und mörderiſcher weiſe entleibten todten Cörper im Hertzogthum Bremen und auch Verden gebrauchet. Eſt ad opem & auxilium proclamare: ajuta, aita, à l'aide.

ISEGRIM, Wolff. Itaque & Autor libri *Reinike Vos*, lingva Saxoniæ inferioris ſcripti, lupum ſic vocat.

IDR, Scand. *ar.* (forte hinc *æra* Hiſpanorum) *artid* Scandis anniverſarium.

ICKRUM, ein waſſer-vogel, der des Sommers, ſonderlich abends, als eine Ziege laut ſchreyet.

K.

KARLSWEG, bey *Lock-ſtet*, ſo nach dem lande *Wurſten* und *Hadeln* gehet, von Carolo M. durch einen ſumpffichten ort zu erſt gemacht.

KÄHLE, ſchmertzen, Kop Kahl, dolor capitis

pitis. Scand. *Kilia* cædere. Addo ego Anglis *Kill* esse tödten.

KIESEN, wählen *Keosa*, Scandis, choisir, Kühren.

KOMPAHN, Scand. Kompan, socialis, Cumpe, ein Kumpe, compagnon. Puto esse ex Gallico.

KRITTEN, Scand. *Kretta*, contradicere, Ital. grida, Gall. crier, Germ. Kreischen.

KASTEN, tauffen, baptisare, scribendum *Karsten*. Scand. *Kristna*, etiam Anglis *Christning*, est Christianisare; nisi forte à chrismate.

KUARRE, das freyen.

KUÄNE, eine junge Kuh, so noch nicht gekalbet, Svedis *Kuena*, Hanoveranis *Queen*. *Kuenski*, virginitas. Mulier Svecis *quin*; Anglis *queen* Regina, Königin. concordat γυνή.

KUITTERN, geschwind und Kleinlich reden, wie die Weiber. Scandis *Kuida*, lamentari, queri; *quittur*, incertus rumor, *quedern* multum loqui, litigare.

KÖHR, ein plauderer, *Köhren*, schwatzen.

KUHLE, fossa. Scand. *Kulle*, tumulus.

CURTOSYL, Scand. *curteis*, humanus, puto, manifestè esse à curia.

KARMEN, clagen, schreyen.

KLADDE, concept-buch, id est, gekritzet, gekratzt, Kregen, Kratzen, Scand. *Kladdi*

pru-

pruritus. *Kleien*, Brunſvic. eſt geſchwinde und übel ſchreiben. *Klack*, macula. Inde & *Kläcker-bauk*.

KLINCKERKOST, geringe ſpeiſe, ſo vor ſtarcke leute nur dienet.

KLUFEN, Klauben, ausforſchen.

KUTHEN, ſchlachten, *Kuther*, ſchlachter. couteau, ein meſſer.

KEIBELN, betrigen (cabbala)

KRAEM- oder *Kraden-düfel*. Bufo, ein Kröte.

KRABBELN, Kützeln, manus pedesque celeriter motitare. Krebs

KNENLICH, Klein.

KRUP, allerhand zahm feder-vieh.

L.

LEEG, Scand. *leeging*, deſpectus.

LAGR, Scand. humile, vile.

LECKER, Scan. *leikari*, ſunt Muſici ludiones; noſtris, credo, ſaltatores, quod magis proprium.

LUHA, oder *lieha* im Bremen-und Luneburg. ein fluſs. Scandis *lia*, dare, item fœnum reſectum. Hanoveranis, & *liet up*, vel ſimpliciter & *liet*, es tauet auf.

LAFF, was in die milch gethan wird, um ſie zu käſen.

LIGGER, he hat einen ligger, id eſt, ſpiritum

tum familiarem. Forte a lugen, kucken, ſehen.

LORRENDREYER, herumſchleicher, betrieger, *Lurren*, lügen.

LUHR, lauer, Scand. allaude, plebs.

LUCKEN, utlucken, ausreiſſen, neue lucke machen.

LUCKE, eſt in ſuperioribus contignationibus pars parietis aperta relicta, ut per eam deorſum attracta immittantur.

LECKEN, von den fiſchen, wenn ſie leichen.

LUXEN, beluxen, unvermuthlich an einem ort finden, übel begegnen, da man es ſichs nicht verſiehet. item betriegen.

LAMPE, der haaſe.

LEEFHOKE, abergläubiſch ding, damit man eines andern affection zu erlangen meinet.

LÜTKE, ein hahne.

LUHEN, athem hohlen. He kan nicht luhen.

LURREN, ſind die lenden. Sie hat eine lahme lurre.

LÜTTK *und* FAKEN, wenig und offt.

LUNGERBANCK, ein faulbette, auff der lungerbanck liegen, faullentzen. item lungern gahn.

LUHREN, murriſch auſſehen, lauren.

LEHE, eine ſenſe.

M.

MAGE, verwandt. Scand. *Magur*, ſocer.

MAGD, virgo. Scand. *May*, moer.

MAL, etiam Scandis prandium.

MANN, Scandis *Madr* & *man*. Contra *madgen*, virgo. Scand. *may*.

Gamel-MAT, in Dennemarck eine groſſe ſchüſſel, worinn man ſchincken und allerhand fleiſch auffſetzet.

MALTZ, ein Kerl der nur iſſet und trincket.

Schiff-MAT, iſt ein ſchiff-burſch.

MIGEN, mejere, etiam Scandis *miga*.

MINDERN, *mincka* Scand. minuere.

MUDDE, moraſtig, moderich, (*maden*, quæ ex putredine creſcunt) *moer*, moeras, *moda* Scand. amnis. *Modigr* Scand. ſqualidus. *Mohr*, ſchwartze torf-erde. Scand. *Mor*, terræ ſpecies quædam, unde color tingendis pannis.

N.

NIEPEN, ſich mit einander niepen, wie die ochſen mit den Köpffen, Scand. Rixa.

NIEPER, ſchöhn, hell und clar in den augen.

NIPPEN, innippen, einſchlummern.

NÖLEN, mit freſſen und ſauffen die zeit zu bringen.

O.

O.

OLKER-NAHMEN, zum ſchimpff gegebene beynahmen. Brunſvic. *Terneids Nahme*, aus Neid gegebener Nahme.

P.

PLAMPE, eine grote plampe, ein groſſer Degen, Schwerdt.

PLATE, Scand. *plate*, thorax ferreus.

PRAM, blattes ſchiff. Hinc aliquibus Brema.

PRESUHN, gefängniſs, Scand. *priſun*, eſt ex Gallico *priſon*.

POCKEN, ſtehlen, forte à *poche*, pochet, ut ſupra, *fucken*, ſtehlen. Aliis, picken, abpicken.

PUSE, puſelie, muliebre pudendum, *puſa* uxor, puſſa pudendum, puta ſcortum.

PLIETE, Wunde. Hinc bleſſer. He hat öhm eene gute pliete gehauen. Pliete etiam ein Meſſer. *Fliete* eſt quo chirurgi ſcarificant.

POLL-ECHSE, ſecuris major, an qua taurus (bulle) occiditur?

Q.

QVAPPE iſt eine aal-raupe.

R.

RANGE, ein bauer-hund, it. ein junge.

RACKEN, anſpeyen, Scand. *Rack*. ſputum. utrachen, auſpeien, à *rachen*.

RASCH, hurtig, Brunſv. Riſch. Scand. *Ras*, curſus. Brunſvic. Raſch eſt geſund, friſch.

REEH, Scand. *Ra*, capreolus.

REEDE, bereit, *gerada*; Scandis *reidt*, inſtrumentum.

REEP, funis (hanff puto Anglis) ſc. rep, funis. *Reppeln*, das flachs durch einen eyſern kamm ziehen, daſs die knoten herunter gehen.

ROGEN, Scand. *roa*, remigrare.

RAHMEN, verſuchen, die rechte Zeit treffen; endlich zum Zweck gelangen. Auff einen *unrahm* gerathen iſt abirren. *Rahm*, worinn das Zeug geſpannet wird, in welches die Weiber etwas nehen oder ſticken.

RIE, reihe, ein weit hinaus ſich erſtreckender Waſſerphuel, (a riga, longitudine.) Rio Hiſpan.

RISEN, dick werden (Anglis riſe) die melck riſet. wo wat is, da riſet wat, es nimbt ab, verdirbet, es wird was davon genommen, verlohren.

ROOCK, ein groſſer Raabe; He ſtillt als ein roock. An forte hinc Anglorum *rogue*, ein loſer vogel. Brunſv. ein Kulck-Rabe.

RÖPEN, hier iſt nichts mehr zu röpen, id eſt, zu profitiren. rapen, raffen.

RÜCKEN, fortfahren: dem woll iſs, late ſien rücken, ſi qua ſede ſedes. (Rücke hinauf, in Evang.)

S. SAAL,

S.

SAAL, Ramſahl oder Ramesloh, vulgò interpretantur Arminii *Saal*; ½ meile davon *Harmensdorff*. Arminius ſoll unfern davon auf dem Felde bey dem Dorff *Steinbeck* begraben liegen in einem mit ſehr groſſen ungeheuren feld-ſteinen mühſelig gemachten anſehnlichen und weit-extendirten Helden-monumento.

SATE, Zuſammenkunfft, wenn die Ritterſchafft im Hertzogthum Bremen eine Sate gemacht gegen einen annahenden feind. Ego puto eſſe à ſedendo. Habemus *Sate-brieff* etiam apud Ordines Brunſvicenſes.

SACHS, gladius. etiam Scandis.

Cloſter SEVEN. Strohm *Sefe* iſt im Ambt Winſen. Scand. *ſefe* eſt tranquillitas.

SELLEN, verkauffen, Anglis quoque Scand. *ſeld* venditio.

SCART, ein meſſer. *Schart* eſt læſio. Sein Schart auswetzen, damnum ſibi datum reparare.

SCHARE, turba eſt à diviſionibus, meo judicio, in trouppen getheilet, in agmina.

SCHAND, Scandis *Skem*, turpe.

SKIMPA, Scandis jocari. Schimpf und Ernſt, joco-ſeria.

SCHIER, clar. *Verſchieren* dicitur von Zauberinnen und tunckeln böſen thaten, die

mit den augen ſchaden thuen. *Schier* alias eſt bald. *Scheuren* eſt reinigen.

SCHMEHR, Scand. *Smior.*

BESCHMITZEN, Scand. *ſmittan.*

SCHNÄH madgen, ſo geſchwind, hurtig, Scand. *ſnar*, citus. Hinc puto *ſnöde*, levis. *Snar*, Brunſv. eſt erectus, gerade.

SCHNARRE, ſchlinge. mit den ſchlingen macht man ſonum. Schnarren etiam das R. nicht recht ausſprechen können.

SOT, alber, Scand. *ſott*, morbus: forte ut *mat* nobis languor, Italis ſtultitia.

SPILLEN, *verſpillen*, Scand. *ſpilla* perdere.

SPLIETEN, Spalten, Scand. *ſpliti* dilaceratio. [en ſplietenriet, veſtes facile lacerans, quibusd. Sax. inferior.]

SCHUHLEN, ſich fürchten, ſich nicht ſehen laſſen dürffen, forte a ſcheuh, ſchuh.

SCHÄFHALCKE, der übel gehet.

SCHREMFITTIG, vagante.

SCHLUHREN, kranck und betrübt ſeyn. *Anſchlüren*, Brunſv. ſich die kleider übel anziehen. ein *Schlunterus*, dem die kleider übel ſitzen, quod indicat negligentiam. it. *Schluntrian.*

SCHLOCHS, ein viel-fraſs. Brunſv. ein ſchlöcks, nichts wehrter Menſch, lädig-gänger.

SCHNE-

SCHNEDA, einem in die Schnede fallen. Puto esse die grentze.

SCHMACHT-BRINCK, schlechte Weyde vor das vieh.

Ein SOHT, brunne.

SCHMUCK, schöhn, die schmuckhand geben. die Schuckhand zu geben, est simul gratias agere.

SCHRADEN, zermalmen.

SIRBUHRKEN, ein heimlich gefängnis.

STRANDWORP, ein netz. Idem Scandis.

STUBBE, decisa arboris stipes etiam Scandis.

SCHWAD, so viel man von gras oder korn auff einmahl abmehen kan. Jemand ins schwad hauen, id est, ins ambt greiffen.

SCHWEILEN, rauchen und schmauchen; Scandis *Suæla*, fumus. Brunsvic. dicunt: *& schwehlet dar wat*, es riechet übel vom Brande. Ein *schwehl* est apostema.

Een SCHWEFF, sehr mager und hager. Brunsvic. eines irdenen Topfes Deckel.

SCHWEISS, Scandis *sveit*, sangvis. *Schweiss* venatoribus nostris significat sanguinem.

SCHWEIFFEN, Scand. *sueifla*, vibrare. herumschweiffen, vagari.

SUIDA, clava.

SCHWIEMEN, beschwiemen, in ohnmacht

len, Scand. *ſuina*, evaneſcere, *ſvenare* Italis ſchwinden. Schwiemeln, titubare. der Schwindel.

SUSKIN, Scandis frater, ſoror; ſüſter.

T.

TAEKI, Scandis inſtrumenta Magica, damit man Zeichen thut.

TIDIR, Scand. Monachorum horæ.

TREGA, tardare, träge eſt ignavus, trenteln, Brunſv. dröddelen, ein drauler. Hinc forte tregua inducia.

Eine Ole TÖTE, mutter-pherd, ſtute.

Aker liegt TROSCH, quieſcens. Ita Scandis *Trod*, ager per annum quieſcens.

U.

VEHLICH ſicher. Scand. *Vheilagi* non ſecurus.

UNNASCH, id eſt, unflätig.

UBERDRÜSSIG, verdroſſen, Scand. drotlaſſen.

W.

WEHRT, friſch bier, ſo noch nicht gegohren.

WIEGE, id eſt Welle Scand. vægof, fluctus.

WERPHÜGEL, darauff die leute in ſumpfigen orten häuſer gebauet, tumuli Caucorum.

WHREM, übel getränckte. Puto eſſe à barm, id eſt, fæcibus.

WISTA, ein kleiner Strohm im Hertzogthum

thum Bremen, und Dorff im Ambte Seven, da *Ida*, Marchgräfin von Stade gewohnet; ein einstelliger hoff im Ambt Ottersberg. Scand. *visl.* mansio.

WEDDEN, fire, cognoscere, convincere. wetten.

WEETERN, kläglich heulen, wie die gespenster. Scand. *vættur*, spectrum, *Weterling*, weinend Kind.

WELPE, ein junger Hund.

WIEP, ein bündel Stroh auffgehenget zum wahrzeichen, dass kein weg dahin.

WOKERN est wurzeln; daher die *wockerblum* im Korn, die es ersticket. von *wuchern* ab augendo.

WRACKE, ein vieh oder baum, so nicht recht wachsen will.

WRECKEN, rächen.

WREDE, wilde.

WROGEN, Wroge-gericht, beym Landgericht im Hertzogthum Bremen, was strafffällig, anzugeben.

WRANTE, streitsüchtiger mensch, *wranten*, händel anfangen. [Mühl-wrampe.]

WAIPISCHE, butter, so im heissen sommer nicht wol geräth.

Z.

ZWITTERT, ein ehebrecherisch erzeugtes Kind. Item, der erste junge hund von der hündin.

ZIEP, eiter. Siepen, eiter geben.

III.

CELTICA.

G. G. L.

AD

JOBUM LUDOLFI

d. 3. Apr. 1699.

ECce copiam Epistolæ, quam Doctus in Gallia vir, *Abbas de Charmoye* (nomine Dom Pezron) scripsit, ut scopum exponeret operis sui de origine Nationum aliquando edendi; de quo pergratum mihi erit judicium Tuum. Ego laudandum studium censeo ex Mythologis eruendi veritatem Historicam; quanquam ob licentiam, quam sibi sumsêre Poetæ, id mihi videatur plerumque perdifficile. Semper tamen credidi, bello Titanum aut etiam Gigantum cum Diis, indicari vel Scytharum vel Celtarum irruptiones in Asiam & Græciam, iis subjectam Regibus, qui inter Deos sunt relati.

Pro-

Promethea, qui inter Titanes habetur, Scytham fuisse, indicat alligatio ad Caucasum jussu Jovis. Sed eundem ad Celtas non retulerim, regiones à Caucaso remotas jam tum credo habitantes. At qui in Thessalia aut vicinis locis cum Iove bellum gessisse dicuntur, revera Celtæ fuerint, Germani scilicet aut Semigermani, à Danubio, Pannonia, Illyrico venientes, ut postea Galatæ vel Galli. Veteres Celtarum nomine Germanos Gallosque comprehendebant; ideò Istrum dicebant oriri in Celtis. *Galatas* & *Celtas*, vel (ut pronuntiari deberet) *Keltas*, idem vocabulum esse putem. Itaque quæ horum honori dicuntur, etiam ad nos pertinent. Sed nolim honorem nationum quæri figmentis, qualia Rudbeckius pro Suedis suis ingeniosè quidem & doctè, sed tamen sæpius vanè concinnat. Et vereor, ne Pezronius nonnihil Rudbeckizet, aut Goropizet. Interim ignoscendum est viris eruditis, nonnihil patriæ amori indulgentibus; saltem ne absterreamus eos ab indaginibus, neve prorsus contemnamus, etiam quæ minus probabilia sunt. Fieri enim potest, ut reperiantur aliquando, quæ conjecturas juvent. Ego quidem non dubito, si Turcis & Tartaris eruditio daretur, exorituros ex ipsis, qui Hyperboreos ad majores suos non minore quam Rudbeckius, jure referrent. Interim non inutiles sunt conjecturæ; nam ita quædam

non ſpernenda eruuntur, alia etiam minus certa, tamen non male annotantur, in ulterioris examinis gratiam; firmanda aliquando aut rejicienda, creſcente paulatim luce. Equidem ſi totius generis humani per orbem diſperſi originem, ex inſanæ Babyloniorum ſubſtructionis autoribus petamus, lineam coloniarum per Scythiam ad Iſtrum & Celtas ducendam putem; nec dubito, ex Germania in Galliam & Italiam primos habitatores veniſſe. Sed & quicquid in Scandinavia Germanicæ originis eſt, coloniam Germanorum puto, anteriores habitatores Finno-Lapponas ad rupium interiora pellentium. Arbitror etiam, ut Germania Anglos Britanniæ dedit, ita olim & priores incolas pro bona parte dediſſe. Interea non nego, poſterioribus temporibus ex Gallia & Scandinavia in Germaniam colonos rediiſſe. Cæterum connectere populos remotiores cum Moſaicis originibus non facile puto; unde & Bochartus pleraque de propioribus Palæſtinæ gentibus intellexit, quæ aliis ad longinqua referuntur. Difficultas aliqua mihi in Cananitis eſſe videtur, quibus ferè eadem fuiſſe creditur cum Ebræis & Chaldæis lingua. Quomodo ergo hi ex Semo illi à Chamo? cùm populi linguæ cognatæ non primis tantùm, ſed etiam propioribus originibus convenire debere videantur. Aegyptii certè (haud dubiè Chamitæ)

non gentium migrationes

Scythæ
Scandinaviæ incolæ

mitæ) linguam habebant ab Hebraica planè diversam. An ergo dicemus, linguam Cananæorum fuisse ab Hebraica & Phœnicia ipsa distinctam, & Aegyptiæ propiorem ? Phœnices certè à mari rubro, id est, à vicinia Chaldæorum venisse dicuntur. Sed vereor, ut hanc sententiam tueri liceat.

[Hæc cum ante annos complures ad insignem Virum Jobum Ludolfum scriberem, nondum prodierant *Celticæ Pezronii origines*, quæ postea in lucem venerunt, & pars tantum fuisse videntur majoris operis, quod hujus Epistolæ testimonio moliebatur. Cum eo nondum edito, magnâ interiorum litterarum jacturâ obierit; inquirendum erit apud Amicos doctissimi Viri, nullæne reliquiæ superstint; dandaque opera, si fieri potest commodè, ut ab interitu vindicentur.]

Pezronius Charmoye Abbey Nicaise

Extrait d'une lettre de M. l'Abbé de la Charmoye à M. l'Abbé Nicaise, ou il luy fait un détail de son ouvrage de l'origine des Nations, qu'il doit bien tost donner au jour. [*Il n'en a donné qu'une partie dans ses origines Celtiques.*]

VOicy un petit plan de l'ouvrage que j'espere donner au public. Il sera intitulé *l'ori-*

gentium origines
Celticæ origines

l'origine des Nations, & ce ſera, comme un commentaire hiſtorique du Chap. X. de la Geneſe; dans lequel Moïſe a marqué les Peres & les fondateurs des Nations, qui ont peuplé le monde dans les ſiecles, qui ont ſuivi le Deluge. Cet ouvrage ſera diviſé en cinq livres. Dans le I. je feray voir, comment les peuples ſe ſont diviſé ſur la terre apres la confuſion des langues, & la conſtruction de la tour de Babilone. Qui a eſté le principal auteur de cette entrepriſe etonnante? Combien il y a eu de peuples & de langues aprés la confuſion, & comment ils ſe ſont diſperſés dans les pais & les regions, qui leurs auroient eſté deſtinées par l'ordre de Dieu? Et la j'examineray ce bel endroit de Moïſe Chap. 32. du Deuteronome: *quando dividebat altiſſimus gentes, quando ſeparabat filios Adam; conſtituit terminos populorum juxta numerum filiorum Iſrael*, ou, comme on liſoit autre fois; *juxta numerum Angelorum Dei.* Cet endroit & quelques autres de l'Ecriture, qui le confirment, m'ont decouvert des choſes fort ſingulieres touchant les premiers peuples. L'on verra par ces mots: *conſtituit terminos populorum*; que Noé, par l'ordre de Dieu, a reglé avant de mourir, les bornes & les limites des pais, que devoient occuper les deſcendans de ſes trois fils Sem, Cham & Japhet; & je prouveray, que ce dernier a eſté l'ai-

l'ainé de ſes trois freres. Dans le II. livre je traitteray amplement des deſcendans de *Sem*. Dans le III. je rechercheray la poſterité de *Cham*, & dans le IV. j'etabliray celle de *Japhet*. Je prouveray dans ces trois livres, que Monſr. *Bochard*, qu'on ne ſcauroit aſſés loüer pour les belles choſes, qu'il nous a laiſſées touchant les colonies de ces differens peuples; ne laiſſe pas de ſ'eſtre trompé en beaucoup d'endroits tres conſiderables, comme touchant *les Chaldéens*, *les Ethiopiens*, *les Gomariens*, & pluſieurs autres nations. Parmy leurs differentes peuplades l'on verra, que les Enfans de Cham ont eſté les premiers uſurpateurs, & qu'ils ont envahi en quelques endroits de l'Aſie les poſſeſſions deſtinées aux Enfans de Sem. Par exemple Chanaan & ſes enfans ont uſurpé ſur eux ce qu'on a depuis appellé le pais de Chanaan. Il y en a pluſieurs bonnes preuves, & mesme tirées de l'aveu des Chananéens ou Pheniciens; qui reconnoiſſoient avoir habité aillieurs avant de ſ'eſtre établis dans la Paleſtine. De plus je rendray raiſon, pourquoy de douze ou treize peuples, qui ſont ſortis des Chananeens, Dieu ne commande dans les Ecritures d'en exterminer que ſept ſeulement. Je diray encore beaucoup de choſes des deſcendans de *Mesraim*, c'eſt à dire, des Egyptiens, & de leurs premieres & anciennes colonies. Quant au V. livre

de

de mon ouvrage, il ſera deſtiné tout entier à découvrir l'origine des anciens Celtes, qui ont depuis porté le nom de Gaulois. Je feray voir, Monſieur, par l'autorité de Joſephe & de quelques anciens qu'ils viennent veritablement de *Gomer*, fils ainé de Japhet. Non content de cela, je montreray par des bonnes raiſons, qu'ils ont eu leur premier etabliſſement dans la haute Aſie vers la mer Caspienne, c'eſt à dire, dans la Margiane, l'Hyrcanie, la Bactriane & les lieux voiſins. Qu'ils ont porté tres long-tems le nom de *Gomariens* ou de *Gomarires*, comme venant de *Gomer* fils ainé de Japhet. Que les Parthes, qui ſont ſortis d'eux dez les premiers tems, les ont appellé *Saces* ou *Saques*, en Latin, *Sacæ*: & qu'ils ont été celebres ſour ce noms dans tout l'orient. Que dés les premiers ſiecles ils ſe ſont repandus dans l'Armenie, & en ſvite dans la Cappadocé voiſine du Pont; & depuis dans la Phrygie. Que c'a eſté dans cette entrée de la petite Aſie, qu'ils ont commencé à porter le nom de *Titans*, ce qui en langue Celtique, qui étoit la leur, veut dire *homme de la terre*, & les Grecs l'ont fort bien exprimé par leur Γηγενεῖς. Et l'on verra auſſi, qu'une partie d'eux, qui ſ'eſt établie en ces tems la au deſſus du pont Euxin, a eu le nom de Cimmeriens ou de Cimbriens; les quels dans la ſvite ont fourni des habitans à la Ker-

Kerſoneſe Cimbrique aupres de Dannemarc. Qu'apres cela ils ſe ſont donné le nom de Celter, & enfin celuy de Gaulois. Et ces deux derniers noms veulent dire en leur langue *vaillant* ou valeureux [*Annotation : c'eſt dans la Germanique, que Helden ſont Heros*] Mais pour revenir aux *Titans*, qui ſont nommés Τιτῆνες par les plus anciens Grecs, Callimaque a fort bien reconnu & mesme écrit, que les Celtes ou Gaulois occidentaux eſtoient iſſus d'eux. Sous ce nom, Monſieur, ils ont fait de ſi grandes choſes dés le tems d'Abraham, qu'on ne le ſçauroit presque imaginer. Ils ſe ſont dés-lors rendu maitres de la petite Aſie, de la Thrace, de la Grece, & de l'Isle de Crete : & j'oſe dire de presque toute l'Europe, & ſi je ne me trompe, d'une partie des Mauritanies. Cependant leur demeure la plus ordinaire dans ce tems la eſtoit la Phrygie, la Grece & l'Isle de Crete. Leur Princes ont demeuré dans ces provinces durant pres de deux ſiecles. Voicy les noms de quatre d'entre eux, que l'antiquité nous a conſervé. Le premier eſt *Acmon* : ſon fils s'appelloit Ophion, que les Poëtes ont ſotement appellé *Urane*. Il a eſté pere de Saturne, que les Titans ou Celtes nommoient *Sardorne* en leur langue ; & de luy eſt né le fameux Jupiter. Son veritable nom étoit chés eux *Jaou* ou *Jou*, d'ou s'eſt formé le *Jovis* des anciens

ciens Latins. Car c'eſt ainſi qu'on le nommoit, parmy eux avant, qv'on luy donna le nom de Jupiter, qui dans les cas obliques a tous jours gardé le nom de Jovis au lieu de Jupitris. Ny Varron ny aucun latin n'ont ſçeu rendre raiſon d'une choſe, qui leur a paru ſi extraordinaire; mais il y en a bien d'autres qu'eux, & les Greces & mesme Platon l'ont ignoré, comme il paroit par leurs Etymologies, & dont je rendray aiſement raiſon par le moien du Celtique. Pour les trois derniers de ces Princes, dont je viens de parler, ils ſont, comme vous ſçavés, fort connus dans l'antiquité. C'eſt qu'ils ont eſté des Roys tres puiſſans; au moins Saturne & Jupiter ont porté ce titre: & apres avoir fait de grandes choſes, mais meslées de grands vices & de grands deſordres, on les a mis au nombre des Dieux, mais des Dieux du premier ordre. Voilà, jusqu'ou eſt allé la brutalité & l'aveuglement des hommes, je dis, des premiers Grecs & des anciens Latins. Vous verres, Monſieur, leurs actions tant bonnes que mauvaiſes decrites dans ce V. livre; mais elles ſeront purgées des fables ridicules, dont on les a voilées & defigurées par les fictions des Poetes. Or toute cette narration ſera autoriſée de tant de temoins tres anciens, que j'ay lieu de croire, qu'on ne ſ'aviſera pas de dire, que ce ſont des viſions; ou bien il faudra dementir tou-

toute l' antiquité. Mais pour revenir à ces Princes *Titans* ou *Celtes*, comme ils ont regné tres long-tems dans la Grece, & mesme dans l' Italie, ou *Saturne* se refugia etant persecuté par son propre fils, leur langue s' est tellement meslée avec la Greque, qui étoit alors l' Eolique, & avec l' ancienne Latine, qu' on peut dire, qu' elles en sont toutes remplies. Vous serés surpris, Monsieur, quand je vous diray, que j' ay environ sept ou huit cent mots Grecs, je dis des simples racines, qui sont tous tirés de la langue des Celtes, avec presque tous les nombres. Par exemple les Celtes disent *dec* dix, & les Grecs δέκα. Les Celtes disent *pemp*, cinq; & les anciens Grec Eoliens πέμπε. Les Celtes disent *pedwar* ou *petoar*, quatre, & les Eoliens πέτορες. Les Celtes disent *undec*, onze; daoudec, douze &c. & les Grecs ἕνδεκα, δώδεκα &c. Jugés du reste par cet échantillion. Pour ce qui est de la Langue Latine, j' ay actuellement plus de douze cent mots, qui viennent tout visiblement du Celtique; & je repondray solidement à ceux d' entre les sçavans, qui ne pouvant nier un fait, qui paroit sensible, sont reduits à dire, que les Celtes ont emprunté ces mots des Grecs & des Latins. Au reste il n' est pas étonnant, que la langue Latine soit si remplie de mots Celtiques ou Gaulois. Car les Ombriens, qui étoient des plus an-

Italorum origo

ciens peuples d' Italie, & qui étoient voiſins & ſouvent meslés avec les Aborigines, étoient de vrays Gaulois. Auſſi ſont ils appellés par les anciens *Propago Gallorum*. De ces Ombriens ſont ſortis les Sabins, de qui on ſçait, que les Romains ont pris tant de choſes; & entre autres le mot de *Quirites*, qu' on deuroit prononcer *Curites*, comme venant de Curis, qui veut dire *haſta*. Les ſçavans n' ignorent pas cela, mais ils ne ſçavent pas, que Curis, ainſi que *lancea* ont leur origine dans la langue des Celtes. Il en eſt de mesme du κυρῆτες des Grecs, qui leur a donné tant de peine, ſans qu' ils ayent jamais pû ſçavoir ny ce, que ſignifioit ce mot, ny d' ou il venoit. L' on n' a qu' à conſulter Strabon pour voir ce que je dis. Mais outre les Ombriens & les Sabins, les *Oſques* ou *Opiques*, en Latin *Oſci* & *Opici*, étoient pareillement Celtes d' origine: & l' on peut aſſurer, que leurs fables appellées *Atellanes*, qui ont tant plû au peuple Romain avec les *Carmes Saliaires* ou *Saturniens*, qui venoient des *Ombriens* & des Sabins, ont rempli de mots Celtiques la langue latine. Ajoutons à toutes ces choſes, qui paroiſſent aſſez étonnantes, que les *Laconiens* ou *Lacedemoniens*, ces peuples ſi renommés dans la Grece, ont presque tout tiré des Celtes. Ce n' eſt point une hyperbole; vous en verrés les preuves. Aprés quoy

je ne

je ne ſuis plus ſurpris, ſi les mémes Lacedemoniens ont en tant de liaiſons avec les Sabins & les Ombriens : & de la vient, que dans les anciens Gloſſaires λάκων & *Umber*, c' eſt la meſme choſe. Enfin, Monſieur, je n' aurois jamais fait, ſi je vous diſois tout ce, que j' ay decouvert dans l' antiquité par le ſecours de la Langue des Celtes, & par les fragments des anciens hiſtoriens répandus çà & là. Vous le verrés quelques jours, quand je publiray mon ouvrage. Je ne ſçavois finir cette lettre ſans vous dire, que le Celtique s' eſt repandu dans presque toutes les langues de l' Europe; mais la Teutone ou l' Allemande en eſt toute remplie [Annotation : *Il devoit plus toſt dire, que les Teutons ou Germains ſont les plus anciens Celtes.*] En voicy en deux mots la raiſon. Les Teutons viennent d' *Aſcenez*, qui a été fils ainé de *Gomer*, pere des Celtes ou Gaulois. Cet *Aſcenez* eſt la tige des *Daes*, en latin *Daæ* & *Dai*, depuis appellés *Daces* & *Getes* par les Grecs. Il a auſſi été le pere des Phrygiens. De ces Daes & des Phrygiens ſont ſortis les Teutons, qui dez leur origine ont tousjours eu beaucoup de liaiſon avec les Celtes, & l' on peut dire, qu' ils ont été meslés dans une grande partie de leurs expeditions. De ces mêmes Daes ou Daces ſont ſortis les Parthes, principalement les Arſacides. Les Parthes dés les pre-

miers tems se sont repandus dans la Perse, & c' est de la, qu' on voit encore aujourd' huy tant de mots Allemans dans la langue des Perses, comme on en voit aussi beaucoup de Celtiques. Mais de plus, comme les Grecs ont pris plusieurs mots des Phrygiens, de l' aveu mesme de Platon, il ne faut pas s' etonner, si la langue Greque a tant de mots semblables à ceux de la langue Teutone, puisque celle cy étoit toute Phrygienne dez son origine. Les Teutons ont encore esté meslées avec les *Ombriens* en Italie; & c' est de la, que les Latins ont pris d' eux quantités de mots, & sur tout des verbes, comme l' on verra aillieurs: car je ne dis cecy qu' en passant. Ces grandes liaisons, qu' il y a tousjours eu entre les *Celtes* & les *Teutons*, a fait, qu' on les a souvent confondus dans l' Histoire & entre eux, comme ils venoient presque de la mesme origine, ils se sont presque tousjours traittés de freres. Et c' est peut étre de la, qu' est venu le mot de Germani, que les Romains leur ont donné; comme l' a fort bien remarqué Strabon; pour marquer, qu' ils étoient comme freres des Celtes ou des Gaulois; Quoy que cela ne soit pas sans difficulé. Voila, Monsieur, un sommaire de l' ouvrage, que j' espere donner au public. Il est un peu plus etendu que celuy de ma premiere lettre; ainsi vous n' avés rien perdu. Pour moy je gagne-

ray

ray beaucoup, ſi je merite par cette complaiſance votre amitié & vos bonnes graces. Je tacheray tousjours de me les procurer, vous priant de croire, que je ſuis avec bien du Reſpect

Monſieur

Ce 23. Fevrier 1699.

Vôtre trs humble & tres-obeiſſant ſerviteur

F. P. Pezron, Abbé de la Charmoye.

Conſiderationes ad ſuperiorem Epiſtolam Pezronii.

COnſilium doctiſſimi Autoris, qui origines nationum molitur, mihi perplacet. Nam etſi verear, ne aliqua intercurrant, quibus aſſentiendum non putem; ſpero tamen, multa præclara ab ipſo detectum & ſtabilitum iri. Diu optavi exoriri aliquem, qui ex fabulis poëtarum Græcorum & Latinorum, inprimis quæ ad Deos pertinent, erueret non tam Philoſophiæ ac Theologiæ myſteria, (quamvis neque hæc negligenda ſint) quam Hiſtoriam mythici temporis, jam Varroni & Cenſorino pene, ut apparet, deſperatam. Et mirè gaviſus ſum, dum profundæ doctrinæ virum Dn. Epiſcopum Santaſſaphenſem quondam, nunc Conventrienſem, intellexi huc animum adjeciſſe,

ſpecimine etiam dato; quod tamen ad manus meas non pervenit. Neque an proſecutus ſit conſilium, mihi ultra innotuit.

Eadem cogitare videtur vir clariſſimus, cujus Epiſtolam vidi, multoque adhuc ampliora ſpondere, præſerim, dum Deos Græcorum ex Celtis derivat. Difficile negotium, fateor, ex quo licentia poetarum omnia perturbavit. Unde Apollodorus, Palæphatus, aliique Hiſtoriæ fabuloſæ ſcriptores, ſibi aliisque paſſim contradicunt, confuſis, ut apparet, ſub uno nomine diverſarum gentium heroibus; nec jam facile diſcernendis, quæ per figmenta veritati adjecere: perinde ac ſi quis, ſublatis ſevericribus ſcriptoribus, ex Mileſiis noſtrorum temporum fabulis Hiſtorias populorum concinnare conaretur.

Itaque mirum non eſt, ſi alii apud Aegyptios, alii apud Phœnices; Goropius in Germania inferiore, Rudbeckius in Germania Septentrionali, id eſt, Scandinavia; alii apud Hunnos & Sarmatas, inveniunt origines Theologiæ Gentilis. Et credo venturos, qui Finnonas aut Eſtios veros eſſe Hyperboreos oſtendere aggrediantur Deorum genitores; nec deſpero, ubi aliquando ad Turcas & Tartaros eruditio pervaſerit, ſibi vindicaturos, quæ Goropius Rudbeckiusve, Cimbris aut Gothis tribuere.

Nem-

Nempe ubi confuſio eſt, quidvis ex quovis non difficulter facias, præſertim imaginatione, quod concinnitati deeſt, ſupplente: uti acies in nubibus depugnantes, magis animo quam oculis offeruntur. Non deſpero tamen, poſſe majore induſtria & judicio aliquid erui certiùs; neque ideo quenquam deterreo, atque etiam conjecturas audaciores non ferendas tantum arbitror, ſed & laudandas, ubi ingenium acumenque habent. Nam ut ſæpe juvat fortuna audaciam, fieri poteſt, ut ſuperveniat aliquando nova lux, quæ perficiat cœpta. Ex tot quæ ineuntur itineribus, credibile eſt, aliquod rectum eſſe. Itaque condonandum eſt nonnihil affectui eorum, qui patriæ ſuæ ornamenta aut inveniunt aut faciunt in abdita antiquitate. Multa enim ſtudio eorum eruuntur, quæ prodeſſe aliquando poſſunt; nollemque nimio cenſorum rigore circumcidi præclarorum ingeniorum luxuriam, ne prorſus exareſcant. Imò nollem omnem adimi audendi licentiam, ne cum figmentis etiam vera ſupprimantur; quemadmodum minimè probarem, Alchymiſtarum fallacem licet nationem, deleri; cui tantùm debet naturæ cognitio debebitque.

Quæ autor Epiſtolæ in Celtarum Gallorumque honorem molitur, iis favere debent etiam Germani. Nam ipſe cognatos populos agno-

ſcit, & ſæpe ab antiquis confuſos. Itaque æquè ipſe ac Rudbeckius, dum ſuis ſtudent, noſtrorum ſimul gloriæ velificantur. Neque ego dubitandum puto, quin Germania noſtra dederit & Galliæ Galatas vel Celtas, & Daniæ Suediæque Cimbros & Svionas ſuos; etſi poſtea ſerius colonos ex Gallia & Scandinavia ad nos rediiſſe agnoſcam. Scandinaviæ incolas ante Germanorum adventum Finno-Lapponas fuiſſe, credo, ex illa vaſtiſſima natione, quæ magnam ſeptentrionalis Oceani partem obſedit; qui Germanis paulo cultioribus margines & meliora Scandinaviæ cedentes, ſeſe ad cognatos ſuos in rupium interiora recepêre.

De connexionibus populorum cum poſteris Noachi, in ſacra Scriptura memoratis, obſcurior mihi diſquiſitio videtur, nec tamen aſpernanda. Viciniores gentes Moſi potiſſimum ante oculos fuiſſe, etiam Bochartus agnovit. Circa fontes Tigridis, Euphratis, Phaſis & Araxis ſacer Geneſeos autor locavit caput rerum, unde in omnia propago regimenque. Hoc poſito principio non abnuo, à ſeptentrionali latere ex Meſopotamia in Scythiam, ex Scythia in Germaniam & Celtas, ducendam eſſe lineam coloniarum: dum alia nationum, ut ſic dicam, arbor per Arabiam, Syriam & Ægyptum ramos extendit; Unde Phœnicii Ægyptii-

gyptiique maritima secuti, navigationibusque in ulteriora delati, tandem in Asia minore, Græcia & Italia, Scythis & Celtis terra interim diffusis, rursus occurrerunt. Ex quo jam mistura linguarum gentiumque in Latinis & Græcis; ubi non minus Scythismus quam Phœnicissatio apparet.

Indorum & interiorum Æthiopum (quos quidam in Chamo maledictos putant) sermone & habitu à nostris abhorrentium; abditi magis ortus videntur, & conjecturæ tum demum futuri patientiores, ubi magis noscetur genus humanum, cultu Christoque cum commerciis nostris recepto. Idem de extremis Septentrionis marginibus dicendum est.

Gomeritas, Cimmerios, Cimbros eosdem esse, dicitur non ineptè; sed vereor ut tutò asseverari possit. Etiam Cimmerios & Cimbros, Getas & Gothos, Sacas & Saxones, Dahas & Dacos, eosdem aut cognatos esse, solis nominibus non temere crediderim.

De Titanibus tam multa & pugnantia habent Poëtæ, ut ægrè certum aliquid constituere possis. Libenter tamen credo, Scythas aut Celtas fuisse. (Si Celtarum nomine occidentales, id est, Germanos & Gallos comprehendas) qui cum Diis, id est, cultioris Asiæ & Græciæ Regibus antiquis bella gessere. Adde Prometheum Titana Caucaso alligatum; Ut credi possit,

Nominum cognatio insufficiens

possit, nihil aliud significari, quàm exercitu ad portas Caspias in excubiis collocato, Scythicas gentes fuisse exclusas. Callimachi, nescio, an pondus habere possit testimonium, Gallos à Titanibus derivantis, poëtico fortasse lusu, cum Delphici templi violatores ab Apolline deletos, tanquam priscorum in Deos paria audentium sobolem repræsentat.

Cur Jupiter in genitivo Jovis habeat, non longè opinor petendum est. Nam Jupiter est nihil aliud quam Jovis pater, ut Liber pater. Itaque verum ei nomen est Jovis; cujus quæ connexio cum Jao aut Jehova, aut Japheto, in medio relinquo.

Linguam Wallicam aut Aremoricam proximam veteri Gallicæ ipse credo, nec indiligenter inspexi, & semi-Germanam agnosco. Vocabula innumera, Græcis, Latinis, Germanis, Gallis communia, ad origines communes ex Scythia refero: quæ solis Latinis cum nostris & Gallis antiquis communia sunt, Celtica appello. Græcos & linguam & incolas à Scythis, ad Pontum Euxinum & Istrum positis; Latium à Celtis & Germanis Alpes transgressis, accepisse credo. Nec vereor primos Græciæ & Italiæ habitatores hinc accersere; quibus deinde in Græcia Phœnicii & Aegyptii, in Italia & hi & ipsi Græci in maritimis accessere. Sed numerorum nominibus minus fido; nam

Italorum origines
Græcorum origines

hoc

hæc ferè à cultoribus venire ſolent, quales Græcos ante noſtros fuiſſe, non puto diffitendum. Itaque & hæc, & multa alia nomina rerum artificialium, utri origini debeantur, ambiguum eſt adeò, ut ſæpè ad Latinos & Græcos inclinem: ſed non ideò minus alia plurima Græca Latinaque puto à Scythis & noſtris ducenda.

Poſt Elichmanni aſſeverationem multò plura Germanica in Perſicis ſperabam, quam inſpectis Lexicis deprehendi. Fateor linguam minus noſcenti parum apparere connexiones. Et fortè in Lexicis multa, præſertim obſoleta & originis retinentiora, omittuntur, uſitatioribus ſubſtitutis, quæ ex Arabico Turcicove fluxere. Nam Elichmanni fidem in dubium vocare non auſim.

Lettre ſur des antiquités, qu' on vient de deterrer à Paris.

MADAME

LA decouverte des ſculptures Gauloiſes, jointes à une inſcription faite par les batteliers de la Seine à l' honneur de l' Empereur Tibere; & trouvées depuis peu *dans l' Egliſe Cathedrale de Paris*, lors qu' on y fouilloit dans la terre, eſt curieuſe, & la diſſertation qu' un habile homme a donnée la deſſus, & que Madame a envoyée à V. A. E. eſt ſavante & in-

& ingenieuſe. On peut juger par l' endroit bas, où ces figures ont été trouvées, combien le terrein de Paris a été hauſsé. On trouve la même choſe à Rome. Et l' on m' a dit qu' à Aquileje il y a trois pavez l' un ſur l' autre. Je veux croire avec luy, que quelques unes des perſonnes, repreſentées, comme dans une eſpece de proceſſion, qui portent des couronnes (peut étre de chêne,) pourroient bien étre des *Bardes*, qui étoient les Chantres & les Poëtes Gaulois & Germaniques. Je ne ſay d'où Bodin, que l' auteur allegue, a pris, que les *Bardes* ſignifioient en Allemand des Prétres. On trouve dans les vieux livres des chanſons Teutoniques, *der Meiſter Sänger*, que *Bar* ſignifioit encor une chanſon il y a 200 ans ou environ. Turnebe (Ad verſ. XIII. 25. XX. 37.) a trouvé dans un vieux gloſſaire, que *bardœa* vel *bardula* ſignifioit chez les Gaulois une alouette, oiſeau qui chante. Le mot n' appartenoit pas moins aux Germains qu' aux Gaulois, & je ne ſay, pourquoy l' auteur veut, qu' il ſoit venu de la langue Gauloiſe dans la langue Germanique. Il y a plus d' apparence, que la langue & la nation Gauloiſe ſoient venues des Germains; ſi nous admettons que les peuples d' Europe ſont venus de l' Orient, & ſi nous conſiderons, que les plus anciennes migrations ont été faites par terre, les hommes ayant

sû

sû marcher, avant qu' ils ont appris à naviger. Virgile a auſſi parlé *des Bandes de pourpre*, dont les tuniques Gauloiſes étoyent chamarées, & que l' auteur (p. 24.) croit remarquer dans quelques figures de ces bas reliefs. Ce Poëte dit des Gaulois. *Virgatis lucent ſagulis*. Quelques auteurs, prenant les Bojes pour des Bavarois, ſe ſont imaginés, que ces bandes paroiſſent dans les armes de Baviere. Insigna Bavarica. Je ne vois pas, pourquoy nôtre habile auteur (prevenu des Idees de feu M. l' Abbé de la Charmoye) exclut les Allemands des Celtes, quoique les anciens les y aient compris, & meme plus particulierement que les Gaulois mêmes. Comme une partie de la proceſſion repreſentée dans la ſculpture, porte des boucliers aſſes reſſemblans à une porte, & que ſelon les Grecs, on appelloit, ces boucliers Gaulois θυρεὸς; il veut (p. 27.) que les Allemands ont tiré leur *thür*, porte, d' un nom Gaulois ſemblable. Mais puis que ce même nom Θύρα ſe trouve encor chez les Grecs. & que *dauri, duri, duere* en ſignifie autant dans des langues Eſclavonnes, il y a plus d' apparence, que c' eſt un mot Celto-Scythique, qui des Scythes eſt venu aux Germains & aux Grecs, & des Germains aux Gaulois, comme la ſituation des pays le demande. *Tarian* Cambris eſt Clypeus; conſentit Gallorum *targue*, Germanorum *tartſche*.

ſche. Les mots Gaulois EURISES & SENANIWIEILOM me paſſent. Ces derniers pourtant pourroient ſignifier des gens, qui demeurent aupres de la Seine. Car *weile* eſt ce que les Latins appellent *mora*, durée, demeure, *verweilen*, demeurer. *Weiler* eſt lieu de demeure, & villa s' y rapporte. Cependant je ſerois ſurpris, ſi la lettre W. s' y trouvoit, & je doute, qu' on ait bien lû. *Euriſes* eſt un mot, qui me fait ſouvenir des *Eubages*, mentonés chez Strabon & Ammian Marcellin, devins des Gaulois, qui pourroit bien avoir été mal écrit ou mal prononcé des Grecs, au lieu d' *Eubares*. Les Preſtres ſont appellés *Ehwards* chez Otfrid, c' eſt à dire gardiens de la loy. Otfrid eſt du neuvieme ſiecle. *Eh* eſtoit loy, *Eid* ſerment, & *Edouard* eſt celuy, qui garde le ſerment. Mais revenons à nos bas reliefs. ESUS ou HESVS Dieu Gaulois, marqué au deſſus de la figure d' une perſonne armée d' une hache, & occupée à couper des branches d' un arbre, eſt connu.

Feris altaribus Heſus,

ſe trouve chez Lucain.

C' étoit le Dieu Mars, qui eſt l' *Ares* des Grecs, & l' *Eric* des Germains. C' eſt pourquoy le Mardi eſt encor appellé *Erich-dag* chez les hauts Allemands. Les lettres R. & S. ſe changeoient aiſément, comme dans Papiſius & Papirius,

pirius, Fusius & Furius. Je conviens que TARVOS TRIGARANUS marque clairement le Taureau portant trois grues, qui se voit dans la figure. Il est sûr, que *Garan*, geranium, étoit une Grue chez les Celtes & ailleurs: & encor aujourd'huy *la grue* oiseau, est appellée des Allemands *Kranich* & *la grue* machine, *Krane*. Je ne remarque point le mot de *Leud* dans ces inscriptions. (v. p. 30.) Il est vray que *Laut* signifie encor aujourd'huy chez les Allemans son ou Ton, & *lied* un chant. Il n'étoit point besoin de recourir au Celtique (p. 31.) pour l'amour du mot *Jovis* pris pour Jupiter, puisque les Latins l'employent ainsi au nominatif, comme dans ce vers connu, comprenant les 12. Dieux principaux.

Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Je ne say pourquoy (p. 32.) on rapporte Vulcanus au Celtique *Volc*, & en fait un des Dieux Lares. Comme ceux qui ont fait faire ces bas reliefs, ont honoré Jupiter, Castor, Pollux, Hercule, pourquoy n'auroient-ils pas honoré aussi le Vulcain des Romains? *Volck* chez les Gaulois comme chez les Germains etoit peuple *Vulgus*. CERNUNNOS, nom d'un Dieu cornu, (comme la figure le montre,) placé entre Pollux & Hercule, paroit étre Bacchus.

chus. Dans le vieux Celtique, & encor aujourd' huy dans l'Aremorique *Quern* ou *Kern* eſt *cornu*, corne ; les Germains diſent *horn*, le Latin, Grec & Hebreu s' y rapportent. M. l' Evéque d' Auranche, en comparant Moyſe à Bacchus, a montré, qu' on attribuoit des cornes à ce Dieu, & M. l' Abbé Molanus l' a fait voir auſſi dans une lettre écrite à feu M. *Kirchmaier*, qui eſt imprimée. Le mois de Fevrier eſt appellé des Allemands *Hornung:* rien n' approche plus de *Kernunnos*. Car c' eſt ainſi qu' il le faut prononcer. Ce nom du mois venoit apparemment de l' uſage des Celtes, qui ſe repoſant en hyver, jouiſſoient alors de leurs travaux, & beuvant plus qu' à l' ordinaire, faiſoient honneur à Bacchus, & celebroient ſa fête. Et c' eſt dans ce mois, que tombent nos Bacchanales : en quoy apparemment on a continué la coutume de nos ancêtres payens, comme on a fait en beaucoup d' autres occaſions. Il eſt vray que Bacchus n' eſt pas repreſenté jeune icy ; mais il eſt à croire que les Gaulois ne s' attachoient pas trop ſcrupuleuſement en tout aux uſages des Grecs & Romains à l' egard de leur Divinités. La conjecture du Savant auteur de la diſſertation qu' ----OS mis ſur la figure d' Hercule, doit être lû OGMIOS, me paroit vraiſemblable. Cependant un ſavant homme de mes amis (M. Eccard) ſoub-

ſoubçonne, que chez Lucien le P. pourroit avoir été changé en Γ. & qu' il faudroit peutêtre lire ORMION au lieu d' OGMION; en quel cas ce ſeroit IRMIN ou ORMIN, ancien Heros des Germains ou Celtes.

C' tout ce qui me ſemble propre à être remarqué icy ſur ce monument rare & conſiderable de l' Antiquité Celtique. Quelques connoiſſeurs, ont trouvé ma derivation du mot *Hornung* fort plauſible, & ſont ſurpris qu' on la deterrée dans l'Egliſe cathedrale de Paris: Car juſqu' icy nous n'avons rien eu de vraiſemblable pour rendre raiſon de ce nom d' un de nos mois.

GLOSSARII CELTICI SPECIMEN.

Linguæ Britannicæ Dictionariolum Boxhornius Originibus Gallicis ſubjecit ex Davieſii Lexico Cambrico, autoritate Regis Jacobi I. edito, cujus & meminit Boxhornius Hiſt. Univer. ann. 449; unde quædam notare placet, & noſtris, quibus ſæpe conveniunt, comparare. Unde multæ ſe aperiunt Origines, aliàs futuræ ignotæ, dum paſſim radices aut harum indices voces Celticæ, apud Teutonicas gentes a-

missæ aut obscuratæ, apud Gallorum veterum reliquias, Cambros vel ut ipsi se vocant Cumros (haud scio an non Cimbros) id est Walliæ & Cornu Walliæ habitatores; & apud Aremoricos Britanniæ minoris incolas conservatæ sunt, extantioresque conspiciuntur.

A.

AB, simia, Germ. *Ape*, *af*. Credo ab *aber*, quod Germ. est iterum, seu ab iteratione vel imitatione dictum, ut *Ebbe* refluxus. Etiam *Eppa* Cambris simia, olim Celtis ἄβρανας apud Hesychium. Aliis *Ape*, vel *Affe* derivatur ab Hebræo *Aph* nasus, ut simia à simo, id est, nares depressas habente.

ABALL, defectus exitium, dissidium. *Evel*, *übel*, Germanis, malum, fortasse est *abfal*.

ABAR, corruptus. *Aber* casus fluvii, ostium. Consentit *Haven* Germanorum, Gallorum *Havre*, id est, portus. Nam ostia fluminum sunt portus naturales. *Aber* igitur, ut alibi notavimus, accipiebatur Celtis de omni re declinante, abeunte, ut in nostris vocibus *abend* vesper, & *ebbe* refluxus. Ita ut radix videatur esse particula *ab*, quæ est Latinis & Germanis, quod ἀπὸ Græcis.

ABWY, *Abo*, cadaver. *Abwyd*, aas, esca, (ut

(ut cadavera ſunt animalibus) Sanè *Weyde* eſt paſtus animalium. Vid. *Bwyd*, cibus. *Aberth*, ſacrificium (occiſum.) Credo, fontem horum eſſe *Ebbe*, quod Germanis eſt refluxus, decrementum, occaſus; vel potius ipſam particulam *Ab*, quæ Græcis ἀπό.

ACH, ſtemma, genus; Germanis *auch. ooken*, eſt auctus, propagatio. *Achen* etiam Cambris, genus, natio. Adde *eddyl* infra.

ACHES, rivus, flumen. Conſentit *ach*, veteribus Germ. aqua.

ACHLÂN, omnes, totus. Conſentit ὅλος totus, *all*, Germ. omnis; ὄχλος multitudo.

ACHLUD, occultare. Congruit *claudere*, *occludere*, adjecto *a*. Conſentit Germ. *ſchlieſſen*.

ACHOR, parvum. Conſentit *Acarus* minutiſſimum animal.

ACHRE, tegumentum. Conſentit *ocrea*.

ACHRETTAWR, creditor.

ACHRWM, curvus, *crumm* German. Conſentit *Vermis*, *Wurm*.

ACHUB, occupare, capere, *Kauffen*.

ACHWLWM, nodus perplexus [volvulus) glomus, *Klumpe*, Klun, glomus.

Hæc & multa alia teſtantur, Britannicas voces Latinis & Germanis compluribus conſentire, præfixo *a*, tanquam articulo forte.

ADAF, manus, quasi *a daz*, eine *taze*, Nam & taze Germanis est manus, vel pes anterior; unde tasten, *tätscheln*.

ADAMMEY, adagium, ænigma.

ADAR, aves; *Aderyn*, avis, sing. *Adarwr*, auceps. Etiam Jutis & Saxonibus *Edder* sunt aves. *Edder-dunen*, plumæ avium. Hinc *Aar*, *Arn*, aquila. Adde in Cambrico ipso *Edn* avis, *Hedeg* volare, *Eryr* aquila.

ADDAIL, fæx, id est, pars ima, deterior; nam *ad* Cambris est imminutivum.

ADDEWID, promissum, à debito.

ADDFAIN, exilis. An hinc *faint* Anglis, tenuis.

ADDFEDDYLIED, recordari; ut apud Germanos einfallen, incidere est etiam recordari.

ADDOLI, adorare.

ADDURN, ornatus.

ADDWYN, honestus.

ADEFYN, filum, faden. V. edau.

ADEG, tempus aptum; a. præpositum Germanico *dag*, dies, qui hîc generalius pro tempore sumitur.

ADFAIL, ruina, *fall*.

ADFAN, advena, peregrinus.

ADIAD, anas. Arabibus Aduuta apud Megiser. Hispanis Anade, nobis *Ente*. Adde Cambricum *hwyad*, anas. Sic infra *hydd* pro hind. N à Cambris omissum

ADIL,

ADIL, vilis, *eitel* Germanis, vanum, inane; cum ipsis *adel* alias, sed longe alio ex fonte, sit nobilitas. Vid. *Eddyl* infra.

ADLAIS, resonantia. Vid. *Llaisforg*.

ADLAM, resilire. V. *Llam*, saltus.

ADLAW, homo sortis infimæ. *Llabi*, rusticus deformis; an consonat *leud*, *leute*, *leodes*, plebs, servi, homines. *Ad* alioqui est Cambris persæpe particula diminutiva, ut *adladd* fœnum, *adwaith* opus imperfectum.

ADNAU, depositum. Vid. *Naid*, *Nawdd*, asylum; consonat nostrum *nod*, necessitas.

ADOLWG, obsecrare. Vid. *dolef*, clamare.

ADRAN, subdivisio, drennen, *trennen* Germanis, dividere. V. *Dragio*, *dryl*. Sæpe *Ad* Cambris respondet Latinæ affixæ, *Re*, ut sit quasi redividere. Sic *adlais* resonantia, cum *llais* sit sonus. Respondet Germanicum *after*, quod repetitionem; & minus etiam, vel secundarium aliquando, significat.

ADRODD, reddere, narrare.

ADRYBEDD, certitudo.

ADRYWEDD, odor canum feras insequentium. Edrywedd, Edrybod, historia. *Truth*, verum, Anglis; *tru*, certum Germanis, *treu*, fides.

ADWEN, cognoscere, quasi recognoscere. Nam *Wen*, puto notitiam significare, vel sen-

tentiam, & respondere Germanico *Wehnen*, *Wahn*, opinari, opinio.

ADWERTH, pretium minus justo. *Werth* pretium Germanis.

ADWY, ruptura, rima. Germanis quoque à *twey*, duobus; ruptum dicunt in Zwey, *et is entwey*.

ADWYNIG, micare, scil. ut lux per rimam.

AER, prælium. *Ares*, Mars, Græcis; *Erich* Germanis. *Hari* exercitus Germanis veteribus, hodie *Hehr*. Cambris *Arf* telum.

AES, scutum. An *asser*, qualia revera prima scuta. Gallis *Ais* asseres. Add. *Ais*.

AESEL, omphacium. Hinc Gallis *oseille*. Consentit acidum, acetum, *essig* German.

AFAES, avis.

AFAL, pomum, Germ. *apfel*.

AFANGE, castor, fiber. Hoc miror.

AFLAFAR, infans mutus. Nam *Ffladr* est loquax. Vid. infra.

hepar

AFU, epar, *foie* Gallis, *fegato* Italis.

AFFAITH, reatus alieni criminis, quasi a-faith sine facto suo.

AFFAN, explicante Boxhornio ab *a* privativo, & *ban*, excelsus, quasi minime excelsus, profundus.

AFFWYS, profundum, abyssus.

AGA-

AGALEN, cos, quia æquale vel æquabile reddit, egalant.

AGEN, rima, fissura, Lettis, *Eisa*.

AGORI, *Egori*, aperire.

AGWEDDI, dos. Vid. *Gweddw*, viduus.

AIG, agmen. Consentit Latino; nec abludit Græcum ἀγέλη grex.

AIL, secundus. Consentit Latinum alius, Græc. ἄλλος. Hinc *Ailun* Cambris imago. Scholiastes Juvenalis dicit, *Allobroges* esse alio translatos, quia *allo* sit Gallis aliud, *broga* regio, ager. Add. *Eilun* imago. item *Ellyl*.

AIS, *Asen*, costa, asser, asserculus. Adde supra *Aes* scutum.

ALAETH, luctus, vel à non-læto, vel à luctu, *leid* Germ. ut cum dicunt *leid clagen*.

ALARCH, olor, cygnus. Sax. olb, ebs, Belg. huyler, Germ *Swaen*, Slavis *labud*, Hung. *hattyn*, Chald *chavetha*, Hebr. *racham*. Affine ciconia, Hebræis chasidah, Sax. ebeer, Hung. Etzerach.

ALAUDA, legio Gallis, apud Plinium. An ex alodibus collecta ad discrimen Gæsatarum, qui ex Vassis vel Vasallis? Add. *llais*.

ALIWN, alienus.

ALLT, ascensus montis, item *Galt*. *Gallar* Italis ascendere.

ALLTUD, alienigena, ab *all*, alius, & *tud*, terra. *Tud* consonat cum *Tudisco*, id est,

populo; Theodone, Rege; *thudinasse*, regno apud Ulfilam, *Titanibus*, terrigenis.

ALON, inimici, alieni.

ALP, Gallis mons apud Isidorum. *Hohen-Alben* Helvetis. An ab *Albo*, Celtico non minus quam Latino, ob nives? Nam & Syris *Alben* albescere apud Boschartum.

AMBACTUS, Gallis servus, minister, Ennio apud Festum. Hodie Germanis *Ambacht*, *Amt* est munus, officium, ministerium.

AMI, creber, Germanis *immer*. Nempe & Latinis *Am*, Græcis ἀμφὶ est circum, & Græcis ἅμα simul.

AMLEDD, abundantia. Consentit *cumulus*, *comble*.

AMLIW, color varius, bundt.

AMLOGYN, meta, nota conspicua.

AMLWG, conspicuus. *Lugen* antiq. Germ. est videre. Consentit lux.

AMRA, est vox intensionem denotans aut multitudinem, numerum. Germanis *immer* est continuatio, an *ie-mehr*?

AMRAFAEL, lis, discordia: nam *ffael*, error, Germanis *fehl*, defectus.

AMARANRHUN, somnus; idem quod *Hun*.

AMRILIW, diversicolor.

AMRYGOLL, idem quod *coll*, damnum.

AMSER, tempus.

AMYD,

AMYD, far, frumentum, amylon, *amydon* hodie Gallis.

ANDAT, victoria Gallis, vel potius Britannis apud Dionem in Nerone. Boschartus ad corrigendam hanc vocem inclinat, & vellet inde facere Andrasten vel Astartem, Deam Phœnicum, quia nescivit linguam Germanicam, in qua *winden*, *überwinden* est vincere. Porro w. nunc præponi, nunc omitti solet, ut in οἶνος, Wein; Odin, Wodan. Notatu dignum est etiam apud Cares, victoriam dictam Bandon, Βάνδον τὴν νίκην φασιν, cum vocem ἀλάβανδος explicat, quod sit Caribus ἱππονίκη.

ANGAD, manus, an ut *ancon* cubitus, *Ancona* Italis curvum, la hanche. Nam & *angell*, armus, brachium.

ANGEN, necessitas, Germanis *angst*. *Angry* hodie Anglis iratus, exacerbatus.

ANOBAITH, desperatio, *one hope* Germ. sine spe. *Hoffen*, *hopen* est sperare.

ANTERTH, pars temporis matutini, quam vocant horam tertiam.

ANTHUR, ausum, molimen. Sic *thar*, tarf Germanis ausus.

ANTUN, insomnia.

ANNUD, tegmen, quasi non-nudus.

ANNYSG, inscienter, ohn-wissend.

ANWIR, non verum mandatum.

ANWGL, invaletudo. *An* est sæpe negativum, imminutivum, deteriorativum, ut Latinum *in*, Germanicum *un*, v. g. ungeld, unmann, unmensch, unthier.

ANWR, misellus, parum virilis.

AR, arvum. *Ar*, super, German. *erd*, terra. Consentit *arare*, & Græc. ἄρουρα, & Hebræum *arez*, *erez*, terra, & Germanicum *erz*, quod est vena metallica.

ARAF, lentus Britannis. Hinc *Ararim* dictum, Cambdenus notavit, cui apud Claudianum Epitheton: lentus Arar, Rhodanusque celer. Etiam Cæsar ejus lenitatem miratus est. Boschartus revocat ad Hebræum *Ahar*, tardare.

ARDAL, toparchia, tractus terræ.

ARDU, ater, swart. schwarz

AREPENNIS, Gallis semijugerum apud Columellam. Supereſt hodie *arpent*; & est propriè terræ cultæ seu arabilis mensura. Nam *pensum*, est definitum aliquid non pondere minus quàm mensura, ut in Franco-Gallicis nî fallor notavi.

ARF, telum, Germanis, *Werf*, jaculum. Nam *Werffen*, jacere est. Cambri, ut in *Andate*, W initiale omisere. Add. infra *bêr* hasta.

ARTH, ursus, Germ. bär, Græc. ἄρκτος.

Ar-

ARWYDD, ſignum, vexillum. Add. infra *Herod.*

ASGELL, ala, axilla, Germ. *achſel.*

ATCOR, jugerum, acker.

ATHRAW, magiſter, Armoricè.

AUTRON, dominus. Hinc *trot*, Druthin Germanis veteribus, Dominus, Princeps; *trotning* Regina Suedis.

AWCH, acies, (*eck* Germ.) acumen, vigor, ἀκμή.

AWEDDWR, aqua pura, inundans.

AWR, hora, *uhr.*

AWYN, habena, ab habendo, *haben* German.

AWYR, äer.

B.

BACCWN, lardum. *Bacon* Anglis, hodie ſchincken, jambon.

BACH, parvus.

BAD, ſcapha, Germanis *both.*

BAEDD, aper, *bache* Germ.

BAEDDU, tundere, verberare, battuere, battre; conſonat Herm. *patſchen.*

BAGAD, turma, turba, grex. Hinc credo *Bagaudæ*, Galli rebelles apud Salvianum & alios.

BAGL, jaculum, *Bolzt* ſagitta. Conſentit *pfeil*

pfeil Germ. item *holzen*, Græcis βολὶς, & βάλλειν jácere.

BAID, vadum. Germ. *Waten* eſt vadum tranſire. Italis *badare*, Latinis *vadere* eſt generalius, ſed tamen, ut videtur hinc natum. Etiam conſentit *bad*, *baden*, aqua profluente ablui, ubi vadum. Add. *Gwade*, ſolea, planta pedis.

BAL, calvus, *Kaal*, φαλακρός.

BAL, faſciculus, balle; Germ. *ballen*.

BALAIN, chalybs, ferrum; an hinc *Belenus*, qui in Alpibus Noricis colebatur, ubi ferrifodinæ. Talis inſcriptio Aquilejæ reperta.

BALLASARN, *glas*, cœruleus color. Species Rubini dicta *Rubin-Balay*. Guaſtum vel gleſtum, Weid, Latinis iſatis; conſentit *glaucus* color, Cambris *glas*, & *llaſar* (lazuli lapis, vulgo *laſur*) glaucus, cœruleus, lividus.

BANN, antiquitùs altum, βῆνος collis. Bannus id eſt Rector Croatiæ, *Pany*, Slavonicis, Dominus, Princeps, gubernator. *Bann*, fahne, ab elevatione. Hinc & *fann*, conſpicuum, nota, macula, Boxhorn. Add. infra *Penn* caput. Conſentit *Bannus*, proclamatio. *Banniar* Cambr. vexillum, nobis *bannier*.

BANNOG, notatus.

BARR, vectis, repagulum. Hinc puto *barre*,

barre, barriere, Germ. *ſparre*, claudere *ſperren*.

BARA, panis; vicinum Germanicum brodt. A *Bara* pane, & *gwyn* vino, Galli dialectum, qualis Britonum, *baraguin* dixere.

BARDD, poëta, propheta. Eam vocem etiam veteribus Celtis, Germanis & Gallis, hoc ſenſu in uſu fuiſſe, antiqui Scriptores teſtantur. Nuper Germanis Cantarellis (den Meiſterſängern) erat *Bar* cantio. Notus eſt *Bardocucullus* apud Martialem, id eſt, qualem Bardi ferebant. *Barditus* apud Tacitum & Ammianum de Germanorum clamore militari.

BARDAS, item Hanes, Hiſtoria poëtica.

BARDONEY, poëma. *Barddoni*, poëta.

BARGEN, conventio, contractus. *Bargain* nunc quoque in Anglico eſt cambium, vel ſimilis contractus.

BARIL, cadus, dolium; hodieque ſupereſt Gallis cum aliis antiquis Gallicis non multis.

BARO, Gallicè ſervus militis Gloſſ. in 5. Sat. Perſ. nempe *garcon*, *Kerl* Hiſpanis *Vir*, Italis homo vilis. Et quia homo pro vaſallo, factum ut Vaſalli primarii Principum barones dicerentur. Iſidoro baro eſt mercenarius. Add. *Guâs*.

Barn,

BARN, judicium. *Brennin*, Princeps, judex. Hinc olim *Brenni* dicti Gallorum Duces. Boschartus ducit à Syro *Parnas*, Princeps, à *parnes* pascere. Sed Celtis *Bre* est excelsum. Etiam Hungaris Biro est judex. Vid. *Bre*, *Bren*.

BAS, non profundus, depressus.

BASGAWD, & *Basged*, sporta, cophinus, corbis, canistrum. Martial.

Barbara de pictis venio *Basgauda* Britannis,
Sed me jam mavult dicere Roma suam.

BASTARD, non inepte forsan vulgo a basso seu vili, humili, & *art*, genus.

BEC, jam olim Celtis rostrum, idque cognomen Antonio primo Tolosæ nato datum, Suetonius refert. Etiam Germanis in usu est *bicken* de avibus rostro ferientibus vel capientibus. add. *bikre*. bec. Gall.

BEDD, sepulcrum, Germanis est lectus, utrumque locus jacendi. bette germ

BENYW, fœmina, *Ban*, fœmina.

BENNA, apud Festum vehiculum Gallicum; Combennones in eadem benna sedentes, (unde forte compagnon) Notavit Pontanus, *benne*, (binne Angl.) hodie esse corbem, & corbis vehiculo imponebatur. Nisi malimus à *banco* dici seu scamno, cui insidebant vectores.

BER,

BER, veru. *Ber*, hasta (verutum) Adde supra *Arf*.

BERTH, pulcher, nitidus. *Werthid*, opes.

BIERY, milvius, Germ. Weihe.

BIHERRIGA, vestis brevis & hispide Sulpitio Severo in vita Martini. Nempe observante Pontano à pilis; uti Cilicium hodieque Gallis dicitur *haire*.

BIKRE, conflictus. Hinc & Anglis *Bikre*. Add. *bec*.

BIR, cerevisia. Puto esse à *brauen* Germ. *berwy* Cambr. quod est coquere, bullire. Consentit Latinum *fervere*; nisi malis esse à *brevan* Cambr. molere, ut *brauen* Germ. sit etiam originariè molere, minutim miscere; ut *malt*, *malz*, præparatum ad braxandum frumentum (*bracis* veteribus) à molendo dicitur. Sane *brin* est comminutum, ut fit molendo, & *bran*, furfur. Etiam Græcis βράσμα, ἀπόβρασμα, furfures.

BIW, vacca.

BLAEN, extremitas.

BLAWD, farina Aremoricis. *Blawd Llif*, scobs. *Blawd*, agilis. *Blawen* est Germanis schlagen, stossen, einbläuen, abblauen. Itaque farina quasi contusa, motu minuta.

BLAWR, canus, glaucus; *blau* Germ. cœruleus.

Blith,

BLITH, commodum; Germanis lætitia. Hinc Anglis, *i am blide*, ſum lætus, à mon aiſd. *Blide* olim Germ. quoque lætitia. *Blidenſtat* explicatur locus lætitiæ. Conſentit

BLYS, deſiderium.

BLOESG, blæſus. βλαισός.

BLOWMON, Æthiops. Ita *blow*, pro nigro, cum *bleu* Gallis ſit cœruleum, ut *blau* Germanis.

BLOCH, bucca, mandibula.

BOCHAU, fauces.

BODDI, mergere, mergi, in fundum ire; nam Germanis *Boden* eſt fundus, & Græcis πυθμήν. *Bodenk*, Gallis Inſubribus olim fundo carens apud Plinium lib. 3. c. 15. qui notat, locum apud Padum dictum *Bodincomagum*, ubi fluvius profundus eſt, & quaſi fundo carens. *Enk*, idem eſt quod *ohn*, *ahn*, ſine.

BOD, manſio; Germanis veteribus *beiten* manere, *bude*, *butel*, manſio.

BOL, *boly*, venter, uterus. Unde & *belly* Anglis venter.

BORD, menſa, tabula. Germ. börd, repoſitorium.

BOST, gloriatio, etiam Anglis *boaſt* idem.

BRACCÆ, pro femoralibus Gallica vox, teſte Diodoro & Heſychio. Supereſt Saxonibus.

nibus. *Broek* vel *Bruk* eodem ſenſu. Pontanus ait *Breache* etiam Britannis eſſe braccam.

BRACH, brachium.

BRAD, proditio.

BRAEN, tabidus, rancidus. add. *Brann.*

BRAENAR, novale, terra ſqvalida, brackacker.

BRANCE farris Gallici genus Plinio: Cambdenus teſtatur, hodieque hac voce apud Britannos far exprimi.

BRANN, furfur. Add. *braen.* Germanis inferioribus cerebrum dicitur *bregen*, Anglis *brain.* Pro furfure reſpondet Gallicum *Bran*, Græcum βρᾶσμα vid. *Bir*, *Breuan.* Brythum apud Athenæum (lib. 10. c. 16.) Potus Thracum ex hordeo. Add. *Cwrw.*

BRAWD, frater, *bruder.*

BRE, mons, collis *Bryan*, collis, Sax. *brinck.* Add. *Bron.* Alti montes Celtis *Brenner*; ita Alpium Tirolenſium ſummitas appellatur. Idem ergo nomen commune Alpibus & *Pirenæis.* Deiſteri jugum non procul à cœnobio Wennigſen, in Calenbergenſi Principatu, dicitur etiam *Bröen*, ubi ampelitidis genus effoditur. Add. *Brynn.*

BREG, ruptio, *brechen.* *Briw*, vulnus, fragmentum, [an hinc *brin*, portiuncula?] Conſentiunt Germ. *brechen* & Latinum *frangere.*

BRENHIMAETH, Regnum. *Brenhinllys*, aula regia. Itaque *Bre*, *Bren*, videtur ſignificare elevationem. Add. *Barn* ſupra, & *Prain* infra, & *Bron*.

BREUAN, molendinum. Add. ſupra *Bir*, & *Brann*.

BRI, æſtimatio, dignitas. *Breyr*, Baro, Dynaſtes. *Brig*, ramus, ſummitas, Germ. *preis*, pretium, Anglis *pride*, æſtimatio ſui. Add. *prood* Angl. Sed & Cambris *bryd*, animus.

BRITANNIA, *Britones* forte à *Bright*, quaſi ſplendentes ſive *picti*; ita à Gallis vicinis appellatos crediderim: Etiam Germanorum *Ber* in antiquis terminationibus eſt ſplendidum, & *pretty* Anglis hodie elegans, & nobis *prunk* ornatus, *prangen*, ornatum oſtentare.

BRIGER, coma [*bregen*, cerebrum.]

BRO, patria, regio, Gallis *broga* Scholiaſtæ Juvenalis. Germanis *Broek* regio paluſtris, ut Bructerorum.

BRON, pectus, mamma, forte à ſimilitudine monticuli ſive elevatione. A *Bron* pectus (Germ. *bruſt*) derivatæ ſunt *bruniæ*, vox Francis uſitata, & in Capitularibus non ſemel occurrens, de lorica ſeu pectoris tegumento. Ipſis Cambris *bron-door* eſt clypeus *bron-foll*, thorax.

BRU, venter, uterus. Etiam Græcis ἔμβρυον. Add. *braut*, ſponſa, & βρύειν, non tantum Græco, ſed & Belgico ſenſu. BRU-

BRUCHEN, ſcatebra. *Brück* etiam Germanis locus paludoſus, ubi ſcatebræ. *Βρύειν* ſcaturire, pullulare.

BRWYN, juncus.

BRYNN, collis. Brinck apud Sax. infer. ut dictum. Add. *Bre* ſupra. A *Bre* & *Brynn* non abludit *Berg* mons etiam Gallica olim vox, ut hodie Germanica: Nam Cato apud Plinium notavit, Bergomates, etiam prodente nomine, altiùs quàm fortunatius ſitos.

BUDD, utilitas, in Sax. *baten*, prodeſſe. *Es bad nichts.*

BUL, folliculi ſeminis lini. Puto eſſe origine generalius, ut Germanis *balg*, Latinis *bulga*, bulla. Feſtus ait: *Bulgas Galli ſacculos ſcorteos appellant.* Hinc & *buſtl* Cambris, veſicula, ſpeciatim fellea, & *bwcel* puſtula, *buckel*, *boucle.* Conſentit græcum πύελος theca. Add. *Pungia.*

BUCCLED, clypeus, bouclier. It. *buccel*, puſtula.

BURGYN, *Buria*, morticinum. Hinc Anglis *buried*, ſepultus; an à *bören*, ferendo, quod aufertur. An à *Bwrw*, quod Cambris eſt jacere.

BURRAE, quisquiliæ apud Auſonium, Gallico, ut apparet, verbo. Hodie Gallis *bourde*, Belgis. *Burten*, nugæ, joci.

BWA, arcus. Hoc Davieſius ducit à *bw*, terror, quia ante inventum pulverem pyrium terribilis fuit. Sed eſt ex eodem fonte cum *bow*, Anglo, quod eſt à Germanico, ubi *Bogen*, arcus vel res flexa; & *biegen*, flectere. Adde *bwk*, *bouc*, *bok*, caper, à cornibus flexis. Olim arcus ex cornu. Conſentit Græcum βιὸς, arcus.

BWHMMAN, fluctuare. An *wimmen*, *ſchwimmen?* nam, *es wimmelt voll*, dicimus & Germani. Conſentit & Germanicum *baumeln* vel *bummelen*, de motu oſcillatorio.

BWIAL, ſecuris, *Beyl* Germanis.

BWLA, taurus, *Bu* bos, vacca. Germanis *bulle* eſt taurus.

BWNGLER, imperitus in arte. Conſentit Germanicum *bengel*.

BWRN, onus; ſic & Anglis, à *bören*, Sax. ferre, βάεος Græcis, *Bürde* Germ.

BWYD, cibus, *weide* Germanis. *Bwitta*, edere, *biten*, *beiſſen*, mordere. An conſentiunt vita, victus?

BYDA, alvearium. Apis Anglis *bee*, Germ. *biene*.

C.

CABAN, caſa, hodieque *cabane* Gallis.

CADER, *Gadir*, ſeptum. Hinc & *caer* urbs. Conſentit orientalium *Carta*, *Carthago*, *Tigranocerta*. garden - warte

CAE,

CAE, sæpes, clausum, [Cajüte in navi] haye, Germ. *hagen*, est abhakken, cædere, ob arbores cæsas, incisum.

CÆTRA, brevior clypeus apud Oscos, Hispanos, Celtas, Britannos. Notat Boschartus ex Juvenalis Scholiaste, scuta Maurorum minora esse *cituras*. Invenit & consonas in oriente voces. Dicebantur & cyrtiæ Iberis apud Hesychium, an quia curtæ, *kurtz*?

CAFN, trulla, concha, scapha. add. *Cau*.

CAIN, Cambris, *Cann* Aremoricis, candidus.

CAILL, testiculus. An hinc couillons, coglioni? die *geilen*, Germ.

CAINION, clinodia.

CALED, durus. Consentit callus; callum obducere. Consonat *Calleſter* Cambris silex, Gallis *caillou*. Etiam Hebræis *galad* durescere, Latinis *gelu*, *gelidum*, Gallis *Galet*, calculus litoralis.

CALY, veretrum, priapus. An à calamus? nam & Germanis *ruthe*.

CAMM, curvus, Gallis *camus*, né camus. κάμπω flecto. Consentit camera, καμάρα fornix.

CAMMAWN, pugna. *Campau*, ludi, quales Olympici. Consentit Germ. *Kampf*, pugna.

CANNAD, permisſio, venia, Germ. *genad*, Et *Gan* Aremoricis, *Cennad* ; item, nuntius, *Cennadwry* Cambris legatio.

CAP, pileus, item *Cappan*, pileus, *chapeau*. Conſentit *caput*, *cappa*, haupt, *cappe*, καπάνη.

CAR, amicus, *carus* antiquis. *Car* odium. χάρις gratia.

CARDR, fortis, Germ. *hard*. Conſentit καρδία, cor, hertz. κράτος robur.

CARL, ruſticus. Ita & Svedis. Germanis ſimpliciter *Kerl* eſt vir, olim homo robuſtus.

CARN, agger, cumulus lapidum, rupes. An hinc Alpes Carnæ, populi Carni? Add. infra *Craig*, *Gro*.

CARNON, tuba Gallis apud Heſychium. Cornu eodem ſenſu Romanis. v. Cern.

CARR, carruca, biga ; vox creditur à Gallis ad Latinos veniſſe, Germanis *karre*, karn.

CARTH, ſtupa. Hinc *Carder*, (*Karten* Germ.) fullonum, *carduus* : *carthu* Cambr. purgare. κάθαρμα, purgamentum.

CARW, cervus. Hoc ergo Celticum, Germanis, Gallis, & antiquis Italis commune: nam cervo conſentit *hirſch*, ut capiti haupt.

CARWFIL, magnum animal, quales cervi, equi. Sane & antiqua vox *ors*, Anglis *hors* pro equo, indicat vicinam olim vel communem cervi & equi appellationem fuiſſe.

CAWR,

CAWR, gigas.

CAT, Anglis *Cut*, sectum. Respondent *culter*, *couper*, *capo*, *κόπτω*. *caddeln*, est ineptè secare, ut pueri solent.

CATEJA, telum Gallicum. Soliti torquere *Catejas*, Virgil. Isidorus Gallis tribuens describit. Gatti, vel Catti medii ævi scriptoribus dicebantur Machinæ saxa emittentes, quæ haud scio an huc pertineant. In Cambrico vel Aremorico, quantum reperio, non apparet *Cateja*, sed *Catervæ*, (Gallis tributa à Vegetio) vox hodieque in Cambrico superest; *Catyrfa* & *Tyrfa* est turba, *catorfod*, prælium.

CATH, Cambris cattus, *Kaz* Germ Adde Cambr. *Cwt* frustum. *Catti* enim fortasse dicti à lacerando.

CAU, cavus, clausus. add. *Cafn*.

CEFN, dorsum, pars superior, dorsum montis. Supersunt les *Cevennes* apud Gallos: Gebennici montes.

CEINACH, lepus. An consonat *Caningen* Germ. seu cuniculus? est enim animal cognatum. v. *Cwning*.

CEISIO, quærere, Germ. *kiſen*, *kören* est eligere, exquirere.

CELAIN, cadaver, olim Germanis *ſchelm*.

CELI, nomen Dei, credo à Latino cœlo. Sic *Jumala* Deus Finnis, cum *himmel* sit cœlum Germanis.

CELTAE vel *Keltæ*, *Galatæ*, vox eadem. Nam Ce veteres ut *ke* pronuntiabant. Strabo notavit sic dictos διὰ τὴν ἐπιφάνειαν, ob dignitatem. Itaque fuerit *Gelt* valor, & notavit Scriverius apud Pontanum *Gelte-baars* apud Belgas esse piscem melioris notæ; & *Gilds-os*, bovem præstantiorem. Eodem modo Slavicæ gentes nomen suum derivant à *Slaba* gloria, ego ἐπέχω. Slavi

CEN, corium, Saxonibus & Anglis *skin*.

CENA. Olim Cenæ, virgines Vestales in litore Britannici maris apud Melam. An consentit *queen*, Angl. domina, dame, damoiselle; absolute Regina?

CERN, cornu. *Kernunnos* (*Hornung*) Celtis, Deus cornutus, Bacchus, v. Carnon. Germanis *Horn*, cornu. Consentiunt Græca, Latina, Hebræa. Etiam Aremoricis *corn* est cornu. Add. *corn*, *corner* esse angulum Anglis, Cambris *cornel*. add. *Cyrnig*.

CEST, venter, uterus, corbis. Consentiunt cestus (pro cingulo) & cista, Germ. *kaste*, *kiste*, v. *Cist*.

CETRA, vid. Cætra.

CHWA, aura, flatus. Consentit Germ. *wehen* de motu aeris. onomatopoïa

CHWANT, desiderium. Anglis *want* est defectus.

CHWEDL,

CHWEDL, fabula, *quedan* loqui veteribus Germanis, *köddern* Brunſvicenſibus; inde ruſticorum *kören*, confabulari.

CHWEGR, ſocrus, *chwegrwn*, ſocer, Germ. *Swäher*. Conſonat Swager Germ. de affine.

CHWIMWTH, velox, geſchwind.

CHWITHIG, ſiniſter, ſcævus. Conſentit *ſchwude*, quod aurigis ſuperioris Saxoniæ eſt ſiniſtrum, ut *Hotte* dextrum.

CHWYS, ſudor, *ſchweis*, *ſueur*.

CHWYTH, halitus.

CIB, Britannis vas quoddam, teſta, κίβος, capſula, Germannis *kipe*.

CIBIN, fructuum tunica, folliculus.

CIGOG, carnoſus. *Cig*, caro. Videtur conſentire Gallicum *gigot*.

CIL, ſeceſſus. Conſentiunt celare, *höhle* Germanis antrum, κοῖλος, cavus.

CIMMWCH, aſtacus piſcis, gammarus, Germ. *Hummer*.

CIS, ictu cædere. κὶς, vermis lignum rodens.

CIST, ciſta, κίστη, κιστίς.

CLAI, lutum, cœnum, Germanis Klay, terra argillacea. add. *gro*.

CLAMP, maſſa, Germanis *klump*.

CLAP, ictus; Germanis eſt ſonus ab ictu, *clappen*, *cleppen*, *claiſchen*, κλαπάζω moror. add. *clwppa*. Klap

CLECC, ſtridor. Conſentit *klock* Germ. *cloche* Gall. Græc. κλώξειν. onomatopeia

CLEDDYF, gladius; an illud ab hoc? an potius contra, ut gladius ſit fodiendi inſtrumentum, quia *cladd* foſſa Cimbris, *Cloddio* fodere. Nam eodem modo ex *ſpathe*, fodiendi inſtrumento, prodiit ſpada, l'*eſpee*.

CLOD, laus. Puto à Latino. Inclytus, qui cluit.

CLOVEN, ramus, proprie fiſſum: hoc ſenſu *cloven* uſurpatur Anglis. Etiam Saxonibus *cleſen* eſt findere, ſpalten, & klaffen Germanis eſt hiare, veluti quæ habent fiſſuram. *Klau* Germanis & Anglis eſt ungula fiſſa vel ungues animalium fiſſi. Addatur χέλη, chela cancrorum. Add. *Cyfaill*.

CLUGAR, Aremoricè perdix, an à ſubtili auditu?

CLUN, clunis.

CLUPEA, piſcis genus Celtis. Notat Boſchartus Alauſam Venetis *chiepam* dici.

CLUST, auris. Conſentiunt Germanorum *luyſtern*, *lauſchen*, Græc. κλῦσαι, auſcultare. Reſpondent ſibi proportione *luyſtern* audire, *ligen* videre. Vid. *Llais*.

CLWPPA, clava. Conſentit Germ. kloppe, *klüppel* quaſi clavula. Add. *Clap*.

CNOI rodere, Germ. *nagen*, add. κνάω rado.

CNAIF,

CNAIF, tonsura, *knif*, culter Anglo-Saxon. *kneipen* nostris cognata vox, quam difficulter per aliam reddas. add. *gnif*. Est & Cambris *Cnap*, frustum, quod & gibbus, tuber. *Cnau*, nux. Huic consentit nodus, *knote* Germ.

COCH, rubeus. An hinc coccus, coccineus, cochenille? An & coquere (Germ. Kochen) quia cocta rubescunt? *Coeth*, Cambris excoctum.

COCHL, palla, tegmen. Consentit vetus Germanorum *kogel*, tegmen capitis. Imo consentit & *cochlea*, quæ pene tota domus seu tegmen, *coque*.

COES, crus, tibia, coscia, cuisse.

COET, sylva, lignum; an à cædendo? *cat*, *cut* (supra)

COFFR, cista, arca, Gallis *cofre*. An à *cofle*, quod Cambris onus, quantum brachiorum amplexu ferri potest.

COL, aculeus, item arista. An hinc culmus, apex? An hinc & collis à summo. Etiam *Colyn* Cambris aculeus.

CONGL, angulus, consentit Germ. winkel. Tum conus, cuneus, coin, γωνία, κῶνος.

COPPA, vertex, apex, crista. Consonat caput, haupt, item *cupola*.

COREFAL, corpus, vel truncus, item *corf*.

COS DOG, molossus, Englische dogge.

COSI, scalpere.

CO-

COSI, pruritus. Hinc, ut puto, Gallis cuiſant, à cuire, coquere. Unde douleur cuiſante, dolor coquens.

COST, ſumtus, impenſa, Gallis couſt (Germanis *koſt*, es *koſtet*) item, magnum.

COWAIN, hodieque vehere Britannis. Olim currus armatus. Gallis & Britannis *Covini*.

CRAF, fibula. Conſentit & Gallicum *crampon*, & *crampe* apud Germanos, quibus etiam *Crempe* in pileo, & de panno humiditato ſe contrahente *es crempet ſich*.

CRAFEL, radula, ſcalprum, Germ. *Griffel*, graphium, add. *Craf*, *Crap*, *Craggen*.

CRAFU, radere, ſcalpere. Sane *graben* Germ. eſt fodere, ſculpere. γράφειν, Latinum ſcribere. *Crafange* Cambris ungula avis, Gallis *griffe*. Conſentit Græcorum *gryphes*, aves.

CRAIG, rupes, Angl. *Cragge*, Græcis ῥώξ. Etiam in oriente præcipitia *Crag*, alicubi notante Boſcharto. *Crac*, *craggen* apud Germanos eſt rupturæ ſpontaneæ, diſſiliendique indicium, quod & ſignificat rupes, & ῥώξ abruptum aliquid, ut in rupibus apparet. כְּרַךְ Krach Rabinis eſt operire. Add. *Carn*, *Gro*.

CRANGE, cancer, gangræna.

CRAP, raptio, prehenſio. Conſentit Germ. *greiffe*, *griffe*. Sane & fibula prehendit.

CREFFT,

CREFFT, ars mechanica, hodieque Anglis *handycraft*, Germanis *craft* est potentia, Cambris & Anglis ars.

CREGEN, vas figulinum, *krug* Germ.

CREIRIO, adjurare; an à credendo?

CREST, furfures. Consentit *Crusca* Italorum.

CRI clamor habent veteres, kreischen Germanis est, quod Gallis *crier*, Italis *gridar*. Add. Cambricum *gryw* lingua, *oriau* (Aremoricis *goriau*) clamor. Hebr. קָרָא Karà, clamare. Add. *Criwr.* κείζειν stridere.

CRIB, pecten, item crista. *Cribyn*, rastrum. Consentit *Krebs*, à multis pedibus multifidus. Etiam *cribrum* multis modis pervium. Crista Aremoricis *Cribel.*

CRIMP, fastigium in longum deductum, *grimper* f. croupion, croupe, groppa. Add. Gallicum *grimper.*

CRIWR, præco Aremor. Græcis κήρυξ, *crieur* Gallis quasi gridator.

CROESAN, mimus, histrio, obscœnus. Puto qui Latinis *crissans*. Sic *Croesangerdd* Priapeja.

CROPPA, ventriculus avium: *Kropp* Germ.

CROPPIAN, serpere, repere, *croupir*, Sax. *krupen.*

CRUPL, claudipes, Germ. *krüppel.*

CRWCCA, curvus, *Krükke.*

CRWMM,

CRWMM, curvus, *krumm* Germanis.

CRWNN, rotundus, consentit *granum*, *Korn*, & quod sequitur

CROON, corona.

CRWYDR, vagatio, krabben, krabbeln, varie moveri, *grabbeln*, mit den händen hie und da greiffen.

CRYCH, crispus, Germ. kraus.

CRYF, fortis, *craft* Germ.

CRYNDER, rotunditas. Hinc Anglis *grinden*, tornare.

CRYR, *crehir*, Germanis *reiher*, ardea, an à sono? v. *gryr*.

CUCULLUS, Gallicum tegmen apud Martialem. Supersest in antiquo Germanico *Kogel*, tegmen capitis.

CUDD, occultatio: consentit Anglicum *hidden*, occultum, tectum, Germanicum *hut*, pileus, tegmen.

CUN, dominus, & *cuniad*, nempe potens, *können*, posse, *kuniry*, kan Scythis Princeps, *könig* Germanis Rex.

CUNNACH, uter, ampulla, nec abludit *cunnus*.

CUS, *cusan*, osculum, Germ. *kuss*.

CWBL, totus ὅλος, heel Sax.

CWCWALLT, corniger. Consentit Anglicum *cuckold*, Gall. *cocu*.

CWIN,

CWIN, querela, lamentatio; nobis *weinen*, flere. *He quinet* Sax inferior. valetudinarius est.

CWLIS, cataracta. Respondet Gallicum coulisse, & ipsum *couler*, & Italicum *calar*.

CWLM vel *Clwm*, *Cwlwm*, vinculum, nodus. Consentit *glomus*, Saxonibus *glun* de filis conglomeratis, quod Germanis superioribus est *knaul*, zwirns-knaul. Puto Cambricum esse à volvendo, quasi volumen, cui voci varia Germanica consentiunt, ut welle, walzen.

CWMMWD provincia, propriè cohabitatio. Hinc *cymmydog* proximus, Aremoricis *chom* est simul morari. Itaque radix erit particula *Cum*; sanè *particulæ solent esse veræ radices*. Hinc & *Commodum*, de re cum aliis bene stante. קום kûm Hebræis est stare, subsistere. Porro si *Cwmmwd*, provincia, regio cohabitatio est, credibile est, hinc ipsum esse nomen Cumrorum. Nam Cambri se *Cumros* vocant; & *populi solent sibi nomina sumere, quæ origine sua significant terram, regionem, gentem in genere* in ipsorum lingua vel vicina. Sic *Tudde* gens, (*getudde* vulgo Brunsvicensium est plebs) Gothis Ulfilæ *thudinassi* est regnum, add. *Teutates* & *Tud*. Hinc *Theotisci*, & Semla Slavis terra, hinc regio *Sambia*, *Zembla*. Sic *Madur*, *Magyar*, *Mogor* est homo

mo apud Septentrionales; unde Hungari sibi *Maggyares*, Tartari (saltem qui seculo decimo tertio orbem turbavere) sibi Mogores, vel Mugales dicti.

CWNING, cuniculus, *conin*, Germanis *Caninge* v. *Ceinach*.

CWPPAN, phiala, calix, cupa, scyphus.

CWRRWN, curvatura. Consentit non tantum curvum Germanis *krum*, sed & *quern*, *querl*, mola, instrumentum agitatorium; nempe euntia in orbem.

CWRW, *Cwrwf*, cerevisia, quibusdam apud Plinium Ceria. *Cerevisiam* à vi Cereris derivare, hominum est nescientium, Latina plurima à Celtico esse petenda, & maxime in rebus, quæ erant apud Celtas. Hinc ridiculæ sunt plurimæ Varronis, Isidori & similium etymologiæ. Apparet *Crwrw* dictum de liquore crasso, spisso. Consentit *Gwyor* & *Crau*, Cambris sanguis *cruor*. Add. infra *Gor*, & supra *Bir*. Itaque Pontanus non inepte *Ceriam* derivat à *Gären*, seu à Fermentando.

CWSG, somnus, fortè à sono, quo nutrices utuntur, ut infantibus somnum concilient; ut murmur aquæ lene fluentis facit. *Onomatopoeiæ, ubi sonus rebus manifestè consentit, colligi mererentur.* Talia enim vocabula maxime radicalia sunt. Add. *Cysgu*, dormire.

CWTT, frustum, vid. *Cat*.

CY-

CYFAILL, ſocius. Conſentit Germanicum *gaffel*, *gabel* de re duplici, bifurcata, fourchette. Conſentit & *gibel*, domus faſtigium, culmen, *Gipfel*: eſt enim litera Pythagoræ inverſa in illa ſumma contignatione. Add. inf. *Gefail* Cambris forceps, & *Gefell*, didymus, gemellus. Add. & *Cloven* ramus.

CYLION, culex.

CYNNIL, peritus, ſciens, Anglis *cunning*, Germ. *Kundig*. Nempe *Kennen* eſt noſcere.

CYNT, olim, prius, anterius, ſuperius. Conſentit Germanicum *Zinne*, Gallicum *cime* de ſummitate.

CYRCH, inſultus, impetus; fortaſſe propriè turbo, ut conſentiat *circus*, *circuitus*, nam & Circium vel Cercium ventum Gallis dictum Gellius habet.

CYRNIG, cornutus. Add. *cern.* ubi Kernunnos.

CYRTIA, vid. *Cætra*.

CYWVDD, verſus ſeptem ſyllabarum, Germanis *ſibend* eſt ſeptimum.

D.

D. litera Cambris ſæpe initio eſt inutilis & adjectitia, ut *Dwyrain*, oriens, *danadl* (Germ. neſſel) urtica.

DAD, pater, vid. *Tad*.

DADL, quæſtio, controverſia. Germanis *tadelen* eſt litem movere, reprehendere. *Tael*, lingua, ſermo. Add. *daidigen* Germ. litigare.

DAER, terra. Conſentit *Erd.*

DAFU, ſtilla, *trauffe* Germ.

DAGER, pugio. *Dege*, gladius nobis, Gallis *Dague.*

DAIGR, lacrymæ δάκρυον.

DAN, vallis Britannis; vel inferius, Anglis *down*, notante Boſcharto, Germanis *dael.* vid. *Dol.*

DANADL, urtica, Germanis *nettel* vel *neſſel*, Græcis κνίδη.

DAR, quercus, δρῦς. *Derw* Cambris, *Deru* Aremoricis; unde & Druides dictos conſtat. v. *Derwyddon.* Omnis arbor Anglis *tree*, ſeu ut pronunciant *tri.*

DART, jaculum Aremoricis. *Darder*, Gallis jácere, Italis *dardo.* Unde forte Hungari habuêre *Dardia.*

DAS, congeries, ſtrues. Gallis *un tas*, entaſſer. τάσσειν eſt ſtruere.

DEHAU, *deau*, dexter; item auſter. An quod auſter à dextro eſt ſolem reſpicientibus? *Gogledd*, Boreas.

DELF, ruſticus, barbarus. Reſpondet Germ. *tölpel.*

DEL-

DELLR, asserculus, Germanis orbis in mensa, *teller*.

DERA, diræ, furiæ, phrenesis.

DERWYDDON, Druides, sapientes, vates. vid. *Dar*. Add. *Eddrybedd*, historia, quam Druides canebant aut Bardi.

DEUBYD, erit, veniet, futurum est; credo à debet, ut Belgis: *he soll kommen*, pro wird. Debet venire, id est, veniet. Ita etiam Galli, *il doit venir*.

DEWIR, eligere. An hinc devise? symbolum quod quis elegit.

DEWYN, ariolus, à divinando.

DHA, bonus; apud Giraldum filius Hoëli *Dha*, id est, Hoeli boni. *Dercoma* potus vini Gallis apud Athenæum ex Posidonio, puto referri ad *drincken*, quod Germanis bibere est.

DIELL, particula, *theil*, Germ.

DICCRA, macer. At Germanis *dik* est crassus.

DIDOLL, sine telonio, quod Germani etiam vocant *toll*.

DIHORT, expers ignominiæ. *hort*, *hurt* est ictus. Hinc *hourter*, urtar.

DINAS, civitas, an à *town*, civitas. Hinc & *denizen* Anglis, civitate gaudens, civitatis particeps.

DIU, Deus Celtis. Vid. Ffynnon. Consentit Græco & Latino.

DOL, locus humilis, nobis *dal.* vid. *Dan.*

DOR, Aremoricis porta, dör, thür. *Drws*, oſtium.

DRAEN, ſpina. *Drain. Draenog*, erinaceus. *Dragio*, lacerare, v. *rhwyg*, ruptura. It. *adran, mordrai, trai.*

DREM, aſpectus, an conſentit Germ. *traum*, ſomnium, viſio?

DRIF, v. *tref*, habitare.

DRUIDES vid. *Derwyddon.*

DRUD, carus, *traut* Germanis. Idem etiam, quod *dewr*, fortis, ſtrenuus.

DRUNGUS, globus militum, declinante Romanorum imperio, videtur eſſe Celtica vox. Sane *Drängen* Germanis eſt comprimere, *Gedränge*, turba conferta, Gallis preſſe.

DRWG, malus. Germanis *trug*, fraus. *Dry* Angloſax. malus, incantator.

DRYL, fruſtum, Germanis *drum*, trümmer. Zu trümmern gehen.

Düſter DU, niger. Hoc miror! Dunckel

DUN, collis, veteribus Gallis. Hodie *dünen*, colles arenarum in Batavis. Germanis *dunen* ſunt plumæ elaſticæ, quæ ſe elevant depreſſæ. Conſentit Anglorum *Town*, Civitas, nempe plerumque opida in loco minus depreſſo collocantur, ne aquis ſint obnoxia. Etiam Græcis θῖνες ſunt cumuli arenarum.

DURYN, roſtrum, vid. *trwyn.*

DIOL,

DWL, hebes, Angl. *Dull.* Germanis *toll* est insanus.

DYDD, dies. Consentit *tit*, *Zeit*, tempus. vid. *Adeg.*

DYN, homo, ὁ δεῖνα.

E.

EANG, amplus. *Ing*, angustus, Germanis *eng.*

EBACH, sinus. Germ. *wic*, sinus. Itaque e. est superfluum. *wic*, nobis à recessu, *weichen.*

EBOLL, pullus equinus, *fohlen* Germanis. Ita e. rursus superfluit.

ECHUR, morbus, ἴχωρ. *ach* und *weh.*

EDAU, filum, faden.

EDDYL, gens, cognatio. Itaque hinc Germanis *Edel* est gentilis, Geschlechter, ut Polonis *schlachtiz.* Ita tandem videmur nacti derivationem vocis diu quæsitam. Add. *Ach* supra.

EDN, avis. vid. *Adder*, *adar.*

EDRYBEDD, v. *Derwyddon.*

EICH, vester. Consentit Germanicum *euch*, vobis.

EILUN, imago. Add. *Ailun.* *Ehna* Lettis umbra, Germanis *ähnlich*, quod similitudinem habet. Add. *ellyl.*

EINGL, pro exteris, peregrinis, inimicis.

EIRIF, numerus, ab ἀριθμὸς, θ in f. mutando.

EIRY, nix. Germ. *Eis*, glacies.

EITHR, sed, Gr. ἀτὰρ, Germ. oder, aber.

EISOR, similis, par, ab ἴσος.

ESILL, *Hil. Sil.* soboles. Consentit Germanicum *Zielen*, erzielen, generare.

ELIN, cubitus. Sic Aremorici; Græcis ὠλένη, Germanis *Elle*. *Penelin* idem Cambris.

ELLMYN, Alemanni, & pro peregrino quovis.

ELLYL, spectrum. Videtur potius esse ab εἴδωλον, Græco, quam consentire cum *Eilun*.

ELYDR, æs, electrum. Consentiunt *lead* Angl. pro plumbo, (unde *lot* genus ponderis Germanis) & *loton* pro orichalco.

ENW, nomen. Consentit ὄνομα, quod notavit jam Giraldus.

EOG, salmo. Consentit *Esox*.

EPPA, simia. Vid. *Ab*.

ERYR, aquila. Germ. *Aar*. v. *Adar*.

ESSEDA, Gallis olim plaustra apud Servium.

ETHRYB, causa, occasio; Germanis *trieb*.

EU, semper. Colligo ex versu antiquo, quem

quem refert Boxhorn. orig. Gall. p. 82. Consentit *Eu* antiquum Germ. id est, ævum, item

F.

FALL, malum. Add. fehl, felon. *Ffael*, error.

FAM, mater. Consentit *fœmina*. Hinc *Ilys fam*, noverca, ubi vide.

FARCH, an porcus. vid. *morfarch*.

FFAB, vid. *Mab*.

FFAGOD, fasciculus. Idem hodie Belgis & Gallis.

FFAIG, vice, Saxonibus *faken*, id est, vicibus, sæpe.

FFERM, prædium. An consentit Gallicum *ferme?* Semilatinis *Firma*.

PEN-FFESTIN, galea, capitis munimentum. *Fest* Germ. firmum.

FFENTUR, stannum. Consentit *Spiauter* apud Belgas, Germanis *zink*, vicinum stanno, quod Germanis *Zinn*.

FLACCD, lagena, *flasche* Germ.

FFLADR, loquax, stultus, plauderer. *Flattern* Saxonibus est unnützer weise reden; plappern. Add. Cambr. *aflafar* mutus.

FFOL, stultus, antiquum Celticum, quod mansit in Gallico & Italico.

FFORD, via, iter. Germanis *Furt* est vadum.

FFOREST, ſaltus, Germ. *forſt*.

FFORFFED, pœna. Gallis *forfait* eſt crimen.

FFRAETH, eloquens. Conſentit Φράζειν, loqui.

FFRAW, pulcher. Conſentit Batavorum *Fray*, de homine grato, jucundo. *Frau*, Germanis, mulier, uxor, à pulchritudine.

FFYNNON, fons, antiquis Gallis *vona* olim. Hinc Auſonius:

Divona Celtarum lingua fons addite Divis.

Add. *Diu*. Porro *won* & *wan* Danis eſſe aquam notavit Pontanus.

FFUGL, ventus. Conſentit *fogel*, avis, apud Germanos. Utrique conſentit volans, volucris.

G.

GAD, Aremoricis lepus. Vicinum eſt Germanicum *Haſe*.

GÆSUM, haſtile Gallicum apud antiquos. Hinc quidam derivant Gæſatos. Hodie *Gaflach* Cambris jaculum. Add. *Gwâs*.

GAIR, verbum. Add. *Jaith* Dialectus.

GALBA, olim Gallis pinguis apud Sueton. Supereſt apud Germanos *gail*, pinguis; *gaile Erde*, terra pinguis.

GAL-

GALLu, *poteſtas*, Germ. *Gewalt*, *walten*. add. valor.

GALLWYN, congius. Hodie *Gallon* Anglis, menſura quædam liquidorum.

GAN, apud Germ. *an*.

GAR, poples. Hinc Gallis hodiernis *jarret*.

GARAN, grus, geranium, Germ. *Kranich*.

GARDD, hortus, Germ. *garte*.

GARM, clamor, vid. *Ysgarm*. *Karmen* Belgis eſt vociferari.

GARM WYN, milites, equites, credo à cingulo. Nam *amgarn* Cambris eſt annulus, cingulum. *Garm* à gyro.

GARTH, promontorium, mons, Germanis *warthe*. Sic & *Gwarthaf*, vertex Cambris.

GARW, *agarw*, aſper, rapidus. Hinc puto eſſe Germanicum *Wär-Wolf*, & Gallicum *loup garou*. A rapiditate putat Camdenus dictam *Garumnam*.

GAUNACUM, Gallica veſtis, villoſa Varroni. Eandem vocem Boſchartus apud Orientales invenit. Addatur Italorum *gonna*, & Latinorum *C..nnus*. Vid. *Gwn*.

GEFAIL, forceps. *Gefell*, gemellus. Vid. ſup. *Cyſail*, ſocius. add. *Gwellaif*, forceps. *ysgewyll*, ramus.

GEIFR, caper. Nam *Eulon geifr* eſt ſtercus caprinum.

GEOL, ergaſtulum. Hinc Gallis puto *Geolier*.

GILDIO, compotationum expenſas ſolvo. *Gildæ* Germanis ſocietates, confraternitates; olim credo compotationes, ut nunc ſæpe. Origo à *gild*, *geld*, pecunia.

GITTEN, hœdus.

GLAIF, falx. Hinc Anglis *gleave*, & Gallis *Glaive*; & forte ipſe *gladius* ab hoc Celtico.

GLAN, nitidus, Germanis *glat* hoc ſenſu apud Saxones. Hinc credo *glaner* Gallis reſiduas ſpicas colligere, quaſi *nettoyer*, reine arbeit machen.

GLAS, glaucus. vid. *Ballaſarn*.

GLEW, fortis. Etiam Saxonibus *gluw*, candens, calidus, animoſus. *glüen*, candeſcere. *Glo*, etiam Cambris carbo, pruna.

GLWTH, guloſus, edax. Conſentit Gallicum *glouton*, Latin. *glutire*, German. *ſchlucken*. onomatopœia

GNABAT, natus, lingua Gallica, in Gloſſis Iſiodori. Conſentit noſtrum *Knabe* puer.

GNIF, dolor; *Kneipen* Germanis eſt cute apprehenſa & attracta, dolore afficere. vid. *Cnaif*.

GO-

GOGAN, vituperium. *Gogan-gerdd*, verbum Satyricum. Hinc *Goguenard* Gallis est irrisor, quam vocem Menagio & Casanovæ omissam miror. Forte origo à joco, ut Germanis *gaucler*, quasi joculator. Respondet Gallicum antiquatum *Goguelou*, & *Goguette*, *gogue*, farce, joci.

GOLUD, divitiæ, opes. Consonat *geld*, pecunia.

GOR, pus, sanies. Forte consonat *gur*, fluens massa metallariis Germanis, inprimis Mathesio, ubi quidam mysteria quærunt. Add. *Gwer* adeps, *Gwyar*, sanguis, *gwirod*, potus Cambr. Add. *jas*. Add. *Cwrw*. Bären

GORDD, malleus. *Gorddwy*, oppressio. Consentit *gurdus*, *engourdi*, parum expeditus. Sed & add. *Gortho*, tectum. *Gor*, superius, *Goror*, ora superior. Gorddwr, aqua superior. Convenit ὄρος, mons, *gora* Slavis.

GOT, *Goth*, *Gott*, superbia, adulter, fornicator. Nihil simile invenio in hodierno Teutonismo, huic vocabulo consonans.

GRO, saburra, glarea, sabulum. An hinc *Craux* en Languedoc, id est, campus saxis plenus. Adde *Carn* supra. Etiam Cambris *Grut*, lapis arenosus, & *Graian*, sabulum. Add. Latin. Granum, Germ. *Grant*, & Korn. add. Clai, κάλικες Hesychio minuti lapides.

GRYCH,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 10;Leibn. Marg. 10, [129] - 123
PUBLIC DOMAIN

GRYCH, crispus, *Kraus* (in *pengrych*) *Grim*, vigor, Germanis ira.

GRYR, ardea, *gryw* lingua, vid. *Cri.*

GVARANT, assertor, vindex. Anglis *warrant*, Germanis *waren* est garder.

GWADN, solea, planta pedis. vid. *Baid*, vadum. *Gwadd*, talpa.

GWAETH, pejor, deterior, Saxon. *quat*, malus.

GWAIN, vagina, *guaine*, *deguainer* Gallis. An consentit *gand*, *guanto*, händschen Germ si non placet handschu.

GWALL, murus, wall Germ.

GWARTHAT, vertex, warthe, hohe warthe. vid. *Garth.*

GWÂS, servus. *Gwesyn* servulus. Consentiunt Vassus, vasallus, gesell, gesind. Gæsatus, (add *Gesum*) an potius *Gessatæ* mercenarii secundum Polybium. Eodem modo Barones & mercenarios, & vasallos, & servos, & homines significarunt. v. *Baro.*

GWE, tela, *gewebe.*

GWEDDW, viduus, *witwer.*

GWEFL, labium, Germ. *waffe.* Add. *Gwp*, rostrum, *Gwep*, vultus.

GWEL-WELL, melior meliorque. *Gwell-well hyd sarf*, *gwaeth waeth hyd sarw*, melior meliorque usque ad barbam, pejor pejorque

que usque ad mortem. Consentit *wel, wohl*, bonum, & Græcum καλλίων.

GWEN, risus, *Gwener*, Venus. *Seren Wener*, stella Veneris.

GWENYG, *Gwaneg*, fluctus, à motu. Consentiunt wogen, Wasserwogen. vannus, wanne, schwinge.

GWERTH, pretium, valor, *werth*.

GWESTAI, hospes, conviva, *Gast* Germ.

GWIDDON, malefica, Anglis *wich*.

GWILL, erro, wallen, *gvillmer*, pirata.

GWLÂD, regio, Germ. *Land*, ut Gwlân, lana.

GWLYB, humidus. An hinc *julep?*

GWN, toga. An hinc *gonna*, de vestimento villoso. add. *Gaunacum*.

GWR, vir. *Gwraig*, mulier, fœmina, quasi virago. Consentit *Herlot* Cambris puer. *Harlot*, Anglis puella, garce.

GWYDD, ferus, sylvester, *wüten* est ferocire. add. mox *gwyth* vid. *gwylt*.

GWYDD, anser, ganss, Armor. *gars* & *goaz*, Sax. Goes, gauss. Plinius jam notavit Germanis anseres dictos *Ganzas*. Anser etiam Græcis χήν.

GWYDDEL, Hibernicus. An quia hos pro ferocibus habent Britanni.

GWYL, festum. *Gul* & Saxonibus veteribus & septentrionalibus festum, à rota (wheel) di-

Jul festus
festa veterum

dictum, seu à conversione solis, post solstitium hybernum redeuntis. Hodie festum Nativitatis Domini.

GWYLSTL, obses, pignus, geissel.

GWYNT, ventus, *wind* Germ.

GWYR, recurvus. Consentit gyrus, Germ. wirren, verwirren.

GWYRDD, viridis. *Ir*, idem.

GWYTH, ira, Germ. wuth. v. *Gwydd.*

GYLF, rostrum, propriè procurrens. Hinc *golfo*, κόλπος, sinus. *Gylfant*, Cambr. rostrum Consentit *Elephas*.

GYSP, phrenesis. Consentit *vespa*, ob sonum, motum.

H.

HACNAI, equus gradarius, Gallis *Haquenée.*

HAEARN, *haiarn*, ferrum, *iron* Angl. *eiren* Sax. Germanis superioribus *eisen.*

HAF, æstas. Consentit *Haft* Belgis, insectum ephemerum æstivum.

HAFN, portus. vid. *Aber.*

HAGR, deformis, turpis; Gallis *hagard*, cujus aspectus ferox. Germanis *Hager* est macilentus.

HAID, hordeum, Germanis, *haide-Korn*, etsi diversum.

HAIL, ministerium mensæ, ab *Hail* salute, Germanorum voce & usu. Hac voce usa filia

lia Hengisti, Regem Britannorum poculo sumto salutans. Hinc *Heilyn* est Cambris pocillator.

HALEN, sal. Græc. ἅλς, Germanis *Hall*, salinæ.

HAMDDEN, pausa, otium. Consentit *Hamster*, Germ. animal dormiens.

HANNER, dimidium. Conspirat Græcum ἡμὶ & Latinum *semi*. Germanicum *halb*, nonnihil recedit.

HAPPUS, felix, *happy* Anglis.

HAUL, sol, ἥλιος. Etiam *Huan* sol.

HEDDYDD, alauda, ut *huddygl*, fuligo. Add. *alauda*.

HELM, galea; ita & Germanis, Gallis *heaume*.

HELP, auxilium, etiam Germanis *Help*, *Hülpe*, *hülff*.

HEN, vetus; *hyn*, senior.

HELYG, salix, siler, ilex.

HERLOD, puer. vid. *Gwyr*.

HEROD, nuntius, Germanis *Herold* est, qui Gallis *heraud* fecialis. Itaque non est, cur Heraldi etymon ampliùs quæramus. vid. *Arwydd*.

HESP, infœcunde, id est, clausa. *Hysp*, sterilis: consentit quod sequitur

HESPEN, fibula, etiam Germanis.

HESUS,

HESUS, vel *Esus*, (Lactantio Heus) Mars. Germanis Erich. *Erichdag*, dies Martis.

HIDL, collis, *Hill* Anglis, Germanis *Hügel*.

HIL, soboles, *sil.* vid. *Esill.*

HIN, tempestas.

HINT, iter. Idem Anglis est, quod Germanis *spuhr*, Gall. *trace.* Consentit *Hunting*, Anglis venatio. Hund canis, animal venaticum

HONNI, publicare. An hinc *honor*, *honte*, Germ. *hohn*. Hony soit.

HORT, improperium. Gallis *hurter*, offendere, *urtar* Ital.

HOTT, capitium, consentit quod sequitur:

HU, pileus (Germ. *Huht.*)

HUD, præstigiæ, quod est tectum. Supra *anhuddo*. Anglis *Hidden*, tectus. *Hudel*, præstigiator. An hinc Germanis *Hudler* nugator? adde *cudd* supra.

HUFEN, schistum, cremor lactis; quod separabile, ut *schiefer* Germanis, lapis fissilis.

HUR, merces, est vox antiqua. *Heuren* Germanis mercede conducere.

HWCH, sus, ὖς. *Hogge* puto Anglis.

HWF, cucullus. Consentit puto Germanicum *haube*, capitis tegmen.

HWRDD, *Hyrdd*, aries, German. *Wieder.* hurter Gall

HWS-

HWSMON, agricola, Germ. Hausman. *Hwswi*, mater familias. hausweib

HWSTR, auſterus.

HWYLUS, proſper, v. *Gwell*, valens.

HWYAD, anas, νὰς. v. Adjad.

HY, audax. Hydr, idem.

HYDD, cervus, dama. Conſentit *Hind* Germ. omiſſo n; ut in *adiad* pro anas, ânte. ente anay Hind cerva

I.

IA, glacies, îs, *eis*, Germ.

IAITH, lingva v. *Gair* verbum, *wort* German.

IARL, Comes, *Earl* Anglis. *Iarl* ſeptentrionalibus Germanis, id eſt, ſenior, Alderman. Hi enim olim Comitivam, id eſt, magiſtratum gerebant. Hinc & Semi-Latinis *Senior* pro Domino.

JAS, fervor, ebullitio. Convenit German. *Geſcht*, *Geſt*, *Gare*, nam *gären* eſt fermenteſcere. Add. *Gor*. add. *Cwrw*. Geist

IMP, ſurculus. *Impffen*, Germanis inſerere, à Græco ἐμφυτεύειν.

ING, anguſtus, *enge*.

JOR, Dominus, *Herr*.

IR, viridis. vid. *Gwyrdd*.

L.

LLA, *Llaw*, manus. *llabir*, enſis, qui manu capitur. *lab*, ictus. An conſentit λαβεῖν.

LLAC, luxus, *slacke* Anglis remiſſus, *lache* Gallis. Forte conſentit *lecher*, *lecken*, *Leckerbiſſen*. lecker

LLAD, menſura, *Anllad*, laſcivus, irregularis. *Llath*, pertica.

LLADD, interficere. *lleas*, cædes. *Llaith*, lethum. *ymllad*, pugnare. Add. *lleidr*, latro.

LÆNA, veſtis Gallica apud Strabonem. *Linna* Gallis ſaga mollia Iſidoro. *llen*, linteamen. Sane *Lin* & *Lein* Germanis & Gallis eſt quod Latinis linum.

LLAFURWR, agricola, laboureur, laborator. Manifeſtè ex Latino ſumtum: talia multa ſunt in Cambrico profecta à Romanis Britanniæ dominantibus, ſed quæ plerumque annotare ſuperſedimus.

LLAI, minor; *Klein* Germanis eſt parvus. *Law*, Anglis humilis. *Litle* parvus, etiam Germanis.

LLAIB, linctus, Bohemis panis. An caſu conſonant?

LAIS, vox, ſonus; *laut* Germanis, quibus & *lauſchen* eſt auſcultare ex occulto. *Luyſtern* Belgis auſcultare in genere, etiam attendere, appetere. Tunc enim aures erigunt homines. Vid. *Cluſt* auris. Add. *Llef*, vox. *Claffen* Germanis, ſonus moleſtus. *Alauda*, *leuricke* Belgis apud Pontanum, noſtris *Lerche*, avis cantatrix.

LLAM,

LLAM, saltus. *Llamfa*, scala. Consentit Germ. *Klimmeren*, klempern Sax. infer. assurgere per iter difficile.

LLAN, area, templum. *Sempolay*, area templi, cœmeterium. Consonat Germanicum *Land*, regio, planicies.

LANCE. Gallicum hodiernum *lancer*, jácere, puto esse ab antiquo Celtico ejusdem sensus. Nam lancea jaciebatur apud Diodorum. Varro Hispanis tribuit, Nonius Svevis. Consonat λόγχη.

LLASAR, vid. *Glas*.

LLATHR, politus, Germ. *glat*.

LATTWN, orichalcum, loton. *Lead*, plumbum. *Löten* est souder, solidare.

LLE, locus; *llech*, latebra; *llehau*, locare, legen. Germanis *Loch* est antrum, *lücke*, foramen.

LLEDR, corium, etiam Germanis *Leder*, eodem sensu.

LEFAIN, fermentum, à levando. *Levain* Gall.

LLETHR, clivus, locus acclivus; Germanis *Leiter* est scala.

LEUCA, Hesychio mensura Gallica. Hodie Gallis *lieue*.

LLIW, color, à luce. *Lugen*, videre, supra. vid. *Amliwg*. *llever*, lux, vid *Llug*.

LUG, corvus veteribus Gallis apud Plutarchum lib. de fluviis. An à visûs præstantiâ.

LLUG, lux, it. *llever*. *Lleuad*, luna, *Lloar*, luna. *Lluched*, fulgur. *Llun*, effigies, sed forte ab *Eilun*. *Llugad* oculus.

LLWY, cochlear, Germanis *Löffel*.

LLWYD, color canitiei, Germ. *wit*, *weis*, album.

LLYCHLYN, Norwegia. Unde? inquirendum.

LLYDAW, Aremorica, hoc est, litoralis regio.

LLYS, aula. Hinc *Llysdat*, pater civilis; *Llysfam*, mater civilis, hoc est, vitricus, noverca.

M.

MAER, Præpositus, villicus, *Mayer* Germanis, id est, major. *Mawr*, magnus Cambris.

MAGUS, Celtis habitatio, multarum olim urbium terminatio. An conspirant, mansio, maison? Consentit & hodiernorum Gallorum *magasin*.

MAGL, maille, laqueus, nexus, ut: cotte de maille, *panzer*.

MAL, moneta. Hinc Gallis la *maille* moneta parva.

MALL, stolidus. Idem Belgis.

MA-

MALUR, terra per talpam ejecta. *Molle, molmuys* eſt Belgis talpa, an quod terram molit ejiciteque? *Molm* Saxon. infer. eſt Staub, pulvis.

MAN, tenuis. Reſpondet Gallicum *mince*. Saxon. infer. *man* eſt nur, modò, vulgo apud ſuperiores Saxones *mand*.

MARCH, equus Aremoricis; olim jam Gallis apud Pauſaniam & alios. *Märe* Germ. Hinc mareſchalcus.

MARIAN, ſabulum. Cognatum *marl*, marga. *Mer*, medulla, Germ. mark, mergel *Marya* Plinio terra adeps, hoc eſt medulla.

MATARIS, telum Gallicum. An reſpondet hodie *matar*, occidere, Italicum.

MEDD, Hydromeli, μέθυ vinum, temetum.

MEDDW, ebrius, temulentus, Græcis μέθυσος. Conſentit *medo, meth*, qui pro vino ſeptentrionalibus.

MOCCIO, illudere. Hinc Gallis *moquer*. Solent & noſtri irridentes caprarum ſonum imitari, quem vox earum (mekkern) refert.

MOR, mare. *Morfa*, palus, *merydd*, humidum. Conſentiunt Germanic. *Mor, moraſt*, & Latin. *mare*, & Slavon. *more*, veteresque *Mórini* & *Aremorici* ſeu maritimi.

MORHWCH, Delphin, German. Meer-Schwein.

MORTAISE (supereſt Gallis) gumphus, cavum.

MWG, fumus, Angl. ſmoake, German. ſmauch. Nec abludit Græcum σμύχειν, exurere. *Migla* Lettis nebula.

MWS, putidus, vapidus, mucus; *Miſty* Anglis, & Saxon. infer. eſt nebuloſus. *Miſt*, nebula, & *miſtet*, nebula eſt.

MWYD, humectatio. *Muddy*, Anglis, *mudde* Sax. Infer. lutum humidum in via Gallis *moite*. *Muten* Sax. Infer. eſt linteo madefacto ex facie infantum ſordes detergere.

MWYTH, mollis, *ſmooth* Anglis. V. *esmwyth*, mollis.

MYG, honoratus. Conſentit Germ. *macht*, μέγα.

MYNNU, velle, *meinen*, belieben. *Minne* Germanis olim, hodie Belgis amor, liebe. Hinc *Mignon*.

MYR, formica, etiam Saxon. *mieren*, vel myäntjen. Adde Myrmidones, μύρμηξ Græc. formica.

N.

NAG, negatio. *Nam* exceptio (*Ausnahm* Germ.)

NAID,

NAID, refugium. An in neceſſitate, quæ Germanis *noht.*

NAIN, avia, an ut *Nonna* Italis? Itaque non eſt cur Nonna, Nonnus ex Aegyptiaco accerſantur, cum Celtica origo adſit.

NANT, vallis, apud Cambdenum ſæpe. *Nantuates*, pays de Vaux. Giraldo in itinerario *Nant* eſt rivus aquæ decurrentis, hi autem in vallibus fluunt.

NAR, nanus. נַעַר Hebr. puer. *Narr.* Germ. ſtultus.

NAWN, veſper Anglis. Conſonat *None*, meridies, ab hora nona. An *Nawn*, & nunc, *nun*, conſentiunt?

NEDD, lens, lendis. Saxon. infer. nette, nête, niſſe.

NEF, cœlum, *Heaven*, *Hefe* Anglis & Sax. Add. nebula, νεφέλη, Finnorum *Taïwan.*

NEIDR, angvis. Conſentit natrix, *natter.* add. hydra.

NES, propior, nägſt, Germanis *nahe*, *nähe* eſt prope.

NODD, ſuccus herbarum. *Nat*, Germ. humor. νοτίς.

NODDWYDD, acus. vid. *Danadl. Nyddu*, nere.

O.

OCER, uſura. Ooken, auken, Germanis, augmentum, uſura.

OCHR, margo, ora, ἄκρον.

OD, excellens. *Odde* eſt Anglis extraordinarium, *ut-nemend. Udd* Cambris Dominus. Forte inde nomen virile: *Otto;* nam & Oddonem ſcribit Roswitha, cum aliis nonnullis veteribus.

OFN, metus. Sed Germanis *hoffen*, ſpes. Etiam apud Latinos aliquando unum pro alio ſumitur: Aremoricus piratam Saxona tractus *ſperabat.*

OLL, omnis, Germ. *all*, Græc. ὅλος. Nam omnis & totus ſæpe confunduntur, ut fit in linguis omnibus Semi-Latinis; & forte jam olim à plebe Latina, ut in verſu:

Non bene pro *toto* libertas venditur auro.
id eſt, pro cuncto.

P.

PALFFRAY, parafredus, equus.

PAR, haſta, Germ. *barde.* An conſentit *ſpär?*

PASTWN, fuſtis, baſton Gall. an inſtrumentum *battuendi?*

PAWEN, ungula, Germ. *Klauen.*

PEGÛN, axis, an à biegen Germ.

PEIDIO, ceſſare; *beiten*, manere, Germanis.

PEN,

PEN, caput. Hinc Alpes Penninæ, Jupiter Penninus. Ipſe Jupiter caput Deorum dictus Deus Penninus. Unde ſuperioribus Germanis *Pfingſt-dag*, dies Jovis. Add. Pinna, βῆνος, vid. *Bann.*

PENNÛN, vexillum, Germ. *panier*, bandiera Ital.

PID, fiſtula, canalis. *Pipe*, pfeiffe, Germanis.

PIG, roſtrum, ſtimulus, *bec*; picken eſt roſtro ferire.

PISO, mingere. *Pidyn*, mentula. Conſentit piſſen, piſſer.

PITH, Anglis picea arbor, *Pad* olim Gallis, ut Plinius habet ex Metrodoro, hinc Padi nomen derivante. Ipſa vox picis (Germ. pech) aſſonat.

PLANGE, aſſer, planca, πλάξ.

PLASTR, Gallis *plâtre*, gypſum. Pflaſter Germ. pavimentum.

PONAR, faba, Germ *bohne*.

POTTEN, venter. add. Italicum mox.

PRÊS, æs, Anglis *braſs*.

PRÊS, acceleratio, feſtinatio, credo à præſto.

PRIOD, conjux. *braut* Germanis eſt ſponſa vel conjux nova.

PUNGIA, notanda Pontano apud Mauritium in Tacticis, thecæ ubi Sagittæ condun-

tur. Gloſſis crumena. Hodie Danis notante eodem *pung* idem quod bulga. Add. *Bul.*

PUTTANI, meretrix, pudendum muliebre, Græcis βυτὸς. Ita Boxhorn. Add. *potta* Ital.

PWL, obtuſus φαυλὸς.

PWLL, foſſa, Belgis *Polder.*

PWRS, crumena, βύρσα, Gallis bourſe, Belgis börſe.

R.

RHAFF, funis. an quo trahimus, rapimus, ita conſentiret raffen Germ. v. *Rhaib*, ſed forte rectiùs à ῥαβδὸς, virga, ῥῶψ virgultum, inde enim funes olim; & *rope* Anglis funis.

RHAGDDANT, dens anterior. Germanis *ragen*, herfür ragen, eſt prominere.

RHAIB, rapacitas, rapere, Germ. raffen. v. *Rhaff.*

RHAPH, Gallis lynx apud Plinium, credo à rapacitate.

RHATI, mus major Giraldo, German. *Ratte.*

RHAWD, caterva. Convenit cum Germanico *Rotte.*

RHAWN, ſetæ. Germanis *rauh* eſt aſper, ſetoſus.

RHE-

RHEDEG, fluere, currere, ῥέω. Hinc *rheda*, rota, Germ. *reiten*, quod Belgis & aliis quibusdam non tantùm est equitare, sed etiam vehi. v. *Rhyd.*

RHES, series, Germ. *reihe.*

RHEW, gelu, pruina; etiam Saxones *Rowryf.* *Rau* Germanis est rude, item villosum.

RHI, *Rhen*, Dominus, regens. Germanis *rich* fortis, dives. *Rhyn*, excelsum, mons; *Rhwy*, Rex.

RHIN, arcanum. Consentit Germ. *Rhaunen*, Runæ.

RHINÇ, coturnix. Habemus columbas, quas vocamus *Ringel-tauben.*

RHODL, remus, Germ. *Ruder.*

RHOST, assum, Gallis rôti, Germ. *röſten.* Hinc *Roſte* Sax. instrumentum ferreum, rebus torrendis inserviens. Fuit nomen antiqui Regis Armoricani, *Daniel Dremroſt*, ab ustis oculis seu usto vultu.

RHUCHEN, tunica, Germ. *Rock.* Italis *roccetto.*

RHUDD, rubrum, Germ. *roth.* ἐρυθρός.

RHULL, promtus, *Rhuthr*, impetus. Consentit Gall. *rouler*, *rüer*, *rut.*

RHWD, rubigo, ferrugo, situs, German. Roſt.

RHWYG,

RHWYG, ruptura, German. *Riſs*, ῥαγμὸς. v. *Dragio*.

RHY, nimis. An ut ῥὰ, valde, Græcis.

RHYCH, ſulcus, foſſatum. Puto, ut *reihe*, *riga*, Saxonibus *rige*. *Rhigol* Cambris foſſula. Gallis ſupereſt *rigole*.

RHYD, vadum, apud Giraldum, id eſt, via, v. *Rhedeg*.

RHYN, mons promotorum. ῥιὸν, quaſi ῥὶν naſus ſeu procurrens.

RHYSWR, Heros, pugil; an, qui Germanis *Riſe*. Rieſe

S.

SAIM, adeps, ſevum. Germanis *honigſaym* de melle. Itaque eſt humor craſſus.

SAIS, Saxo, *Bro-ſais*, Anglia ſeu Saxonum regio.

SALW, vilis, Gallis *ſale*, quod non eſt nitidum vel purgatum.

SAPO, Gallica vox Medicis veteribus. Plinius Gallorum inventum facit. Sed Martialis Teutonicis populis rem tribuit, & *pilas Mattiacas* vocat. Nempe ſæpe ſub Gallorum appellatione Germani comprehendebantur. Add. *Soppen*.

SELU, ſpeculari, Germ. *Zielen*.

SEREN, Armor. *ſteren*, aſtrum. German. *ſtern*. Græc. ἀϛὴρ, Lat. ſtella.

SICER,

SICER, certus, Germanis *Sicher*. Consonat securus.

SOEGEN, madidus. Germ. *Seugen* est sugere.

SOPPEN, bolus, offa. Consentit souppe & suppe. Add. *Sapo*, qui Gallis hodie *savon*, Germanis *seiffe*, Anglis *sepe*.

SORB, siccitas. An consonat sorbere, quod siccorum est humida absorbentium?

SORR, indignatio; *sorry* Anglis, German. *Sorge*, cura; *zorn* ira.

SPARUM, telum Gallicum, hodie Cambris *yspar*, hasta, Germ. spär.

SQUEUT, Aremoricum, *Ysgod* Cambricum, larva, terriculamentum. *Ysgodogaw*, consternari, de equis perterritis. Respondet Germanicum *scheu*, quod etiam usurpatur de equis; *schauder*, frigus, præsertim ex timore.

STAFFWY, hasta. Consentit Germ. *Stab*.

SWYF, spuma. Germanis *sweif* est extremum.

T.

TABAR, tunica longa. Saxon. inf. dicunt *ein groot Dabbert*.

TABWRDD, tympanum, est quasi *Klangbret*. *Bord* enim est asser, & *taf*, *tafod*, sonus, lingua. A *Tabwrdd* oritur *Tabouret*, parvum sedile, cui velut tympano insidetur. Sic

Tawl-

Tawlbwrdd est abacus, quasi *tal-bred.*

TACCL, sagitta. *Taflu*, jacio.

TACELAu, ornamenta. Huc *tegan*, monile, jocale. Hinc credo, cum navis exarmatur, dicitur *af-takeln*: nam armamenta detrahuntur.

TAD, pater. Hoc non tam Germanicum, quam Scythicum. Habent tamen Frisones *Aita*, & vulgo Brunsvicenses dicunt *Taite*. Varii populi habent *Atta* vel simile.

TAID, avus, *Tötgen*, Germanis superioribus est susceptor ex baptismo, quasi paterculus, avulus.

TAL, altus, Sax. longus.

TAL, solutio; Germ. habent respondens *Talen, Zahlen*, solvere.

TARAN, tonitru. Hinc *Taramis*, Deus Gallorum, idem, qui *Thor* Germanorum, nempe Jupiter. Hinc *Thorsday*, dies Jovis apud Anglos aliosque Germanicæ originis populos.

TARIAN, clypeus. Puto hinc targue. Θυρεὸς dictos veterum Gallorum clypeos, à Græcis notatum est, forte à similitudine portæ, quæ Græcis & Germanis θύρα, *thür*.

TARW, taurus, Germ. Stier. Taurus trigaranus in monumento Parisino.

TAW, tacere, silentium.

TAWDD,

TAWDD, liquefactio, liquamen. *Thauen* Germani dicunt *es tauet*, id est, nix & glacies funditur.

TAXEA, veteribus Gallis pro larido apud Isidorum. An ergo *taxus*, *dachs*, animal pingve hinc nomen habet.

TELYN, lyra, cithara. Hinc Camdenus derivabat nomen urbis *Toulon*, ut est apud Gassendum in vita Peireſcii. Nam & promontorium illic à cithara apud Græcos veteres nomen habuit. Urbs olim dicta Telo Martius.

TERRIG, rigidus, Germ. ſtorrig. *Targen* Saxonibus infer. est irritare, ad iram provocare; Superioribus est *Zergen*, quod tamen possit esse à *Zerren*.

TET, Græc. τίτθη, uber, mamma, Germ. *titte* vel *zitze*. Et *tetter* Gallis est fugere mammam.

TEUTATES, Deus quidam apud Celtas, teste Lucano. Videtur esse idem cum Tuiſcone vel Theodone, à quo dicti Theotiſci, Tudeſci. *Theodo*, vir, heros, Princeps, Rex apud Germanos. *Tud* terra apud Cambros seu regio. Hinc forte, quod fabulabantur, Tuiſconem terra editum. *Tud*, gens, homines, apud veteres Germanos: & hodie vox est Saxonum plebeja *tüdde*, vulgus, *getüdde*, turba. vid. *Cwmwd*.

TIR,

TIR, terra, prædium.

TOPP, ſummitas, Anglis *top*.

TOQ, *tocc*, pileus. An hinc Gallis *une toc-que?*

TORF, turba, Germ. dorf, village.

TOST, ſeverus, acer; Italis toſto, Gallis tôt, ſignificat promtum.

TRAFAEL, labor, travaglio, travail. *Tra-fod*, idem.

TRAFODI, certare. Add. *Tres*, Cambris labor. Hoc in Germanico non invenio, niſi huc referas *triftich*, *trefflich*, grave, magni momenti.

TRAIN, cunctatio; Gallis *traîner*, cunctari, trahere.

TRANGCELL, hauſtus, trunck. Nam trincken eſt bibere.

TRAWD, curſus pedeſtris. Hinc puto *trotter*. Conſonat Germ. *treten*, Gall. *le trot*, de equo, cane. *Troed* Cambris pes.

TRAY, decrementum. *Mordray*, maris refluxus.

TREF, opidum, *tref*, habitare. *Didryf*, eremus, ubi non habitatur. *Pentref*, caput urbis. Reſpondet Germanicum *dorf*.

TRIPPA, exta, Gallis *trippes*.

TRO, verſio, *trul*, cylinder. τρόχος, Germ. *trehen*, convertere.

TROED,

TROED, pes. *Tritt* Germanis est, cum pedem figimus.

TRUAN, miser. Apud Germanos respondet *trübe*, *betrüben*, *trübsahl*.

TRWYN, nasus. Consentit *trogne* & *truye*, sus, animal valde nasutum; & talis vox etiam nasum significat in lingua Albanica vel Epirotica. Adde supra *Durin* rostrum, promuscis. *Turs*, rostrum. Nam & ῥὶν nasus. Concurrunt hîc literæ, nasalis *n*, & seminasalis *r*. Add. *twrch*, porcus.

TUD, terra, vid. *Alltud*. v. *Teutates*. v. *Clwmmwd*.

TWYLL, dolus, forte à duplicitate. Saxonibus inferioribus alicubi *twyll* est genus furcæ bidentis. Videndum, an *Duellio*, *Hohentwiel* in Suevia sit mons biceps, instar Parnassi. Sic *Dindyme* mons Phrygiæ quasi δίδυμος dictus creditur, ob duplicem summitatem. Convenit quod sequitur:

TWYSG, portio. Respondet Germ. *twig*, ramus, *zwei*, duo.

TYNO, area, Germ. *tenne*.

TYWARCH, gleba, cespes. Convenit *turfa*, *tourbe* cespes usitilis.

U.

VARGI, latrones Arvernis apud Sidonium. Idem olim apud Germanos. Piratæ Normanni etiam Russis dicti sunt Waregi. In Lege

Salica *Wargus* est extorris, ejectus, qui hodie bannitus. *Veriad* Cambris etiam est latro apud Cambdenum.

UDD, Dominus. Vid. Odd.

UFEL, *Vuel*, ignis. An à *fowel*, foco. An à favilla? Est enim propriè scintilla.

VOLEMA, grandia Gallis apud Servium. Respondet *wohl*, bonum Germ.

WYTHNOS, septimana, id est octo noctes.

Y.

YFED, bibere; consentiunt *sauffen*, ebrius, yvrogne.

YLLTYR, talpa; ein *Ilck*, iltis, viverra.

YSGAI, spuma; *schaum* Germ.

YSGAR, portio, *schar*.

YSPER, hasta, *spear* Anglis: idem & *par*. *Spehr* Germanis.

YSPODOL, spatha, spada. Cognatum Germ. *spathen*.

YSTANG, pertica, Germ. *stange*.

YSTOF, stamen.

YSTOL, sella, Germ. *stuhl*.

YSTOR, resina, quasi stiria, storax.

YSTORM, tempestas, *Sturm*, stürmicht.

YSTRAD, strata, *straſſe*. Convenit &

YSTRYD, via, platea.

YW, taxus, Germ. *eiben*, Gall. *if*.

Hæc

Hæc ante multos jam annos ad Margines Dictionarioli Cambrici, à Boxhornio ex Davieſio excerpti & originibus Gallicis adjecti, alleveram; quæ perfici multùm promoverique haud dubiè poſſent, ſi conferrentur tum indices Celticorum Vocabulorum Pezroniani, tum vero noviſſimum de antiqua lingua Britannica opus in Anglia editum. Et huic quidem lectionem attentam, ubi primum licuerit, deſtinavi, Pezronius viſus mihi eſt rem tractaſſe paulo laxius, & ſuperficietenus inſpexiſſe. Quoties ad vocabula Celtica provocat, non indicat fontes ſuos, nec docet, Aremoricosne an Cambros, & dictionariáne edita, an vulgi ſermonem ſequatur: neque uſpiam indicat, notam ſibi eſſe linguam Aremoricam ſeu Britanniæ minoris. Cæterum ex his, quæ dedi, apparebit, opinor, linguam veterum Gallorum & Britannorum fuiſſe ſemi-Germanicam, quemadmodum & Livius alicubi Alpinas gentes ſemi-Germanicas appellavit. Nec dubium eſt, veterem linguam Teutonicam multo adhuc Gallicæ antiquæ propiorem fuiſſe, quam hodierna, ut etiam ex multis verbis obſoletis apparet, quorum veſtigia in libris, aut dialectis Teutoniſmi reperiuntur: præter plurima, quorum nec vola, nec veſtigium ſupereſt. Et nunc quoque inter Germanicam hodiernam, & reliquias veteris linguæ Gallicæ non videtur ma-

jus esse discrimen ad summum, quam inter Græcam & Latinam. Itaque medium teneo inter Cluverium, Pontanumque, qui linguam Germanorum & Gallorum pro eadem habuere, & Pezronium aut similes, qui consangvinitatem non satis agnoscunt. Cum linguam Cantabricam melius noscemus, rectius judicabimus, an multum sit in Gallico antiquo cognatum Cantabrico; & an credibile sit, Celtas, cum ex Germania venientes Rheno transmisso se in Galliam effudêre, habitatores anteriores in ea inveniisse, lingua utentes Cantabricæ cognata; in regionibus præsertim trans Ligerim sitis. Itaque cum Cæsar Gallos in Belgas, Celtas & Aquitanos distinguat; verisimile est, Celtas illos stricte dictos fuisse antiquam emissionem Germanicorum populorum, Belgis recentiorem; at Aquitanos, incolas anteriores, plus ex Vasconico traxisse. Et sane in ulteriori illa Gallia, nempe in provincia Narbonensi, Septimania & Aquitania multa nomina locorum propria Nominibus propriis locorum Hispanicis conspirant; quod non exiguum est indicium, etiam antiquos habitatores cognatos fuisse.

Pezronius, Abbas de la Charmoye, opus de originibus Nationum meditatus (cujus scopum ex Epistola ipsius ad Cl. Nicasium dedi) partem inde decerptam vivus edidit Anno 1703. quæ

quæ ad Origines Gallicas ſpectat. Optem & reliqua prodire ex ſchedis, ubi affecta jacere putem. Vir enim doctus & ingenioſus haud dubiè multa elegantia & acuta daturus erat, vel vera, vel certè ad veritatem magis magisque detegendam profutura. In antiquitatibus generis humani perveſtigandis non ſpernendam operam poſuiſſe, oſtendit Opus Antiquitatis temporum reſtitutæ. Quædam etiam Prophetarum loca illuſtravit, oſtendens, in illis agi de irruptionibus Scytharum, quanquam majore mihi ſucceſſu explicuiſſe loca videtur de irruptionibus præteritis quam de futuris. Iſaaci Voſſii, & aliorum Virorum doctorum ſententiam, quæ chronologiam 70. Interpretum Hebraicæ præfert, non male videtur reſuſcitaſſe. Etſi Scripturam à Judæis ſtudio corruptam, non facile ipſi concedendum putem. Sed cum in Opere Originum Celticarum ex Hiſtoria veterum Mythica veram elicere conatus eſt; arbitror laudabiliore ſtudio quam ſucceſſu ſcripſiſſe. Et ſane usque adeo inter ſe pugnant veteres Mythologi, tam varia, perplexa, incohærentia afferunt, ut parum ſufficiat excerpſiſſe aliquid concinni, quod noſtræ hypotheſi conveniat; ſi cætera contraria diſſimulentur. Comaritas, Cimmerios, Cimbros eſſe eosdem, meo judicio eſt μέγα λίαν αἴτημα, etſi Poſidonius & alii Cimbros & Cimmerios confun-

dant; nam & Josephi Celtas à Gomaro deducentis, non spernenda quidem, non tamen valde tuta est autoritas. Sacas ad nostros Celtas pertinere, non magis mihi verisimile videtur, quam Saxonibus eos nomen dedisse, & Dahas Dacis Danisve cognatos fuisse. Res fieret verisimilior, si verè deprehenderetur, in Persico multum Germanici vel Celtici extare, quæ mihi occurrêre, pleraque etiam Græcis communia sunt, non propria nostris. Unde alia potest esse convenientiæ causa nempe Imperium Græcorum in Asia. Sacas, vel vicinos illis Scythas aliquando in Cappadociam irrupisse, non negaverim, sed Acmonem patrem Urani, avum Saturni, fuisse eorum ducem, nemo dicit. Et licet reperiatur Acmonia urbs Cappadociæ, & Acmon filius Maneos aliam Acmoniam urbem Phrygiæ fundasse scribatur, non tamen inde constat, utramque Acmoniam ab eodem fundatam, & fundatorem Scytham fuisse. Fortasse nomen Acmonis, cui respondet ἀκμὴ, sublimitas, fecit, ut apud posteriores fabulatores ὕψιστος appellaretur, & Pater Cœlo, τῷ οὐρανῷ assignaretur, nec Sanchoniathonis testimonium, quale habet Eusebius in Præpar. Evang. qui Elion patrem Urani facit, (id est Deum esse autorem cœli) rem conficit. Sed etsi Acmonem & Uranum veros homines, & quidem Titanes fuisse, & ex Scythia venisse con-

concedamus, an ideo Celtas ésse necesse est? Quis enim sine probatione concedat, Scythas in Cappadociam irrumpentes fuisse Celtas. Quodsi Acmon, Uranus, Saturnus, Jupiter, aliique Titanes ex Celtis fuêre, dicendum potius fuerit, eos à Danubio, & ab occidente venisse, quam ex Asia superiore. Nominum allusiones parum probant, &, nisi severi simus in re etymologica, facile quidvis ex quovis faciunt. Dicit, Doctissimus Pezronius, *Sadorn* apud Celtas esse bellicosum. An respexit ad Cambricum *Sawd* prælium, *Sawdiwr* miles? Boschartus huc etiam revocat *Soldatum*. Sed hunc à *sold*, *solda*, id est stipendio nomen habere puto. Eundem Saturnum putat Pezronius Cronum dictum, à corona, vocabulo, ut ipse ait, Phrygio, Rheam, ejus conjugem, significare dominam, nam *Rhi* (in Lexico Cambrico) est dominus. Sed hoc modo nulla est lingua, cui non nomina Deorum accommodes, ut fecit Rudbeckius in Suedica, & Otroskius in Hungarica. Jovis, Saturno nati, verum nomen fuisse *Jaou*, (quod potius nomen veri Dei Hebræum Syrumve est) ex eo vix probes, quod in Britannia minore dies Jovis dicitur *dir-jou*. Quis enim non videt, *jou* ex Jovis vocabulo esse contractum, ut in *jeudi*. Jovis fuisse nominativum apud Latinos, constat, & confirmat inscriptio Parisina nuper reperta.

An ad Regem Asiæ vel Græciæ, an ad nomen veri Dei ex Syria propagatum Latini respexerint, difficile dictu est: diversa nomina in Ζεῦς, Δίος, Jovis, mixta apparet. Jovem ab Euphrate ad Gades usque regnasse, bellum cum Titanis (patrui) filiis in Hispania gessisse, aliaque id genus mythologorum testimoniis parum tuto creduntur. Si Isaaco vivente regnavit, ut putat Pezronius, mirum est tanti Imperii nullum apud Mosem aliosque Scriptores Hebræos vestigium reperiri. Scilicet Græci res suorum exiguis finibus contentas in majus attollebant. Germanos à Dahis & Phrygiis derivatos, & per Phrygios ab Ascenase, Gomeris filio, (quod habet Vir Cl. p. 196. p. 101. nullo argumento confirmatum video. Pene omnem Europam multo ante bellum Trojanum haud dubiè implebat Gens, quæ postea Græcis sub Celtarum nomine innotuit, & in Germanos Gallosque divisa fuit. Eam remotissimis temporibus ex Scythia venisse, credibile est, paulatimque progressam versus meridiem & occidentem. Quomodo autem Sacarum irruptiones in Asiam, aut Jovis aliorumque Titanum Imperium, si quod fuit, quicquam faciat ad origines migrationemque Celtarum in Galliam, non apparet, neque ab ipso Pezronio explicatur; ut adeo maxima pars operis parum ad rem facere videatur. Germa-

manorum nomen cum Strabone putat à Romanis datum, sed à me alibi ostensum est, partem Germanorum antiquitus dictam Herminones vel Hermanders (Hermunduros) reliquis nomen dedisse, ut Allemannorum nomen, olim solis Suevis & Helvetiis conveniens, hodie omnibus Germanis tribuitur. Herminonum autem nomen ab ipsis veteribus ductum fuisse ab *Irmino* vel *Hermanno* heroë, & Hermannum significare militem, etiam notavi. Cæterum antiquissimos Gallos à Germanis ex veterum locis distinguere, difficile est, nec satis constat, unde populi venerint, qui in Græciam & Asiam sub Galatarum, vel Keltarum nomine irrupêre. Hieronymus testatur, Galatarum Asiæ linguam ei similem fuisse, qua Treviri loquebantur, id est Belgicæ, quæ Germanicæ vicina erat. Itaque verisimilius est, ex Germania, quam ex remotiore Gallia Galatas illos fuisse profectos. Saltem multos Germanos Gallis migrantibus accessisse, ipse locorum situs confirmat. Postremo ad perficiendam vel certè valde promovendam *Literaturam Celticam*, diligentius *linguæ Hibernicæ* studium adjungendum censeo, ut Lloydius egregiè facere cœpit. Nam, uti alibi jam admonui, quemadmodum Angli fuere colonia Saxonum, & Britanni emissio veterum Celtarum, Gallorum, Cimbrorum; ita Hiberni sunt propago anti-

quiorum Britannicæ habitatorum, Colonis Celticis Cimbricisque nonnullis & ut sic dicam mediis, anteriorum. Itaque ut ex Anglicis linguæ veterum Saxonum & ex Cambricis veterum Gallorum; ita ex Hibernicis vetustiorum, adhuc Celtarum Germanorumve & ut generaliter dicam accolarum Oceani Britannici cismarinorum antiquitates illustrantur. Et, si ultra Hiberniam esset aliqua insula Celtici sermonis, ejus filo in multo adhuc antiquiora duceremur.

IV.

EXCERPTA MISCELLANEA AD REM ETYMOLOGICAM FACIENTIA.

EX LITERIS

Dn. ANDREÆ ACOLUTHI

AD

Dn. ABBATEM MOLANUM,

datis Wratislaviæ 30. April. ann. 1694

[Fuit Andreas Acoluthus apud Vratislavienses Archidiaconus & Senior ad D. Bernhard. nec non linguarum Orientalium in Gymnasio Elisabetano Professor.]

MIlle pressum animi ægrimoniis & laboribus litteræ Tuæ die 31. Mart. St. N. ab Illu-

Iustriss. Dn. Haunoldo transmissæ, insigniter reficiebant, quibus hoc, quidquid est, debui responsi. Ab Alcorani versione jam per integrum ferè annum labor officii nimius me abstraxit, adeo, ut de ejus editione, saltim festinâ, ferè dubitare incipiam, nisi Deus quietam magis concesserit vitam; quam quidem millenis exopto votis. Quo tempore Alcorani editionem in catalogo librorum promittebam, alii non tam laborioso officio præeram, quod illius interpretationem citius ad finem deduci concessisset; Quamvis & hæc morosa procrastinatio non sine usu & fructu sit futura. Multa enim interea temporis perscrutatus sum, & adhuc perquiro, quæ ad Alcorani intellectum quam maximè sunt necessaria, & sine quibus olim frustra existimavi, hunc exquisitæ elegantiæ, sed perditæ malitiæ profundæque stultitiæ librum, intelligi, & in aliam converti linguam posse: qua ipsa persuasione deceptum se quoq; sentiet olim Dn. Hinkelmannus, cujus Alcorani specimen, sed sine omni versione jam dudum vidi, summopere optans, etiam particulæ versionis ejus compos fieri; sed negata mihi eadem est huc usque. Alias enim per epistolam publicè Lectores monuissem, ne crederent, illum in omnibus Alcorani sensum esse assecutum. Ajo ego, qui in Arabismo discipulum adhuc me profiteor, Alcoranum esse li-

Alcoranus

librum difficillimum, cujus abstrusos sensus nemo perceperit, nisi qui in Muhammedanorum scriptis Theologicis probè sit versatus. Transtuli autorem Muhammedanum, à Dn. Præside Haunoldo donatum, nomine Ferâti, qui Linguâ Turcicâ quadraginta quæstiones Legis Muhammedicæ enodavit. Vix oculis meis fidem habui, tam delira dogmata, & verè insanientem sapientiam, à Christianis nondum cognitam deprehendens. Ingemisco, quoties cogito, tantum populum per sesquipedalia stolidissimi Alcorani verba dementatum, inferno mancipandum esse. Utinam Magistratus Christiani viros alerent, qui miseri populi salutem per scripta saltem irent promotum! Sanè vel nunc Deus viam ad illius conversionem aperuit vel nunquam. Utinam Ravius aliquis vel Wasmuthus Litteras circulares pro instituendo Collegio Orientali iterum emitteret. Sed homines hujus seculi vix suam, imò ne suam quidem salutem operantur; quomodo curarent alienam? Bibunt ex phialis vinum, & oleis præstantibus se inungunt, nec afficiuntur dolore super Contritione Josephi. Amos VI, 6. Rogatus jam sum aliquoties â Viris doctis in Ungariâ, ut ex Alcorano Breviculum aliquod Anti-Muhammedicum Latino vel Germanico idiomate conscriberem; transfundendum postea in Turcicum, & vicinis suis communi-

can-

candum. Sed laborioſisſimum officium Eccleſiaſticum tempus omne mihi ſurripit. Inter cætera, quæ mihi accidunt adverſa, illud omnium impatientisſimè fero, quod ſtudio Orientali ſoli, uni, & ſemper, non poſſim incumbere, ad quod tamen naturâ feror; non gloriolæ cujusdam aucupandæ gratiâ, ſed quod videam, multa inibi ineſſe, Eccleſiæ Dei profutura. Ad homileticum ſtudium nunquam prolubium ullum ſenſi, ſed neceſsitas durum fuit telum, quæ huc me pertraxit. In ſinu mihi gauderem, ſi vel in totum, vel maximam ſaltem partem hoc onere levari poſſem; id quod autem Vratislaviæ ſperari nequit, nec forſan alibi. Ante ſexennium circiter via mihi ad Canonicatum Mindenſem in Electoratu Brandenburgico ſternebatur: ſed quia tunc temporis B. parens meus adhuc in vivis erat, aliaque plura obſtabant, non aſſecutus ſum, quod quidem maximè optabam, & nunc adhuc haberem in votis, ſicubi daretur mihi occaſio adipiſcendi. Sed careo patronis. Septem circiter effluxerunt anni, cum ad profeſſionem Linguarum Orientalium in Academia Gryphiswaldenſi invitabar: biennium vero eſt, cum ad eandem profeſſionem in Academia Lipſienſi obeundam vocabar. Sed utramque vocationem recuſare me coëgit exiguitas ſalarii & Accidentium, quæ vocant, ex quibus cum familia

lia

lia vivere non potuiſſem. Laudem merentur Angli, qui virorum, in ſtudio certo excellentium conatus, curà inſigni eunt promotum. Sed Germani hoc floccipendunt, aut, ſi virtus laudetur, tamen alget. Male me habet, quoties Bocharti, Pocokii, Seldenive ſcripta evolvo, quòd ex noſtris nemo ſit, qui præſtet paria, cum & majora præſtari poſſent ab eo, qui non tantùm Arabiſmi, ſed & Turciſmi & Perſismi gnarus éſt. Sunt mihi Autores Turcici & Arabici aliquot, in iisque Kutboddini, Vir magni nominis apud Muhammedanos; quos Latina veſte induere ſatago, modo mihi Deus otia faceret! Alo in ædibus meis fœminam Turcicam, Sacerdotis Belgradenſis primario proximi uxorem, & eruditam, per quam mihi aditus ad Linguam ejus vernaculam difficulter quidem & ſumtuoſè, ſed tamen feliciter aperitur. Nec enim à fœmina quoque diſcere me pudet, quo regnum Dei propagari posſit. Atque ut Alcorani adhuc ſemel faciam mentionem, vix patiar me ab ejus verſione totum abſtrahi, niſi Hinckelmannianam expertus fuero limatiſſimam, de quo valdè dubito. Gratâ mente agnoſco Tuorum, Vir Reverendiſſime, exemplarium Alcorani factam mihi copiam; Transmittendi eadem vix melior dabitur occaſio, quam per Mercatores, qui Haunoldinas reculas permutant. Teſtamentum Novum Turcicum

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 10;Leibn. Marg. 10, [164] - 158
PUBLIC DOMAIN

cum jam diu est, quod desideraverim, sed nondum eo sum potitus. Litteraturæ Rusicæ sum ignarus; nec enim quicquam ad scrutinium Veteris vel Novi Testamenti facit. Inscriptionem itaque annuli Moscovitici ignoro. Interim pro communicatione ejusdem grates decentes exsolvo. Alterius vero annuli Turcici, quando repertus fuerit, typum avide expeto. De Aegyptiacis, quæ jam scribo, nemini adhuc Eruditorum tàm apertè communicavi; idque propterea, ne si vel tardè vel nunquam prodirent, moram videlicet injicientibus laboribus Ecclesiasticis, odium hominum incurrerem. Tibi vero, Patrone Maxime, ea denegare nolo; quia non tantum de amore tuo securus, sed firma etiam spe erigor, per eum, quem Deus in eminentiâ maximâ, de quà animitùs gratulor, constituit, consilio saltem, nisi & reapse, in hisce studiis me posse adjuvari. *Kircherus*, sublatus in altum, ut lapsu graviore ruat, Linguam Copticam statuit veterem este Ægypticam, atque huic fundamento omnia sua superstruit. Sed quam infeliciter, ex meis patebit lucubrationibus tàm firmis, ut non videam, quid ipsis ruinam afferre possit. Statuo autem, Linguam Armenicam, quæ hodie vocatur, eandem esse veterem Ægyptiacam, tempore Pharaonem & Mosis, nec non antecedentibus & sequentibus seculis usurpatam.

tam. Idque probo (1.) Ex ſcriptura Veteris Teſt. Hebraica. In hac voces Ægyptiacas reperiri, uno ore aſſerunt Philologi & rectè quidem. Sed originem illarum genuinam ne unus quidem potuit indicare. Kircherus, ejusque vel in totum, vel ex parte ἀκόλουθοι, quos inter etiam meus in linguâ Armenicâ Præceptor D. Pfeifferus numerandus venit, è Linguâ Copticâ illas deducens, horrendum in modum excarnificat. Ego vero ſine omni crucifragio easdem e Lingua Armenica, ut vera Ægyptica, reſtituo. Ex gr. אַבְרֵךְ Geneſ. 41. 43. quod communiter reddunt: Flectite genua, Lutherus autem *der iſt des Landes Vater*, hic eſt pater populi. (Vid. Pfeiffer. Dub. vexat. in hunc locum) eſt ipſum Armenicum ſeu Ægyptiacum Abrech, vivite ſalvi & incolumes manete, à verbo *Abrel*, vivere & eſſe incolumem. Si jam inſpiciatur textus, omnia ſvaviſſimè fluent. Pharao inſidere juſſit Joſephum currui ſuo ſecundo, & exclamaverunt coram ipſo (vel ipſis) *abrech*, id eſt vivite, ſcilicet Tu Pharao & Joſephe. Quid poſſit dici commodius? Sic פּוֹטִיפַר Gen. 37, 36. c. 39, 1. (de quâ voce Pfeiffer. dub. Vex. p. 200. 209.) compoſita vox eſt ex *phut*, cito, & *phar*, gloria, quaſi, citò gloriam conſecuturus; ut adeoque ſit nomen boni ominis; vel cui beneficio ſplendidorum natalium ab ipſa nativitate vel infantia, adeoque ſa-

tis

tis cito gloria adeſt. Ex eodem fonte manat Pharao, Mizrajim &c. (2.) Ex verſione LXX. Hanc in Ægypto eſſe natam, omnes norunt eruditi. Voces autem Ægyptiacas in ea nemo unquam quæſivit, nemo reperit. Sed ecce Eſa. 19, 18. dicitur, unam urbium, ad Meſſiam convertendarum vocatum iri עִיר הַהֶרֶס, LXX, πόλις ἀσεδὲκ, Vulg. civitas ſolis. Ad hunc locum Hieronymus: pro civitate ſolis, neſcio quid volentes LXX. interpretati ſunt ἀσεδὲκ; quam quidam noſtrorum urbem Juſtitiæ (הַצֶּדֶק) interpretatus. Malè. Ἀσεδὲκ eſt vox Ægyptiaca vel Armenica *Aſdus*, ſidus, ſtella in Genitivo *Aſdeg* vel *Aſedeg* (nam Littera E. quamvis non ſcripturâ, tamen ſono in concurſu duarum, trium, quatuor imo quinque conſonantium exprimitur) unde πόλις ἀσεδὲκ, civitas ſideris, id eſt, ſolis. Sidus enim pro ſole etiam apud Latinos ſcriptores uſurpatur. (3) Ex Nominibus propriis Regum Ægypti, de quorum ſignificatu nihil omnino hactenus fuit cognitum ex gr. Amenemes. Marsham. in Can. Chron. p. 463. hoc derivat ex Ammone & Mene: ſed perperam. Eſt vox Armenica ſive Ægyptiaca ex *Amen*, omnis, & *Mez*, Magnus. Unde in compoſitione Amenemez omnium Maximus; quod eſt nomen regiæ dignitatis. Et ſic in aliis pluribus, quæ partim inveni, partim indago. (4.) Ex nomi-

nibus Deorum Gentilium. Mirum quantum me delectavit, quod jam inventis meis novum robur addidit insignis locus *Herodoti in Euterpe:* omnia ferè Deorum nomina ex Ægypto in Græciam commigrarunt. Hinc arguo: Si in Græciam, quid ni & in Latium? Romani enim multa sua à Græcis, sed forsan plura ab Ægyptiis habent. Et, si Græci Philosophi Ægyptum, tanquam totius mundi templum & Academiam, salutarunt, quis neget hoc de Philosophis Latinis. *Saturni* nomen à variis variè derivatur. Sed nulla certior veriorque derivatio quàm ab Armenico sive Ægyptiaco *sator* cum *n.* suffixo, quod Articuli locum subit *satorn*, Magnus culter. Inde etiam est Persicum & Turcicum *satur*, culter lanionum magnus securi-formis, quo carnes dissecant. Jam vero Saturno falx messoria appingi solet, quia pro inventore hujus instrumenti habetur, adeoque nomen ex re inventa sortitus est. Porro de Saturno dixerunt gentiles, quòd Cœlo genitalia sua exsciderit. Quid sunt genitalia Cœli, nisi gramina, herbæ, flores, segetes, cœli beneficio progenita, quæ falce messoriâ, satis magno cultro, demetuntur. Quid Mars? unde Littera T. in casu secundo, Martis? Ex *Mart*, Bellum, pugna; quia Mars Deus belli habetur. Quid Bacchus? Multiplex datur hujus vocis derivatio: vera autem & genuina hæc est

Bach,

Bach, ligo, sive bipalium; adeoque etiam hujus instrumenti inventio autori nomen dedit. Miratur *Kircherus* in prodrom. cap. 1. p. 151. nullum apud Coptitas ex Deorum gentilium (Ægyptiorum videlicet, quod exempla ab ipso adducta volunt; nam de Romanorum Deastrorum nominibus ex Ægypto deducendis ille ne cogitavit quidem) nominibus reperiri, qualia sunt Osiris, Isis, Horus, Ichton, Emeph. Sed reperisset, si lingua ejus Coptica foret vetus Ægyptiaca. Quo de prolixiùs agam *in ipso meo opere*, seu, *Lingua Ægyptiaca restituta*, cujus usus in omnem rem litterariam, sacram & profanam, Græcam & Romanam se effundit. (5.) Ex nominibus aliis. *Manerota* nuncupabant Ægyptii calvariam in conviviis circumferri solitam, teste Plutarcho. Dicitur nomen illud significare caput commonefaciens. Sed falsò. Potius est ab Armenico seu Ægyptiaco *Manrel* configere, comminuere, & *os*, id est, pes. Unde in compositione demtâ terminatione Infinitivi est *Manrot* vel *Manerot*, res, quæ pedibus comminuitur & conteritur: id quod evenire solet ossibus humanis sepultis iterumque effossis. Mortis itaque memoriam Ægyptii refricare voluerunt convivantibus inter media gaudia, istius calvariæ aspectu, quasi dicerent: memento, te olim aliquando pedibus conculcatum & con-

tutum iri &c. Posſem horum omnium adhuc plura afferre teſtimonia, niſi epiſtolæ limites transgrederer, & tempus me deſtitueret. In litteraturam Hieroglyphicam nondum quidem operæ multum impendi; clavem tamen ad ejus intellectum me inveniſſe puto. Solent Armeni, exemplum ſuorum patrum Ægyptiorum imitati, litteras majuſculas figuris hominum animaliumve quorumvis, vel aliis exprimere. Atque talismodi litteris obeliſcos integros, quos meis contueri oculis optarem, inſcriptos animadverto; quanquam temporis injuria & forſan etiam ab ipſo Kirchero, valde mutilatis; quibus non myſteria Philoſophico-Theologica, ſed nomina Regum, tempus regiminis, & forſan triumphos ab hoſtibus reportatos, pro ſimplicitate veteris mundi, expreſſos ſtatuo. Quod autem Kircherus iſtos characteres dicat certa eſſe rerum Symbola, in eo valde errat. Memini, me aliquando in ejus operibus, quæ jam non poſſideo, legiſſe, quod figura hominis ſtantis, & faſciis, quantum recordor, involuti (ut ſcil. eò accuratius lineam rectam repræſentaret, ne divaricatis pedibus alia fortè littera intelligeretur) brachiumque ſiniſtrum rectà protendentis, ita ut digiti apertæ manus deorſum vergant; notare debeat Divinam munificentiam, largâ manu beneficia ſua hominibus diſtribuentem. Male.

le. Non Deum nec hominem, cujus imago cernitur, sed litteram U. figurâ indicat. Idem judicium esto de aliis. Posset utique obeliscus formari è tali charactere, sed alio prorsus modo, nec tanto forte labore, ut Jesuita fecit, cujus Athanasii fama vereor, ut ἀθανασίαν habeat, adeò multa profert indigesta & parum firma: & sane plerique hodie agnoscunt, plus ei lectionis quàm judicii fuisse. Sævos jam sensit ictus à Rittangelio aliisque, sed Coptica ejus everti majoris est momenti. Scio erroris originem. Putavit Kircherus, Ægyptiorum scribendi rationem ei, quâ Chinenses utuntur, conformem fuisse. Hi enim per unicum characterem, non tumultuariè, uti quidem videri posset, verum magna ingenii sagacitate formatum, rem ipsam ex. gr. amorem, odium &c. denotare consueverunt; personas & numeros in verbis per addita pronomina personalia ad Infinitivum, tempora autem modosque per adjectam lineolam, quamvis non semper, distingvunt; unde sensus magna sæpe difficultate laborat. Non autem sic Ægyptii, qui per voces aliquot characteribus constantes, aliarum linguarum ritu mentis cogitata exprimunt, suorumque nominum & verborum certas flexiones habent. Toto itaque cœlo Chinensium & Ægyptiorum litteratura à se invicem distat. Cæterum de charactere Chinensi re-

Hieroglyphica Aegyptiorum (L) 3 ctè

Aegyptiorum Hieroglyphica
Chinensium Characteres

ctè ſtatuunt, qui ejus non ſunt ignari, accommodatum eum eſſe ad characterem univerſalem, qui per totum mundum intelligeretur ſcriptus, licet hic populus eundem aliter ac ille legeret; ſi nimirum omnium in orbe hominum conſenſus in deſignatione rei per characterem impetrari poſſet. Ex. gr. poſſet character Chinenſis, quem τά legunt, ab omnibus populis agnoſci pro indicio magnitudinis, licet diverſa in omnibus populis ejus foret lectio. Chinenſis enim legeret τά Græcus μέγας, Romanus magnus, Germanus groſſ. &c. Num hiſce conformia vel difformia habeat Becherus, ignoro, quia ipſum autorem, nominetenus tantum cognitum, non habeo. Ars
16– verè longa, maximè hæc, qua Dryadum ſylvas ſaltusque intactos aperit; vita mea, annorum numerum quadragenarium jam transſcendens, brevis: labores officii Eccleſiaſtici maximi maximam injiciunt moram. Num Aſiam pro convertendis Muhammedanis; an vero Africam petere debeo, pro eruendâ inde ſcientiâ Ægyptiacâ, non per aliquot ſecula, ſed millenarios annorum ſepulta? Supplici quotidie adoro poplite ſummum Numén:

Tu rege conſiliis actus, pater optime, noſtros;
Noſtrum opus ut laudi ſerviat omne Tuæ.

Vratislaviæ d. 30. April, St. N. 1694.

Idem

Idem ad eundem 5. Martii 1695.

DOleo præmatura doctiſſimi Hinkelmanni fata, idque eo magis, quod certiorem me de ejus vix ſperato, ſane nunquam, deſiderato, at non levi favore litteræ Tuæ faciunt, annunciantes, Beatum Virum omnia ſua Mss. Arabica mecum communicare conſtituiſſe. Infelicem me judico, quod ferrum candens non cuderim: ſed quis novit mentem Domini, vitæ mortisque noſtræ arbitri? Animum interea non abjicio, Tuo, candide patrone, favore ſuccollatus. Hunc ce jam maximopere expeto, Teque mihi benevolum exoro proxenetam, ut nimirum, quantocius fieri poſſit, quia in morâ vereor eſſe periculum, litteris commendatitiis vel ad Viduam Hinkelmannianam (ad quam ego ipſe ante triduum ſcripſi) vel ad alium quempiam Mecænatem Hamburgenſem datis, efficere coneris, ne libri iſti orientales alium præter me, emtorem & poſſeſſorem ſortiantur, pro hoc beneficio & tibi, & manibus Hinkelmannianis nunquam non gratum futurum. Utinam vero etiam cum iſtis libris, quibus meam bibliothecam auctum iri, certo ſpero, Otium à laboribus Eccleſiaſticis, omnes meas viriculas atterentibus, parari poſſet! Per ſeptem jam hebdomades affectus catarrhalis, arthritidi Vagæ ſcorbuticæ, malo peſtilentiſſimo junctus, me intra muſei triſtes

cancellos detinuit: nunc autem aliquantulum inde prorepere ſinit. Cujus certe morbi non alia exiſtit cauſa, quam laborum gravitas. Quo magis ſcrutor, eo magis in ſententiâ meâ, Domino Tentzelio etiam communicatâ, de Ægyptia Lingua confirmor; cujus etiam in Colloquiis menſis Decembris proximè elapſi mentionem injecit. Quæ de P. Marraccio nunciaſti, jam ante plures annos ex *Wagenſeilii telis igneis Satanæ* didici. Sub anni proximi finem Romam ad ipſum litteras dedi, de Alcorani editione expiſcatorias, ſimulque ſpeciminis cujusdam expetitorias. Reſpondit ſenex ille grandævus, octogeſimum tertium ætatis annum jam agens quam humaniſſimè, primumque duernionem operis illius, ſub prælo in urbe Patavina adhuc ſudantis, transmiſit. Legit omninò in Alcoranum Commentatores Muhammedanos, quos hic loci non habemus: num verò ipſos unà cum Alcorano ſemper intellexerit, dubito. In Alcorani certè verſione errores obſervo, inde procul dubio enatos, quòd Philologiæ orientalis non habeat fundamentalem ſcientiam; unde ſæpius oculis cæcutit apertis. Annotationibus ad Caput primum ſubjungit aliquam refutationem, ſed admodum ejunam: Muhammedanus enim vel tribus verbis eandem deſtruere poſſet. Unde colligere datur Marraccium Theologiæ Muhamme-

medanæ ſolidiorem cognitionem non habere. In mea ad ipſius litteras reſponſione duos ſatis graves errores in verſione commiſſos, ipſi modeſtè aperui; nolui enim plurium oſtenſione bonum ſenem nimiùm confundere. Quomodo eosdem ſit excuſaturus, præſtolor.

EX EPISTOLA ANDREÆ ACOLUTHI AD G. G. L.

datâ d. 27. Auguſt. 1695.

UTinam aliquid effici poſſet, quod litteraturæ meæ Orientali foret proficuum! Inventum meum de verâ linguâ Ægyptiacâ, tot ſeculis ignoratâ, Salivam Tibi movere gaudeo. Sed enim exiguum adhuc eſt, quod ad Dn. Abbatem, nunquam mihi ſine honoris præfamine nominandum, de hac materiâ perſcripſi: & ex quo ſolo nunc temporis Veſtra fides dependet. Plura longè ſunt, quæ ſententiam meam firmiter ſuffulciunt, publicam cum Deo & die aſpectura lucem: modò plus temporis huic, & difficillimo quidem ſtudio, lumen tamen omni litteraturæ affundenti, remque idololatricam Gentilium mirificè illuſtranti, per nimios labores Eccleſiaſticos, præſertim homileticos, im-

pendere posſem. Oblectamenti ergo geminum ſpecimen exhibeo. Jehova in linguâ Hebræâ ab Eſſendo nomen habet, quia eſt Eſſentia eſſentialiſſima. Gentilium κακοζηλία hanc arripuit occaſionem fingendi Deum ſuum *Linum*, ejus etymon quid notet, Herodotus fatetur ſe ignorare. Eſt verò ab Armenico vel Ægyptiaco *Linel*, Eſſe. Abjectâ enim terminatione Infinitivi *el*, & additâ terminatione Græca *os* vel latina *us*, emergit λῖνος, Linus. Filium Dei vocari λόγον, notum eſt. Ipſe Plato de hoc aliquid audivit. Gentiles hinc formarunt Deum ſuum Pan. Pan λόγον, verbum, notat. Quæ de generatione, naturis, officio paſtorali & morte (Magnus Pan mortuus eſt) hujus Pan, gentiles afferunt, ope linguæ Armenicæ elegantiſſimè & prorſus non coactè, ad Salvatorem noſtrum applicari queunt: id quod etiam alios auctores agere obſervo, ſed ſine ſufficienti fundamento. Haſce leves ſtricturas non ingratas fore credo. Nexus Linguæ Armenicæ cum Arabicâ, Perſicâ, Turcica, nullus eſt; niſi quod hi tres populi ab Armenis non paucas mutuentur voces, quarum catalogos conficio. Bochartus, cujus quàm plurimos, in derivatione ingenioſa magis quam ſolidâ Ægyptiacarum vocum, errores deprehendo, ſcribit, ex Arabiſmo vocabula Armenica abſurdè peti: ſed judicat, ut cæcus de coloribus.

bus. Ego enim ultra triginta voces jam observatas numero, quas Arabes ab Armenis mutuati sunt. Sic enim statuo, Arabes aliosque populos, multas voces ab Armenis seu Ægyptiis mutuò accepisse, non autem hos ab illis. Quanquam nec audeam negare, Armenos recentiores ab unâ alterave gente aliquid sibi sumsisse usurpandum; quodnam verò illud ipsum sit, difficile erit determinare. Lingua nostra Germanica plurimas ex istâ voces habet desumtas; cujus rei causam ex parte novi, solidiorem tamen adhuc inquiro. Linguam Georgianam non calleo. Num eadem sit cum Colchicâ, dubito. Herodotus lib. 2. c. 105. asserit, Colchorum & Ægyptiorum linguam esse sibi similem, id est, meo quidem sensu, eandem. Idque ego facilius crediderim. Certitudinem rei experiri possem, si catalogus mihi ostenderetur vocum Colchicarum. Armenos autem & Ægyptios unum eundemque populum esse statuo, quanquam nomen sit diversum. Populorum enim & regionum nomina variè mutata esse constat. Hinc sive quis Colchos ex Ægyptiis, sive ex Armenis ortos dixerit, perinde est. Qvo de argumento legi potest Herodotus l. c. cap. 104.

Colchorum lingua
Armenæ quæ voces cum Arabes

G.G.L.

G. G. L.
AD
ANDREAM ACOLUTHUM

Hanoverâ 10. Octobr. 1695.

GRatias ago, quod communicatam TIBI à Reverendiſſimo Domino Abbate Luccenſi notationem meam, de cognito jam veteribus conſenſu linguæ Ægyptiæ cum Colchica, nationis Armenis vicinæ, literis humanitatis & doctrinæ plenis remunerari voluiſti. Adjungi poteſt, quod & Paphlagones quidam Ægyptiis connectunt. Præclarum conſilium tuum illuſtrandi linguas orientis, ut fidei Chriſtianæ propagatio in illas oras facilior noſtris reddatur, maximi facio, & publicè juvandum cenſeo.

Sententia Tua de conſenſu linguæ Ægyptiæ veteris cum Armena, ſi ſtabiliri ſatis poteſt, pro egregio invento habenda eſt. Quæ de Lino & Pane erudite notas, confirmant potius aliunde probata quam probant. Scis enim, quam proclive ſit quidvis ex quavis lingua exſculpere, ſi genio indulgeamus Goropii & Rudbeckii, & ejus exemplo, qui nuper de origine Hungarorum ſcripſit. Primus in Belgica, alter in Svecica, tertius in Hungarica, vetera Deorum vocabula nullo negotio invênit. Sunt tamen

Deorum nomina

quæ-

quædam in linguis harmoniæ tam manifeſtæ, ut reſiſti non poſſit, nec liceat caſum ſuſpicari; uti in Germanico *dochter*, & Græco θυγάτηρ, cui, ni fallor, & Perſicum conſentit. Quod ſi talia occurrunt multa, pronuntiare de linguarum conſenſu licet, & fides fit reliquis etiam minus obviis. Nam negari non poteſt, virum linguarum peritum videre ſolere multas originationes vel conſenſiones, quæ aliis non patent. Itaque non dubito, quin multa habeas argumenta, quæ alii ſtatim capere non poſſint, donec collecta in unum,

defendat numerus junctæque umbone Phalanges.

Dubito & ego, an Colchica vetus eadem ſit cum Georgiana hodierna. Eſt mihi ad manus dictionarium linguæ Georgianæ, typis Congregationis propagandæ fidei Romæ 1629. editum, in quo agnoſco multa conſentire cum lingua Græca, ut *aniri*, homo, *argani*, baculus; forte quaſi ὄργανον; *Kliti*, clavis, à κλεῖς; *âera* aer; quædam etiam à Latinis vel Italicis, ut *bache* bucca, *bruti* ſpurcus; *ſella* ſedes; *ſeri* veſper; *ſeroba* cæna. Quædam cæteris orientalibus credo conſentiunt: ut *Arabi* pro vagante; *boſtani* pro horto. Sed quoniam tamen multa etiam ſunt peculiaria, aſcribam hic vocabula primæ paginæ.

aba-

abano balneum *abaroga* sed quid *abáchi* abinde *abreſciami* fericum *aghebà*, punctio, *aghmozenebeti* blaſphemare *agmofauleti* oriens *advilid adibebà* facilitas inundatio *aêra* aer *aetili* tegere *aicadari* ægrotum fieri

Addam aliqua excerpta per Satyram: *Anthári* ſimia, *Asnauri* eques, *Aſſuli* filia, *Agame* nox, *Bákak* rana, *Bezkali* argentum, *Bi* felis, *Chelili* unda, *Gili* bos, *Cheli* lupus, *Ghrmelli* gladius, *Dáſo* Sylva. *Datui* urſus. *Dros* tempus. *Erbo* butyrum, *Echáti* ſpina; *Varskulavi* ſtella. *Varthi* roſa. *Vaſkli* pomum; *Zézili* ignis, *Hêri* plebs. *Thávi* caput, *Thâſti* mel; *Iſári* ſagitta. *Kapilári* hoſpes. *Karavi* tentorium; *Katami* gallina. *Katſi* homo. *Kêdan* videre. *Kizchi* Aſinus. *Kuêri* barba. *Lagabi* frenum, *Lekui* canis, *Leſmari* clavus. *Mama* pater, *Márili* ſal, *Matkeli* lana, *Máſe* rete. *Miza* terra. *Mkèzi* ſerpens, *Mogdélri* presbyter. *Mona* ſervus, (Slave) *Mta* mons. *Mze* ſol. (olim *Mithra* Perſis). *Nacutáli* piſcis. *Nathebi* lux. *Naſari* carbo. *Nêmſi* ager. *Orbis* aquila (credo cognatum cum ὄρνις) *Opti* ſudor. *Omi* bellum. *Parſciamachi* pavo: *Peopli* cinis. *Pethi* color. *Pêchi* pes. *Pze* ſtramen. *Pirueli* ſomnus. *Popne* lectus. *Prpeni* plumbum. *Puri* panis. *Rze* lac. *Rváli* cuprum. *Rchi-*

Rchina ferrum. *Sákili* fama. *Sákuri* ſervus; *Sárche* ſpeculum. *Safeli* nomen. *Sachieri* domus. *Seſe* lignum. *Sizche* calidus. *Siſchi* ſanguis. *Skale* aqua. *Smáli* acetum. *Sicli* anima. *Taglame* rapa, *Tka* capra. *Tóuli* nix, *Uremi* currus. *Uzko* peregrinus. *Fanali* Cantema (ab italico fanale) *finici* palma (à Græco) *Fiùrca*, furca, patibulum (à Latino vel Italico). *Fte* penna. *Cheli* gula. *Gamzale* durus, *Gavàl* exire. *Gmérti* Deus. *Gvéli* ſerpens. *Sciobeli* mater. *Cià* vermis. *Ceri* pollex. *Zami* hora *Zaghi* canis. *Za* cœlum. *Zea* mare. *Zuáli* os oſſis, *Zinzali* flamma, *Ziza* nutrix. *Zcheni* eques. *Chari* porta; *Chermádi* gladius. *Chirtili* frumentum. *Chidi* pons. *Gingili* catena. *Giulabi* medicina (juleb)

Erti, ori, ſami, octhi, chuti, ech-
Unum, duo, tria, quatuor, quinque, ſex,
ſi, ſciviti, Ruà, ziharà, athi.
ſeptem, octo, novem, decem.

Ex his agnoſces, opinor, an conſenſus aliquis inſignis ſit inter linguam Armenam & Georgianam.

Miror, nec tamen ſine cauſa à TE aſſeri puto, quod Arabes potius ab Armenis vel Ægyptiis aliqua mutuati videantur quàm contra; licet Arabicâ Armenæ antiquitate cedere non poſ-

possit, quippe vix aliter quàm dialecto differens ab Hebræa.

Non dubito, quin de causa connexionis Ægyptiæ & Armenæ cogitaveris. Credibilius putem, ex Armenica terra ampla in Ægyptum coloniam ductam quam contra. Sed tu rectius statues.

Specimen consensus vocum Armenarum cum Germanis plurimis, gratissimum erit, ubi Tibi vacaverit; tum etiam, quid de causa conjicias. Equidem Germanicos populos olim ad Pontum Euxinum latè habitasse certum est. Persicam multum cum nostra commune habere ajunt: mihi tamen consensus opinione minor visus est.

Non dubito, quin magno studio Ægyptia vocabula ex antiquis collegeris. Memini notare me olim, Βαιὴβ Ægyptiis accipitrem fuisse, & χνὲβ aurum. Videbis, an tale quiddam invenias in Armeno. In *jergins*, Armeno, id est, in cœlis, consensus quidam apparet cum Græco ὐρανὸς; ut & in arcchajuthiun regnum, quæ in oratione dominica noto.

Cum inter alios usus cognitionis linguarum, ille non sit infimus, ut judicari possit de populorum originibus & migrationibus; inprimis nosse velim, quid ea de re statuas Mihi fateor valde probabile videtur, etiam nostros ex Scythia venisse. Mirum interim est, quòd lin-

linguæ populorum vicinorum ſæpè adeo discrepant; ut noſtra à Slavonica, Armena ab Arabica. Suſpicor, gentes intermedias fuiſſe extritas.

Fuere apud nos nuper duo Armeni, unus ſenex, qui ſe dicebat Archiepiſcopum *Coſtanenſem*, alter ejus comes ætate vegeta, qui TE vidiſſe ante complures annos ajebat: quod & credo. De cætero narrationes hujus mihi non videbantur ſinceræ. Variabat enim,& diverſa diverſis narrabat. Senem illum ajebat libros in Batavis excudi curaſſe: mox dictitabat typographum cum omni apparatu in Armeniam ducere conſtituiſſe. Monſtrabat & librum impreſſum Lingua Hiſpanica, in quo Archiepiſcopus ad Reges Armenos genus referebat. Ipſe ſenex ex noſtris linguis nullam callebat; unde muta cum ipſo converſatio erat.

[Dn. Acoluthus obiit, antequam ſuam diſſertationem de conſenſu linguæ Armenæ & veteris Aegyptiacæ ederet. Et re diligentius excuſſa, cum Berolini collocuti eſſemus, nihil admodum firmum ab eo afferri apparuit,quod in vocibus ſimplicioribus elucere debuiſſet. Linguam Copticam (quicquid ipſe contra Kircherum dicat) ex vetere Aegyptia & Græca (admiſtis nonnullis Arabicis) conflatam, non eſt dubitandum. Interim Kircherum non magnum operæ pretium feciſſe in Ægyptiacis,

docti agnoſcunt. Plura & meliora daturus erat *Theodorus Petrejus*, cujus Manuſcripta Coptica in Bibliothecam Regiam Berolinenſem ſunt delata. Armenæ literaturæ magno nunc ſtudio incumbit *Lacroſius*, hodie Berolini degens, vir magnæ multæque doctrinæ, inter Regios Bibliothecarios cooptatus: & jam Lexicon concinnavit, daturus huic linguæ beneficium, quod Æthiopicæ Jobus Ludolfus, de republica literaria meritiſſimus. Copticam ex monumentis Vaticanis illuſtraturus erat *Guilielmus Agathemerus* (Bonjour) ex ordine Eremitarum S. Auguſtini; Sed eum nunc in longinquo itinere verſari ajunt.]

Epiſtola Gvillelmi Bonjour ad Jobum Ludolphum.

SPe curandi, ut Peutateuchi Aethiopici Tibi copiam facerem, nunc demum deturbatus, reſponſum procraſtinare non debui. Ne quo verbis conſequi dolorem meum: Nihil enim mihi acerbiùs accidere poterat. Plenum prudentiæ & fidelitatis eſt conſilium, quo me juvant Tuæ literæ. Hæc ſecutus ſum, & obſervationes meæ haud diſplicuerunt viris judicio limato præditis, quibuscum eas communicavi. Textum Samaritanum cum verſione Samaritana ſic profero in medium, ut etiam

etiam oſtendam, eos numeros, qui Hebraicis repugnant, olim conſonaſſe. Ad hæc nihil apertiùs habeo ad Hebraicam veritatem comprobandam quam argumenta, quæ exoticæ antiquitatis monumenta mihi ſuppeditant. Paradoxa hæc nominentur, quamdiu erunt inedita; modo non male mihi eveniant, cum erunt typis mandata. Magni tamen apud me eſt autor antiquitatis reſtitutæ Clmus Pezronius. Voluntatem ejus amo, laudo conatum, ſolertiam plurimi facio; nec ideo ſcribo, ut me adverſarium in eundem intendam, ſed ut ſine contentione oſtendam, quis ſit ſenſus meus. Nunc totus incumbo ad illuſtrandam linguam Ægyptiacam. Quo autem periculum faciam magni hujus laboris, brevem in monumenta Coptica ſeu Ægyptiaca Bibliothecæ Vaticanæ exercitationem prælo ſubjicio. Accedit & ex Chronologia mea brevis digreſſio de LXX. Hebdomadibus Danielis, revocatis ad novos Calendos. Rem paucis expedio; ubi autem in lucem prodibunt hæc folia, nonnulla exemplaria mittam ad Eximium Abbatem Nicaſium, rogans, ut unum ad TE transmittat. Salutat te plurimùm Paſtritius; quo cum Te rogo, ut valetudini Tuæ diligentiſſimè ſervias. Romæ IV. Idus Febr. 1699. ſtylo novo.

Ex Annalibus G. G. L. ad ann. dom. 842.

Ludovicus Germanicus p. 140. 599

FRatres apud Argentarias congrediuntur; hodie Strasburgum vocant. Et quia amici verebantur, ne dissidia inter eos Lotharius sereret, placuit sacramentis publicis firmari fœdus. Convocato omni populo, Ludovicus prior ad suos concionem habet, paucisque Teutonico sermone: Nostis, inquit, internecinis fratris Lotharii odiis nos peti, cujus ambitionem neque sanguinis vinculum, neque Francicæ gentis salus, neque Christianæ Reipublicæ necessitates morantur. Coacti rem ad judicium Dei detulimus, quo & victores extitimus; ille victus cum suis, quo voluit, secessit: nos Christiano sanguini parcentes, à persequendo destitimus. At ille iterum in nos hostiliter insurgit, fideles nostros subditos rapinis, incendiis, cædibus vastat. Nunc sibi blanditur, aliis spem metumve injicit, posse nos disjungi. Nos ergo obviam ituri falsæ persuasioni, in conspectu vestro perpetui fœderis sacramenta invicem dabimus, non privatæ utilitatis nostræ, sed publici boni communibus viribus tuendi causa. Quod si fidem fefellerimus, ego vobis hominibus meis, Carolus suis, potestatem damus, ut juramentis absoluti ab eo, qui fœdus violaverit, discedatis.

tis. In eundem ſenſum Carolus ad ſuos Romana lingua peroravit.

Inde jurarunt Ludovicus Romanè, Carolus Teutonicè, ut quisque à fraternis ſubditis intelligeretur. Utramque formulam eodem ſignificatu, conceptis verbis ex Nithardo exhibebimus interlineariter colligatam, quia ſibi verbotenus reſpondent, & ipſo paralleliſmo illuſtrantur.

IVRAMENTVM REGVM.

PRO DEO AMVR ET PRO CHRI-
IN GODES MINNA IND | THES CHRI- | IN

STIAN POBLO ET NOSTRO COM-
STIANES FOLCHES IND VNSER BED-
[utrius-

MVN SALVAMENT, DIST
HERO GEALTNISI FON
que, beider] [gehaltnis, conſervatio] [ab

~~DI~~ DI EN AVANT, IN
THESEMO DAGE FRAMMORDES SO
iſto] in antea, ferner fort so

QVANT DEVS SAVIR ET PO-
FRAM SO MIR GOT GEWIZZEI INDI
fern als ſcire &

DIR ME DVNAT; SI SALVA REIO
MADH FVRGIBIT SO HALT IH
posse, macht donat, dat sic servo, servabo

CIST MEON FRADRE KARLO
THESAN MINAN BRVODHER *
hunc

ET IN ADIVDHA ET IN CADHVNA
* * * * * *
& in auxilio & in qualibet

COSA SI CVM OM PER DREIT
* *SO SO MAN MIT REHTV*
causa sic quomodo homo mit recht, jure
so als, comme

SON FRADRE SALVAR DIST IN
SINAN BRVODHER SCAL IN
debet in
in

O QVID IL MI ALTRE SI
THIN THAZ ER MIG SO SO
eo quod ille mihi als so, vicissim ~~in~~
quantum eben so

FARET

FARET ET AB LVDHER
MA DVO INDI MIT LVDHEREN
faciet & à Lothario
contingit facere cum

NVL PLAID ~~NOTHEINNI~~
IN NOTHEINWI THING N
in nothin placitum
nullum (Anglis nothing) tractatum

NVNQVAM PRENDRAI QVI
NEGE GANGO ZHE ~~GEGANGO~~
ſumam quod
inibo

MEON VOL CIST MEON FRADRE
MINAN WILLAN IMO [ipſi] *
mea voluntate huic meo fratri

KARLE IN DAMNO SIT.
* *CE SCADEN WERHEN*
Carolo zu ſchaden wäre.

Porro populus ſua quisque lingua ita juravit: Ludoviciani Teutonicè, Carolini Romanè.

IVRAMENTVM POPVLI.

OBA KARL THEN EID
SI LODHWIGS SAGRAMENT,
si Karolus [Ludovicus] juramentum

THEN ER SINENO BRVODHER LV-
QVE SON FRADRE
quod ſuo fratri Lu-

DHVWIGE GESVOR GELEISTIT
KARLO JVRAT, CONSERVAT
dovico [Carolo] juravit ſervat

IND LVDHVWIG MIN HERRO
ET KARLVS MEVS SENORA
& Ludovicus [Carolus] meus Dominus

THEN ER IMO GESVOR, FORBRIH-
DE SVO PART NON LOSTA-
quod ipſe ei juravit violat
[à ſua parte non tenet]

CHIT: OB IH INA NES IOV [AR]-
NIT SI IO RE-
ubi ego eum avertere [de-

WENDEN NE-MAG; NOH IH
TVRNAR NONLINT POIS NE IO
tourner] inde non poſſum neq; ego

NOH

NOH THERO THEIN IH ES IRRIVEN-
NE NEVLS CVI IO RETVR-
neque illi quos ego avertere

DEN MAG IMO CE FOLLVSTI
NAR INT POIS IN NVLLA ADIVDHA
inde possum, ipsi ad ullum auxilium
zu Folleistung, hulfe

WIDAR KARLE NE WIRDHIT.
CONTRA LODHVWIG NON LI IVER
non erunt [ibunt]

Antiquissimum hoc est linguæ Gallicæ monumentum, & ejus seculi unicum. Germani vetustiora non tantum *Moeso-Gothica*, sed & *Francica* & *Allemannica*, etsi horum non multa, habent. Primus hæc juramenta *Bodinus* edidit; sed neque ipse neque alii, ad Freherum usque, rectè interpretati sunt. Hic ipse in nonnullis utriusque linguæ hæsit, quæ tandem videor expedisse. Teotiscæ formulæ ad superioris Germaniæ Dialectos propius accedunt. Errant enim, qui hic aliquid Frisio proximum statuunt. Francos, Bajoarios, Suevos, hîc agnoscas, sed non discernas. Cæterum haud scio, an non alicubi in montium angulis extent, quorum sermo retinuerit quendam tantæ vetustatis colorem. Antiqua Gal-

lorum Romanè loquentium lingua, quam nobis *Nithardus* ſervavit, in Provinciales magis ipſosque Italos vergit: unde quotidie magis magisque diſceſſit, ut Itali à Latino libenter aberrant. Memorabile eſt, populum à Domino, ſi fidem falleret, juramento abſolutum; nempe, hactenus tantum: nam hanc reſtrictionem continent ipſa populorum ſacramenta. Et diu adhuc, cum pene ad ſummum perveniſſet Principis autoritas, in Gallia Reges non rarò ea lege pepigêre, ut bella contra datam fidem moventibus vaſalli auxilia impunè negare poſſent. Annales addunt, transeundi ad læſum hîc ſubditis factam poteſtatem.

Subditorum obligatio

Gallica lingua recentior



V. Jo-

V.

JOHANNIS CLAUBERGII

ARS ETYMOLOGICA TEUTONUM

e Philosophiæ fontibus derivata,

Id est,

VIA

Germanicarum vocum & origines & præstantiam detegendi, cum plurium, tum harum Vernunfft/ Sprachen/Ausspruch exemplis, atque exinde enatis regulis præmonstrata.

Deutsch von Deutschem.

primùm edita.

DUISBURGI AD RHENUM

Anno cIↃ IↃC LXIII.

JOHANNES CLAUBERGIUS Theol. & Philoſ. D. & P. Lectori S.

Pauca quædam è multis de lingua Germanica obſervationibus meis, per varias chartas hinc inde ſparſis, inter graviora negotia hoc temporis feſtinans ſpeciminis ergo in unum congeſſi. Quæ ubi haud ingrata linguæ & nominis Teutonici ſtudioſis eſſe percepero, poſthac, ſi quid otii à magis arduis mihi ſuppeditaverit, plenius quiddam de linguæ hujus nobilitate promitto. Neque laborem perficiendi meos de Cauſis linguæ Germanicæ libros ſubterfugiam, ſimul ac operam ſuam induſtrius mihi typographus obtulerit.

Cl. Biſterfeldius epiſtolâ ad amicum.

Poſt linguam Hebræam non ſcio, quæ ſubtilius feliciusque rerum naturas explicet Germanica &c. Sed paucis hæc cognita ſunt, præſertim iis, qui miro auſu Germanicam linguam ex Latina derivare ſatagunt: quod doctiſſimo polyhiſtori Mat. Martinio accidiſſe obſtupeſco. Sorores linguas eſſe non negaverim, vel potius conſanguineas, Latinæque aviam Teutonicam.

ARS

ARS ETYMOLOGICA TEUTONUM.

ARtem quandam Etymologicam, qua linguæ, præsertim Germanicæ, vocabulorum *origines*, proprietates, elegantia, euphonia, orthographia demonstrentur, ex Philosophiæ fontibus derivare constitui. Tria eum in finem exempla primaria selegi; Vernunfft ratio, Suchen quærere, Sprechen dicere, quarum quidem Germanicarum vocum origines veras nemo quod sciam hactenus detexit. Vocabula hæcce incredibili sunt elegantia, & à Philosopho trutinari maximè digna. *Ratio* enim est & res, quæ excolitur per Philosophiam, & instrumentum, quo utitur Philosophus. Cogitatio & studium Philosophi vertitur in *inquirendo*. Fructus & finis horum est, certam de rebus investigatis *dicere* sententiam. Hinc Eccles. 12. *Ecclesiastes sapientissimus* (Elogium hoc rationis est) dicitur primò quidem *attendisse atque investigasse*, ac deinde *concinnasse sententias multas*. Quæ duo à Ramo spectata videntur, cum Dialecticam in Inventionem & Judicium divisit. Exemplis igitur istis utendo, aliaque multa vocabula ex originibus suis explicando, Teutonicæ linguæ studium Patriæ probabo, aliisque ad similia invenienda viam ostendam. *Ad practi-*

practicam enim, ut Bacon de Verulam. loquitur, *longe conducit magis, cùm discursus sub exemplo militat, quam cùm exemplum disceptationi subjungitur. Nam scientia quæ recenter & quasi in conspectu nostro ex particularibus elicitur, viam optimè novit particularia denuo repetendi.* Initio autem artis nostræ Etymologicæ hæc è Logicis statuo fundamenta: *Omnis ad ignotæ rei notitiam perveniendi methodus incipit à notioribus. Omnis demonstratio rectiùs ex principiis proximis, propriis & homogeneis, quàm ex remotis, alienis & heterogeneis arcessitur. Effectuum potiùs notæ quam ignotæ causæ statuendæ, similiumque similes potiùs quàm dissimiles.* Magni sanè in toto linguarum studio momenti esse *Analogiam,* id est, rationem quæ à similitudine oritur, uno docent ore Grammatici. Magnam quoque in lingua Teutonica Analogiam inveniri, nec hodie aliam in plerisque esse quàm olim fuit, doctissimi viri observarunt. Ex quibus elicio regulam Etymologicam A. *Germanica vocabula priùs & potiùs è Germanicis, quàm ex peregrinis fontibus derivanda.* Inde Cl. Martinius in voce *Salamandra, cùm etymologia,* inquit, *Germanica non deest, supervacuum est externam quærere.* Certè quia Germanicæ voces Germanicis similiores & homini

mini Germano notiores sunt; ratio postulat, ut ante omnes alias expendantur. Natura nunquam sequitur ambages, ubi recta & brevi via ad metam venire datur. Præcipuo isto labore ubi rite defunctus fueris, cum nominibus Teutonicis conferre peregrina nihil vetat. Imò tractatio hæc eò nobis inserviet, ut à lingua Germanica tanquam notiore ad aliarum notitiam via aperiatur.

Vernunft.

Nominis hujus causas in Germania quærendas esse, præter statutum canonem A, ostendit 1. ejus initium ver/ quæ nota præpositio: 2, finis ft, quæ terminatio Germanis familiaris: 3. significatio. Neque enim denotat aliquid cujus notitia à peregrinis oris ad nos profecta fuerit, uti sunt res ecclesiasticæ, ângel/ bibel/ allmosen/bischoff &c. sed quod homo quilibet in animo suo quotidie experitur, per quod homines sumus & à mutis distamus animantibus. At cùm initium vocabuli manifestum sit, investigaturus ignotam originem ordior à fine, conferendo similia similiterque desinentia, ut quò me ducat analogia videam. Similia verò occurrunt oft/ kraft/ haft/ sünfte/ sanft/ nothurft/zunft/kunft/ahnkunft &c. Nullum autem horum tam affine est nostro nunft (liceat enim nunc simplex illud seorsum spectare, quam-

Terminatio ft
Ft terminatio

quamvis in usu non sit) quàm zunft & kunft/ quoniam & ipsa hæc nomina substantiva sunt, nec una vel altera tantum litera, sed quatuor illis unft conveniunt, & solis primis consonantibus differunt. Et quoniam origo nominis kunft mihi perspecta est, inde sic argumentor: quemadmodum kunft à kommen/ahnkunft adventus ab ahnkommen advenire: ita vernunft ratio, intellectus, à vernehmen / vernommen/ percipere, intelligere, animadvertere. Quid enim Ratio in nobis aliud est, quàm idipsum, quo quid percipimus, cognoscimus, animadvertimus? Verbi vernehmen jam antiquis temporibus hæc fuit significatio. Vide Nobiliss. Junium in Willeram. p. 17. ubi hæc inter alia leges: nu vernim *percipe nunc*, liht ze vernemene *facilis perceptu*, ich havo vernoman *percepi, cognovi*. thiu vernumst sinero wordo *perceptio verborum ejus*. Cernere hinc licet, olim eandem verbi vernehmen anomaliam fuisse, quæ nunc est; quoniam hodie quoque Imperat. dicitur vernim per i. Inf. vernehmen per e, Præt. vernommen per o, & nomen vernunft habet u. Sed & nova hinc petitur adducti etymi demonstratio. Ut enim pro nostro kunft Belgæ dicunt komste adventus. st pro ft usurpantes: ita pro vernunft majores nostri etiam dixere vernumst. Ex quibus omnibus colligo regulam B. *Argumenta ab analogia petita sunt*

ſunt eò validiora, quò major vocum, quæ inter ſe conferuntur, ſimilitudo elucet. Reg. C. *Cùm ad materialem vocum ſimilitudinem accedit formalis*, h. e. cùm non modò literæ & ſyllabæ reſpondent originemque patefaciunt, verùm etiam ſignificatio apprime quadrat, *tum demum etymologia certa eſt*, Reg. D. *Dialectorum usus & antiquitatis conſideratio multum facit ad linguæ Germanicæ origines inveniendas.* Nempe ſicut in Phyſicis ad occultarum cauſarum inveſtigationem plurimum confert animadvertiſſe, quænam ſint cum effectu propoſito connexa, quando in rerum natura primùm eſſe incipit, quæque diverſis locis ac temporibus, diſtinctis quoque in ſubjectis cum eodem conjunguntur. Nam cauſa alibi profundius latens abſcondita, alibi manifeſtiùs patere ſolet. Verum de vi ac ſignificatione vocum vernunft & vernehmen/ ſecundùm regulam C paulò nunc pleniùs philoſophemur. Functiones mentis humanæ Carteſius Princ. I. 32. revocat ad perceptionem intellectus ac determinationem voluntatis, docetque Paſſ. §. 17. perceptiones noſtras eſſe paſſiones, voluntates eſſe actiones. Notum quoque eſt quod *pati* Philoſophis idem ſignet quod *recipere*. Commodè igitur evenit, quod vernunft à vernehmen/ nehmen; quemadmodum & à Lat. *capio* multa ejusdem ſignificationis vocabula

descendunt, uti *percipere*, *concipere*, *conceptus* sinnbegriff. Et ipsum verbum simplex *capio* pro intelligo; unde *captus* intellectio. Sic German. fassen/ brgreiffen/ Lat. *apprehendere*, *attingere animo*. Græca λαμβάνω & δέχομαι, atque inde derivata nonnulla vocabula, simili sensu usurpantur. Sic Ciceroni 4. Acad. Quæst. Κατάληψις est *comprehensio*; ἀκατάληπτον quod *comprehendi* non potest; πρόληψις idem quod ἔννοια, notitiæ rerum. In Rhetoricis πρόληψις est, cùm id quod ab adversario posse objici putamus, *anticipamus* atque diluimus. Logici etiam agunt *de acceptione* vocabulorum, in welchem verstand die wörter müssen genommen werden. Iisdem prima mentis operatio est simplicium *apprehensio*. Equidem Germ. nehmen in tali significatione frequentissimum est: e. g. abnehmen/ in acht nehmen/ wahrnehmen/ rath nehmen/ sich etwas fürnehmen/ er lässet sich vernehmen. Etwas für gut aufnehmen/ δέχεσθαι τι πράως, *accipere* in bonam partem. Gallis *prendre en bonne part*. Eisdem *apprendre* est docere vel discere. Propriè quidem *capere* & *prehendere* sunt manuum actiones, (& simplex *hendo* à German. hand ortum videtur, ut χειρίζω à χείρ,) at quomodo ad intellectum ejusmodi verba sint ab hominibus traducta, uberiùs explicui Log. proleg. §. 77. Collige ex modò dictis

dictis regulam E. *Quoties in aliis eruditis linguis ſimilem quoad materiam aut formam, maximè ſi quoad utramque, conſpicimus derivandi rationem, nova inde Germanicis originibus lux accedit.* Nam illa diverſarum linguarum ſimilitudo affinis eſt ejusdem linguæ vocabulorum analogiæ. Et regulam F. *A ſenſilibus ad intelligibilia quamplurima vocabula ſunt tradu&ta.* Adi Ontoſoph. meam th. 50. & ſqq. Nota inſuper, quod inter omnes humanæ mentis actus primus ſit percipere ſeu intelligere. Antequam enim quicquam velis cupiendo, aut averſando nolis, antequam judices quicquam affirmando aut negando, neceſſe eſt, ut rem percipias. Quare cùm eſſentia ſeu natura ſit omnium primum, quod in re qualibet concipere oportet; conſidera quàm appoſitè ad mentis eſſentiam exprimendam Germani à vernehmen percipere, rationem & intellectum appellaverint vernunft, rationalem animam eine vernünftige Seele. Latinum *Ratio* à *reor*, id eſt opinor, exiſtimo, *ratus*, deductum, & Græcum λόγος à λέγω dico, præterquam quod ambigua valde ſunt; cùm è contrario noſtrum vernunft longè diſtinctiorem habeat ſignificationem, non à prima mentis functione, ſed ab ea, quæ eſt poſterior, deſumta ſunt. De nullo quippe negotio opinari vel dicere cogitatione animi interiore vel externo

verbo quicquam possumus, nisi primò illud percipiamus. Vox *Intellectus* ab intelligo, pro *interlego*, derivata, obscuriorem habet significandi rationem, neque ad primum animi actum denotandum vi suæ originis satis apta est. Infer ex hisce regulam G. *Vocabulorum Teutonicorum major est quandoque bonitas quàm Græcorum, Latinorum aliorumve peregrinorum;* uti collatio ostendit, sive ex materia sive ex forma bonitas ea æstimetur. Vide Ontos. §.64. 190. 204. Pudeat autem Germanos splendore linguæ suæ posthabito, summam peregrino sermoni operam locasse.

Succedit nobis inseparabilis præpositionis hujus ver vis & natura discutienda, ut quid sibi velit, cùm in aliis vocibus tum in vernunft cognoscamus. Et 1. quidem ver *notat consumtionem & perditionem, ad quam devenitur actione illa, quæ adjuncto verbo significatur:* e. g. spielen est ludere verspielen ludo perdere. Similia sunt composita ex præpositione ver & verbis doppelen / karten/ banketieren/ fressen/ schlemmen/ schwelgen/ sauffen/ trincken/zechen/ brassen/buhlen/schertzen/ dürsten/ bakken/brennen. Latini talia tam breviter ac nervosè exprimere nequeunt. Itaque pro verhueren (Belg. verhoereren, ut distinguatur à verhooren exaudire, nobis verhöhren) dicunt, meretricio amori impendere, pro verreisen / verschmachten/

ten/ verkochen/ verſieden/ verbrauchen/ vernähen/verbauen/ abſumere peregrinando, fame perire, coquendo, bulliendo, uſu conſumere, futuris inſumere, impendere vel conſumere ædificiis. Thun agere, verthun, conſumere ſeu prodigere: gehen ire, vergehen *perire*, q. d. ita ire ut nunquam redeat, undergehen *interire*: ubi *per* & ver, inter & under æquivalent. Verliebt ſeyn efflictim amare. Latin. *perire*, *deperire*, id eſt, perditè amare quaſi uſque ad periculum pereundi. Hoc tamen *perire* vel *deperire* non ſignificat id quod ſignificat, niſi quatenus in ſtructura ſermonis intelliguntur omiſſa verba, *propter virginem*, aut ſimilia. Vergeben, nempe mit gift, doſin deletoriam propinare atque ita donando perdere. Valla lib 5. c. 30. *Peragere* reum eſt non tantum agere reum, niſi pervenias ad illius condemnationem. Sic Germani ab uhrteilen judicare, dicunt veruhrteilen condemnare. Inde intelligis vim verbi Latino-barbari *forjudicare*, de quo Voſſius de vitiis Sermon. l. 4. c. 8. nam fer aut for olim pro ver majores noſtri uſurpabant. Hinc Gall. *forjuger* iniquè judicare, in exilium mittere, abdicare, ejurare. Martinius in *Perdo* opinatur, ſi quidem verbum ſit compoſitum ex *per* & *do*, τὸ *per* hîc pravitatem notare. Quod enim malè do, id amitto & corrumpo. Sed verbum *do*, olim & *duo*,

sæpe respondet nostro thun, Belg. doen, nec primò videtur donandi significatione usurpatum. Sic *addo* zuthun, *indo* einthun/ *perdo* verthun &c. Verlegen vetustate corruptum, Kilian. verlegen ey ovum requietum, non recens, verlegen wyn, id est verschalt, vinum evanidum, q. d. in patera diutiùs relictum atque ideo corruptum, à schale. Wünschen optare, verwünschen diris devovere: ita verschweren/ vermaledeyen &c. Ver 2. *significat intensionem, augmentum & excessum, sæpe vitiosum, licet non sequatur interitus:* ex. gr. essen est edere, sed veressen, unde contractum fressen vorare, est excedere modum in edendo. Kilian. vreten q. d. vereten/ovvereten. Messen metiri, vermessen dicitur de arrogante, qui suo se pede non metitur. Kil. haesten festinare, verhaesten nimis festinare, præcipitare, Germ. eilen/ sich übereilen. Æquivalet ergo interdum particula ver præpositioni über ὑπὲρ. Leugnen negare, verleugnen abnegare, pernegare. Jagen agere, verjagen abigere, exigere, fugare, sic treiben vertreiben/ bannen verbannen. Unde illa Latinobarbara *forbannitus*, *forbannire*, de quibus Voss. l. 2. de vit. serm. c. 7. ab hoc nostro ver potiùs, quàm à Latino *foris* deduco: Folgen sequi verfolgen persequi, insectari. Zweifelen dubitare, hærere animo, verzweifelen desperare, abjicere animum, zagen/ ver-

verzagen. Tragen ferre, vertragen perferre, quod amplius eſt. Similem vim habet Lat. *per* in permagnus, pertæſus, pereruditus, perbelle, ubi accipitur pro valde ſive vehementer, Valla I. 17. Idem V. 30. *Perlegere* eſt ad finem uſque legere. *Perferre* uſque ad conſtitutum finem ferre. *Perorare*, finem orationis orare, orationem concludere. *Perſuadere* ſuadendo inducere. Gr. περίεργος nimis occupatus, περίλυπος valdè triſtis, Matt. 26. 38. undiquaque triſtis eſt anima mea uſque ad mortem. Belg. ſot ſtultus, verſot dementatus, fere eadem emphaſi, qua ver accipitur in verliebt. Saltzen ſalire, verſaltzen perſalire, nimium ſalire. Ita verpfeffern nimis piperare. Wäſſeren macerare, Belg. verwaeteren aqua nimia imbuere. Sich verſchlaeffen, id eſt zu lang ſchlaeffen, aliàs notat perdere dormiendo, item inſumere ſomno, quo ſenſu pertinet ad primam claſſem. Nam ſæpe particula ver in eodem verbo diverſas operatur ſignificationes.

Ver 3. *ſpeciatim auget durationem adjectum verbis durationem ſignificantibus.* Duratio autem cùm propriè non ſit actîo, diſtinguo hæc à præcedentibus. Huc pertinent harren verharren/bleiben verbleiben, Gr. μένειν manere, περιμένειν valde ſeu diu manere. Valla V. 30. permanere eſt usque ad finem manere. Sic durare & perdurare Belg. verherden, perſe-

verare, differunt. Kil. vermerren demorari, tardare longiùs. Merren *morari* in patria mea etiamnum usitatum verbum. Kil. verdagen manere per aliquot dies, verjaeren perennare.

Ver 4. notat non deficientis rei interitum, vel excessum in agendo, vel moram durationis, sed *perfectionem actionis & consummationem*. Perfecto autem cùm nihil addi vel demi possit, propriè neque excessus neque defectus hîc consideratur. Hæc significatio in Lat. *perficere*, Belg. volmaken. Ita *peragere* est ad finem agere, nobis verrichten. Suchen est quærere, at versuchen quasi perquirere, durchsuchen: ut *perpendere* est exactè ponderare atque examinare. Valla V. 82. perspicere. Meiden vitare, vermeiden evitare, hühten verhühten. Trauen fidere, vetrauen confidere. Geben dare, vergeben condonare, Gal. *pardonner*. It. *perdonare*, Hisp. *perdonar*. Leihen dare mutuo vel commodato, verleihen dare, concedere, etiam ita ut non obligatus sis reddere. Ehren est honorare, sed verehren dono honorem demonstrare. Dienen servire, verdienen merere, propriè serviendo alium obligare ut labores compenset: binden ligare, verbinden obligare. Hæc verba ad justitiam relata perfectiorem accipiunt significationem, uti vernehmen relatum ad intellectum. Schiessen verschiessen/hüllen verhüllen/ decken tegere, ver-

verdecken pertegere. Tilgen vertilgen. Kil. verdelligen delere, æquare ſolo, quaſi derivare voluerit à dele pavimentum, area.

5. *Quod verbo ſimplice & ſolo affirmatur, id quandoque verbo cum* ver compoſito negatur, *ita ut contrariam ſignificetur.* Sic achten æſtimare, penſi habere, unde achtbar de viro honorato, verachten contemnere, nihili pendere. Kieſen eligere, verkieſen nunc idem eſt, at apud Willeram. notat ſpernere. Weſen Belgis eſſe (olim & Germanis ſuperioribus) verweſen q. d. deſinere eſſe. Werden fieri, verwerden, ἀπογίνεσθαι, corrumpi, apud Willer. cum Not. Junii p. 173. Belg. kracht vis, verkrachten vim inferre virgini, nobis ſchwächen, pudicitiam virginis imminuere. Leumut fama, verleumbden diffamare, einem ſeinen leumut oder guten nahmen/ ehr und ruhm nehmen. Contrarietas illa etiam reperitur inter compoſita cum diverſis præpoſitionibus. Sic zuſagen addicere, verſagen denegare, gebieten jubere, verbieten vetare, erlernen addiſcere, verlernen dediſcere. Erklären eſt declarare, verklären glorificare. Ermahnen & vermahnen idem ſunt. Et Belgis ſæpe ver pro er, ut verquikken/ verloſſen, ubi nos erquikken/ erlöſen. Male dicitur, einem die ſchuld verlaſſen, pro erlaſſen, ut notat Cl. Tſcherningius. Erlaſſen eſt remittere, verlaſſen deſerere.

6. Verbum ſimplex quandoque notat actionem, qua quis *ab alio rem transfert ad ſe*: at qui compoſitum cum ver denotat actionem, qua quis *à ſe rem transfert ad alium.* Ita kauffen eſt emere, verkauffen vendere. Heuren/ mieten/ pachten conducere; verheuren/ vermieten/ verpachten locare. Similis videtur eſſe ſignificandi vis in illis erjagen/ verjagen/ erheirahten/ verheirahten.

Ver 7. deſignat *commutationem ſeu permutationem rei unius cum alia ejusdem generis.* ita dicimus verhauſen μετοικεῖν, mutare domicilium. Die hoſen verſohlen. Belgis maximè ſunt hujusmodi verba uſitata, e. g. verbedden in alium lectum collocare, verkleeden mutare veſtes, vervellen mutare cutem, veterem pellem exuere, verneſten/ aut verneſtelen nidum mutare, verſchepen transferre in aliam navim, vervaederen het kind infantem dare patri non vero, permutare patrem pueri, verſuſteren ende verbroederen fratribus & ſororibus mortuis hæreditatem aliis cognatis deferre, vertaelen transferre in aliam linguam, nobis verdolmetſchen. Familiaria nobis etiam ſunt verweiſen relegare (ſolum relegati mutant, unde ellend q. d. alia terra, vide Kil.) den Zinn/ das Silber &c. vergieſſen laſſen/ verbilden transfigurare, verſetzen transponere q. d. ſitum ſitu permutare, verlegen alio loco ponere,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 10;Leibn. Marg. 10, [208] - 202
PUBLIC DOMAIN

re, movere loco. Belg. veraerden naturam vel ingenium immutare. Kil. verplaetſen locum mutare. verpflantzen transferre plantam. Vertappen Kil. de vaſe in vas transferre. Eadem ſignificatione dicunt, den wyn vervaten, verlaeten transfundere, elutriare, unde Gallis verbum *fralater.*

Ver 8. *denotat translationem vel tranſitum ab uno termino ad alium diverſi generis*, ut verdeutſchen eſt ex lingua peregrina in Germanicam transferre, verlateinen ex lingua alia in latinam transferre, verarmen depauperari, veralten ſeneſcere, id eſt, arm werden/ alt werden/vernichtigen id eſt zu nicht machen/verehlichen maritare; vernüchteren Kil. ſobrium fieri; verydelen Kil. evacuare. Idem verſoeten, cui opponitur verbitteren. Verdunckelen/verfinſteren/verfälſchen.

Ver 9. ſignificat *converſionem in id quod adjuncta voce notatur*, ubi è *ſubſtantivis* nominibus accedente particula ver componitur verbum, cùm verba claſſis præcedentis ſint ab *adjectivis*. Ita verſtokken eſt q. zu einem ſtokk machen, indurare. Verſteinen in lapidem convertere vel converti. Verſtaelen Kil. inducere chalybe. Vergötten referre inter Deos, vulgo deificare, vergeiſten ſpirituale reddere; vermoderen/ zu moder/ erd/ aſch und ſtaub werden; verkinden repueraſcere; verynſen Kil.

Kil. in glaciem converti; verwittiben / zur wittib werden; Kil. verweesen/ verweest orbatus parentibus. Vide an similis vis sit in Gallico *verglacer* congelare, qualis in Belgico verÿsen. Verhânsen inaugurari societati q.d. zum Hansen machen; verkâtzeren/ jemand einen Kâtzer schelten/ sicuti dicitur, einen zum schelmen machen/ quod ipsum est convincere aliquem sceleris.

Ver 10. *notat unius corporis ad superficiem alterius accessum.* Adjunctum hic accedens ad subjectum novam secum affert entitatem, quia substantia ad substantiam accedit. Non ita fit in actibus, qui per verba classium proximè antecedentium designantur. Ontos. §. 314. Ita vergülden est deaurare, aliis übergülden; versilbern argento tegere, verzinnen obducere stanno; verglaesen Kil. incrustare vitro, Kil. verkoperen ære tegere, ærare.

Ver 11. *sæpissime significat errorem & pravitatem.* Sic generaliter peccatum denotatur verbis verbrechen, Duisb. verkerven / vermachen/ du hast es vermacht deliquisti: quò spectat Gallicum *forfaire*, unde *forfait* delictum, quod alii dictum putant quasi *foris factum*; at lector judicet, annon potiùs à nostro ver sit componendum. Speciatim notatur *error sensuum* in versehen παραβλέπω, παραβάω, παράβαμα, Kil. verkyken conspiciendo erra-

errare, verhöhren/vertaſten/vergreiffen. *Error linguæ* in verſprechen/verreden (Berg. verkallen/ Belg. verklappen) verbuchſtabieren. *Error calami* in verſchreiben. Error calculi in verrechnen. *Error in motu* corporeo ipſius mobilis ſeu totum ſeu pars moveatur, in vergehen Gall. *forvoyer* aberrare à via, ſich verreiten/ verfahren / Kil. verfeylen errare velificando; den fuß vertretten/ die hand verſtauchen/das glid verrenken Belg. verreyken luxare. *Error in motu excitando in alio mobili* ſeu in movendo,einen verführen/verleiten/verkehren/ verdrähen/ verſtellen/ das Inſtrument iſt verſtellet/verhangen Kil. male ſuſpendere. *Error in aſſuefaciendo*, verziehen / verzogen kind/verzärtelen/verwehnen. *Error in omittendo*, verſäumen negligere, ich habe die predicht / das abendeſſen verſchlaeffen neglexi concionem, cœnam dormiendo. *Error in cogitando & conſultando*, ſich verdencken/vergiſſen male conjicere.Gall.*forconſeiller* perverſa conſilia dare. Verrahten prodere, prodere conſilium Mart. in *Prodo:* verrahten ſonat perverſis conſiliis patefacere vel tradere. Ita cauſam prodere eſt prævaricari &c. Vide ſupra p. 11. verurtheilen. Verſchweren pejerare, ſich vermeſſen, errare in metiendo, ſich verhauen/verſchneiden/verſtoſſen. Kil. vergeben malè dare,dando errare. Sic igitur peccata tam omiſſionis quàm commiſſionis, errores Phyſicos,

cos, Ethicos, Grammaticos, Arithmeticos, corporis, animi, ſenſuum, judicii, voluntatis, affectuum particula ver pulchrè exprimimus. Latinis pauca ſimilia ſunt, ubi *per* pro noſtro ver uſurpant, ut *perjurus* & *perfidus* qui jusjurandum fidemque violat, Valla V. 31. *perfuga* qui ad hoſtes tranſit, *perverſus*, verkehrt, qui verſatur in malo & à bono averſus eſt. Vide ibid. cap. 32. *perſequi*.

Ver 12. *adjicitur interdum verbis elegantiæ, varietatis aut alterius cujuscunque diſtinctionis cauſa*, adeo enim hæc multa ſunt, quæ particula iſta deſignat, ut omnia enumerari non poſſint. Conſiderentar illa, mehren/ vermehren/wechſelen/verwechſelen/ wandelen/ verwandelen. In verfechten/vertehdigen/verantworten/verweeren Kil. defendere, tueri, propugnare, vim vi repellere, pugna & oppoſitio notatur, qua aliquid fit *adverſus* alium. Vertretten/ verbitten/ ſignificant ſubſtitutionem, qua aliquid fit *pro* alio. Verpfänden eſt zum pfand ſetzen oppignerare; verzinſen/ verzollen / id eſt, Zinſe oder Zoll davon geben.

Ex dictis elucet 1. quàm latè in lingua noſtra præpoſirio hæcce ver pateat, cumque idem de quamplurimis aliis, tum ſeparabilibus, tum inſeparabilibus, præpoſitionibus verum ſit, Germani de vocum elegantia cum Latinis, nec non

non etiam Græcis magnam partem contendere videntur. Speciatim 2. confirmatur è dictis regula G de præcellentia vocabulorum Germanicorum præ vocabulis peregrinis. Multa enim ex iis quæ attulimus aliaque cum præpositione ver composita ita sunt, ut à Latinis non una voce, sed pluribus reddi debeant. Ex. gr. homo se pluribus modis defendere potest & solet, rebus, verbis, manibus, pedibus, &c. quum autem oratione se defendit, & ad ea quæ objecta sunt respondet, dicitur sich verantworten. Hinc eine unverantwortliche that/ facinus quod nulla ratione vel oratione defendi potest. Exempla plusçula continentur in superioribus. 3. Cernimus à particula hac ver non minus Germanicam ac alias linguas vocibus, mirum quantum, esse adauctas. Inde namque Galli accipere suum *ver* in verroüiller verriegelen/ *par* in pardonner vergeben/ *fra* in fralater verlaten/ *for* in forvoyer vergehen &c. quorum alia hybrida sunt, alia purè Germanica, sed quæ ipsi discernere atque ex originibus suis derivare nequeunt, nisi ad linguam Teutonicam recurrant. 4. Adducta exempla hoc efficiunt, ut palam sit, nomen Vernunft ab aliquo priore verbo descendere. Videmus enim id usu passim in lingua nostra esse receptum, ut præpositio ver primùm jungatur verbis, ex quibus deinde nomina

mina effingantur. Verbum autem hoc, à quo nomen vernunft descendit, aliud esse non potest quam vernehmen/vernommen. Denique si percurramus omnes classes, quas recensuimus, videbimus particulam ver, prout compositionem ingreditur harum vocum vernehmen/vernunft (præterquam quod generalem verbi nehmen significationem ad certam speciem restringit) non erroris & imperfectionis, sed perfectionis, non consumtionis, at consummationis habere significationem. Visque prope eadem est in Latino verbo synonymo, *percipere*, nisi quod significatio ejus minùs distincta. Neqae enim ut nostrum vernehmen/ ad solam cognoscendi vim refertur: cùm & fructus dicantur percipi, quando colliguntur. Sæpe alias *per* & περὶ æquipollent nostro ver/ & facilis est ejusdem organi literarum P. F. V. permutatio. Differunt quidem in eo, quod *per* & περὶ etiam extra compositionem usurpantur. Itaque verbum vernehmen propriè denotat actum, quo plenius & perfectius aliquid capimus. Et sane quod mente capimus, was wir mit der Vernunft begreiffen, nobiliore modo capimus, majore cum fructu percipimus, propius nobis jungimus firmiusque tenemus, quàm ea quæ manu apprehendimus. Hæc bona quodammodo aliena sunt, saltem externa, illa verè sunt nostra & interna. Nec men-

mentis ista perceptione, unde nomen adepta Ratio, die Vernunft/ quicquam alicui aufertur, ut manuum apprehensione contingit. Nempe quicquid ita capitur & percipitur, nunquam propterea ab alio alienatur, unde proverbium Teutonicum de hac animi perceptione intelligendum, Nim was und laß einem jeden das seinige. Quoniam igitur à verbo vernehmen singularem functionis perfectionem denotante, nomen Vernunft derivatur, consentit ista appellatio regulæ Logicæ, *à potiori fit denominatio.* Jam infer è dictis regulam dignoscendis vocabulis idoneam H. *Voces quæ à perfectione rei potitæ sunt melius eam exprimunt, quàm quæ ab ejus defectu vel corruptione.* Eodem fere recidit quod ex p. 9. deducitur, *magis congrua essentiæ rerum designandæ esse nomina, quæ à priore rei attributo desumuntur, quàm quæ à posteriore.* Adde canonem Logicum, *definitio constat ex attributis prioribus.* Declarat enim essentiam, quæ attributorum omnium primum est. Et nomina Germanica persæpe sunt integræ definitiones, Ontos. §. 56. 64. Ex hac regula H concludere licet, hominibus ab Adamo descendentibus melius nomen assignasse Germanos, quàm Latinos aut Græcos. Nam 1. Mänsch denominatur à potiore sexu Mann/ unde Männisch & contractè Mänsch/ uti à

frank/ fränkiſch/ fränkſch/ à Deut/ deutiſch/ deutſch. 2. appellatio petitur à cauſa efficiente ſimul & materiali, & quidem univoca & proxima. Eſt enim à *viro* etiam *virago*, ut à cauſa ſui generis, adeoque genus omne humanum à viro, vel (ut Germani rectiùs dicunt majori vocali) *Manno* deſcendit. Quamobrem & ipſe primus Adam fœminam appellavit *Viram*, addita ratione, quia *de Viro ſumta erat* Gen. 2. At *Homo*, ſi ab *humo* Latinis dicitur, nomen habet à cauſa non efficiente, at ſola materiali, quæ beſtiis & aliis rebus communis. 3. ἄνθρωπος ſi dicitur ab eo quod ſurſum ſpectat oculis, ἀναθρῶν ὠπὶ, id accidentale quid eſt & commune homini cum lupo piſce, qui ἀρανοσκόπος hoc eſt, *cæli ſpeculator* nuncupatur, imò cum toto avium genere. Prætereo, quod M initiale ut in Mann/ ita in Mänſch magnitudinis nota, quemadmodum hiſtorici paſſim & corporis proceritatem & animi magnitudinem in Germanis extollunt.

Veram nominis Vernunft originem demonſtravimus. Jam diſpiciamus, quid alii de eodem ſcripſerint argumento. Sic igitur Helvigius; Vernunft *videtur deſcendere à ſimplici* νήφειν, *id eſt ſobrium eſſe ac ſana mente*, νηφάλιος, *qui ſobrius eſſe ſolet*, vernünftig. *Alludit ad* Hebr. NOPH, *quod eſt levare. Quia nempe ratio mentem in alia contemplanda levare*

vare atque excitare debeat. Idem ibidem vernehmen ducit à νοῆν, νοέμεν &c. & ibid. vermeiden Sax. vörmiden / à Latin. *formidare*, cùm potiùs Latinum hoc verbum, quod aliàs obscuræ est originis, ab illo Saxonico arcessere debuerit. Post Helvigium Martinius in *Ratio: ea Germ.* vernunft Sax. & Belg. vernuft / *simplex esset* nuft / *at non est in usu. Id aut ex eo, quia* novit, *aut à* νήφω *sobrium esse & intelligentem*, νῶν ἔχειν &c. *Possit ergò* nunft *esse* παρὰ τὸν νῶν. *certè* νῶς *aliquando est ratio.* Hæc recitasse est refutasse. Utile tamen est talia conferre, ut quilibet agnoscat, quantum ab ipsa hujus artis Etymologicæ janua aberrent, qui analogiæ Teutonicæ nulla ratione habita, à linguis, quibus ipsi à teneris præcipuè dediti fuere, vocum Germanicarum originem arcessunt. Scilicet in Latium, Græciam & Judæam iter faciunt, ut peregrinas lustrent regiones, antequam viderint aut nosse laboraverint quæ sunt in patria. Quæ certa & propinqua sunt negligunt, incerta & remota sectantur. Hybridas voces faciunt, quæ puræ putæ sunt Germanicæ. Existimant majores nostros adeo vocum defectu laborasse, ut ne quidem id quo homines sumus, proprio insignire nomine potuerint. Vocabulorum illorum, vernehmen / vernunft / emphasin & virtutes quas demonstravimus illustres æternis

mergunt tenebris. Neque vocalium neque consonantium in istis vocibus rationem assignare valent, quemadmodum nos deinceps faciemus. Hinc igitur infer reg. I. *Veritas & elegantia originationis Germanicæ & propriæ ex oppositione originationis falsæ & alienæ clariùs elucet*, ex illo oppositorum theoremate, contraria sibi invicem opposita magis elucescunt. Gratior utique inventa veritas erit, ubi doctos viros eidem inveniendæ intentos, procul ab ea aberrasse cognoveris.

Nondum omnia, quæ in voce Vernunft notatu digna, investigavimus. Ad causas ejus pleniùs intelligendas, necesse erit, ut tum vocales, tum consonantes, quæ in vernehmen/ vernommen/vernunft/distinctè consideremus. Quantum ad vocales attinet, attende Imperativum seu thema verbi esse vernim/ Imperfect. vernahm/vernähme/ Præter. vernommen/ unde nomen vernunft: adeo ut per omnes vocales fiat variatio. Unde collige regulam K. *vocales omnes inter se permutari possunt*. Speciatim vocalium O & U permutatio valde frequens, & sæpe pronunciatio vix discernit, hæc an illa sit ponenda. Ita begonnen an begunnen scribas perinde est, Belg. ons/ onser/ nos uns/unser; illi komste/gevonden/nos kunft/ gefunden. Observa deinde potiorem aut crebri-

briorem in illis vocibus esse vocalem E. Nam illa non modo in præpositione Ver/inque media & ultima verbi vernehmen / sed etiam passim in verbi hujus aliorumque inflexione occurrit: ut in Præs. ich nehme/höhre/du höhrest/er höhret/wir höhren; imperfect. ich höhrete/ du nahmest/sie nahmen; præt. genommen/ gehöhret/ particip. nehmend. Hic audis terminationes e/et/ete/est/en/end/quæ ad literas radicales accedunt. Similia in variatione nominum cum observaveris, colliges regulam L. *Nulla vocalis tam est Germanis familiaris quam E*, quod uberius alibi demonstrabitur. Ne enim putes mihi contigisse quod dici solet, ad pauca respicientes facile pronunciant. Plurimis illud modis verum esse deprehendi, linguæque Germanicæ prærogativam aliquam in eo consistere agnovi. Porrò cum animadverteris quod à vernim & vernehmen, in quibus *verbis* minores audiuntur vocales I & E formentur vernommen & vernnnst / in quibus *nominibus* majores vocales O & U, examinum similis in aliorum nominum ab aliis verbis derivatione mutatio contingat. Invenies autem à befehlen dici befohlen; à schwellen/ geschwollen/geschwulst; à schliesen/ geschlossen/ schloß/schluß; à können vel kennen kunst/ gönnen gunst/ brennen brunst / säen saat / drähen draat/gehen gat/ stehen stat. Et quoniam hu-

E littera maxime varia

jusmodi analogiam exemplis mille & amplius l. 1. de Cauſſ. L. G. demonſtravi, fidenter inde colligo regulam M. *Majores nominum vocales ſunt è minoribus verborum, unde derivantur.* Hæc regula pro certo ponit, *verba potius eſſe radices quàm nomina*, id quod non primò tantùm, ſed etiam ſecundo de Cauſſ. L. G. lib. innumeris exemplis comprobatum. Eſtque aliarum nobilium Linguarum hac in parte ſimilis indoles. Et rationi prorſus conſentaneum eſt, ut illud, quod maximè eſt fœcundum, pro radice & principio reliquorum habeatur: quemadmodum fontes & fluvios potiùs à mari oriri dicimus, quam contra mare à fontibus. Verba autem propter tot perſonas, modos ac tempora, per quæ variantur, Nominibus fæcundiora meritò ſunt exiſtimanda. Adde quod Phyſica docet, per motum omnia talia facta, qualia eſſe experimur. At verba motum ſignificant, Nomina deſignant res motu productas. Præterea quoniam à vernunft formatur vernünftig / ut à kunft/künftig/ à verſtand verſtändlich / à Gott Götter/ſchloß ſchlöſſer/ſtat ſtäte/alt ält er/ältiſte/ vogel gevögel/ erd irdiſch/ wurf würfel/ atque ita in aliis innumeris; ſtatui poteſt Regula N. *In aliarum vocum ab aliis deductione ſæpius magnæ vocales abeunt viciſſim in parvas.* Cujusmodi regreſſus cùm paſſim in natura rerum obſer-

obſervetur & in humanis cogitationibus identidem occurrat, non mirum, ſi etiam reperiatur in vocabulis, quæ rerum & cogitationum ſigna. Hæc quoque regula N, quia primo de Cauſſ. L. G. libro magna exemplorum copia firmata eſt, fuſiùs hoc loco non explicabitur. Pergo à *vocalibus* ſatis, opinor, libratis ad explicandas *conſonantes* in vocibus hiſce vernehmen/vernommen/vernunft/ vernumſt. Et primò quidem inquirendum, quamobrem ante Ft Nominis Vernunft. M verbi vernehmen in N mutetur? Nempe hoc etiam uſu venit in kunft à kommen. Cauſa eſt, quod N potiùs quàm M lingua amet ante F. Conſidera iſta Teutonica: hanf/ ſenf/ fünf/ zunft/ ranft & ſimilia. Idem è Lingua Latina elucet, ubi ante P quidem M expetitur, ſed ante F potiùs amatur N. Ex. gr. præpoſitio IN manet in compoſitis ante F, at ante P mutatur, ut patet in *infringo*, *infandus*, *infero*, *inficior*, *infundo*, *inflo*; *impar*, *impello*, *impos*, *impingo*, *impunis*. Rurſus præpoſitio cum retinet conſonam M ante P: ſed in N eam commutat ante F: ut in *comparo*, *comprimo*, *compos*; *confabulor*, *confero*, *confido*, *conficio*, *confundo*. Infer hinc regulam O: *Non omnes conſonæ æquè facile jungi poſſunt, ſed aliæ magis aliis ſociari gaudent:* uti hoc loco NF potius, quàm MF, MP potiùs, quam NP. Ita *faciliùs coëunt*

literæ jungibiles

MF Nf Mp

literæ ejusdem organi quàm diverſi, niſi aſperitate & lenitate pugnent, qua de re mox. Liquet autem è ſuperioribus *anfractus* meliùs dici quàm *amfractus*, & hodie majorem eſſe euphoniam in vocabulo ſanft, quam ſamft. quod olim obtinebat. Dieſes wort Sanft iſt ſanfter worden. Patet etiam dictis ratio, cur P ante F ponatur, ubi præcedit M, ut in kampf/ ſtumpf/krampf/ſchimpf. Nimirum ut eò faciliùs jungantur M & F, intervenit P, ceu conſona media, quæ & cum M & cum F facile ſociatur. Quamvis autem litera N ſatis amicè conſpiret cum F, quia tamen difficultas quædam in ſyllaba nunft Belgis & Saxonibus eſſe videtur, propter conſonantium plurium concurſum, & præſertim ob literam N bis poſitam, abjiciunt N poſterius, dicendo vernuft. Atque hoc etiam generale eſt in lingua Germanica, & pro regula P haberi poteſt, nempe *Ubi plures conſonæ ad unam ſyllabam conveniunt, quàm ut euphonia ſalva videatur permanere, aliquando una vel altera eliditur*. Ita à Cöllniſch contractum eſſet Cöllnſch / ſed ad evitandam pronunciationis difficultatem dicitur Cölſch. Simile videre licet in corporea rerum univerſitate, ubi excernuntur ac ſeparantur, quæ in ſimiles motus conſentire non poſſunt. Quæ cauſa eſt, cur liquores effervescentes ſpumam mittant. Præſupponit autem

Literarum Elisio

tem hæc regula P. quod *Germani multas amant conſonas una ſyllaba comprehendere*, ut apparet in nunſt/kunſt/ſtumpf/krampf/ſchrift/ Carolus kârl/ merula merl/ ſphærula perl &c. Fortium virorum preſſa ſunt ac denſa vocabula: ita tamen ut euphoniæ ſemper habeatur ratio. Itaque licet à ſo *ſic* dicamus ſolich & contractè ſolch *talis*, non tamen frölich à fro contrahimus in frölch. Jam ordo nos vocat ad illarum conſonantium FT in voce vernunft conjugium examinandum. Nimirum hæc terminatio Germanis eſt familiaris, ut patet in kraft/ſaft/hąft/zaghaft/ſchrift/ hąlft/ graft/ gruft aliisque ſupra enarratis. Horum quædam à verbis perſpicuè derivantur, ut hąft ab haben/ ſchrift à ſchreiben / graft à graben/ ubi cernis radicem eſſe verbum. Hälfte ab halb formatur ſecundùm regulam N. At qui fit, ut ft ita conjungi ament, vt/ fd vel bt non item? unde etiam in graft/ hälfte aliisque litera B radicum graben/ halb/ vertitur in F? Reſpondeo ex præclara euphoniæ & orthographiæ Germanicæ regula, quæ ſubordinatur regulæ O, & nobis erit Q: *Conſonæ lenes tantùm cum lenibus, aſperæ tantum cum aſperis conjungi poſſunt in pronunciando*, præſertim in una ſyllaba immediata atque eſſentiali conjunctione. Nempe ſimilia facile in unum motum conſentiunt, diſſimilia non item; ut paulo ante dixi-

mus. Lenes & molles consonæ vocantur, B, D, G, V, respectu illarum P, T, CH, F, quæ asperæ seu fortes appellantur. Discrimen his exemplis innotescit: wein/bein/pein/fein; was/baß/paß/faß; kriegen/kriechen; reiger/reicher; zeigen/zeichen; leiden/leiten; marder/marter. Hujus regulæ infinitus usus in lingua Teutonica. Constat enim ex ea, quare dicatur magd ancilla, non magt vel machd/knecht servus, non knegt vel knechd; tochter non togter vel dochder cur à geben gift/ schlagen schlacht/ schneiden geschnitten / leiden gelitten/ non gibt/schlagt/geschnidten/gelidten; cur non debeat scribi undt/ Godt/ haubt/ Abt/ sed und/ Gott/haupt/Apt/non predigt sed predicht; cur terminationes nominum plurimæ in haft/icht/ schaft/ut wohnhaft/steinicht/ kundschaft/ nullæ in habt/ igt/ schabt / vel havt/ hafd/ igt/ ichd/ schabt/ schafd. At quoniam uni huic regulæ totum librum de Causs. L. G. tertium consecravi, plura nunc de ea dicere supersedeo.

Ulterius si inquiratur, cur adeo paucas Germani habeãt voces exeuntes in gd/bd/ut magd/ gelübd; at longè plurimas desinentes in cht/ ft/ quemadmodum inductione exemplorum liquet, inter alias hanc causam inveniemus, quæ nobis erit regula R: quod viri fortes *Germani ad fortem potiùs quam ad mollem pronuntiationem inclinant.* Hæc regula tum aliis quam-

quamplurimis, tum etiam exemplo literæ S confirmatur, quæ inter consonas præcipui usus est in Lingua Germanica, ut E inter vocales; unde de *Sibilo Germanorum* ad exemplum Messalæ Corvini integrum librum composui. Hæc litera quamvis per se media quodammodo sit inter molles & fortes, tamen *sæpius S consona fortis est & fortibus jungitur*, quæ regula de litera S ordine nobis est regul. S. Exempla habemus in vernunſt antiquo & Bel. komſte/in ſonſt/iſt/bruſt/brunſt/wurſt & aliis infinitis: nec in fine modò, sed etiam initio syllabarum, ut in ſtein ſtand/ſtumm &c. Et quemadmodum in fine nunquam habemus SB vel SD, pro SP vel ST: ita nec initio. Nam licet Græci habeant σβεννύω, σβέσις Itali *ſbannire, ſbarbare, ſboccare, ſbramare, ſdegnare, ſdentato, ſdormentare* &c. Germani tamen constanter amant SP, ST, ut in ſpannen/ſpatze/ſpott/ſprechen/ſturm/ſtimme/ſtreit &c. Quin imo tam grata Germanis est conjunctio literarum ſt, ut etiam inversum ament ts seu tz/ ut in ratz/ritz/ſchutz/reitzen/Götz/kurtz &c. Nec Z nobis valet unquam DS, ut Græcis & Latinis, at semper TS. Quodsi autem consona similis simili gaudet, lenis leni, fortis forti, manifestum est, *nullam esse magis amicam consonantium societatem, quàm si planè similes jungantur*, ut syllaba sequens incipiat ab illa consona, in

5. litera quam

quam desiit antecedens; quæ regula nobis T erit. Exempla sunt, vernommen / kommen/ brennen/ bellen/ retten/raffen. Hujusmodi geminatio in multis vocibus Germanicis reperitur,ubi aliarum linguarum similes voces consona simplice contentæ sunt, ut apparet in Vatter pater πατήρ, Mutter mater μήτηρ, bitte pete, brummen βρεμεῖν fremere, akker ager ἀγρὸς, herren heri, kammer camera Καμάρα, stoppel stipula &c. Allodium Anlod sortem hæreditariam veteres Germani dixere (vide Grotium in Nominib. Appell. Gott.) ex ahn & lot, loß sors, uti dicimus ahnzahl/ ahnteil. Inde euphonia fecit *Allode*, *Allodium*, sicuti ex *conlega* est *collega*, ex *in* & *loco* illico, ex alnoch annoch adhuc, ex banlink à bannen / ballink exul. Quæ postrema vid. in Kil. De tali literarum duplicatione atque inde nata vocabulorum Ger. euphonia, volubilitate, vehementia quinto de Causs. L. G. libro tractavi. Quoniam tamen nonnulli pro vernommen dicunt vernohmen. ut Belg. pro mutter moeder ꝛc. eliciatur hinc reg. V. quod *sonus longus vocalium compensat geminationem consonantium & contra.* De qua reg. eodem libro agitur, adductis etiam aliarum linguarum exemplis, ut quod *aula* antiqui, teste Festo, pro *olla* dixerint, quod Æoles & poëtæ ἔμματα pro ἕματα &c.

Su-

Suchen.

Verbi Suchen etymon genuinum ut inveniamus, ordiamur à fine, ut ſupra p. 5. quærendo ſimiliter deſinentia verba, ut formationis analogia detegatur. Similia autem verba ſunt ſcheuchen/ gehorchen/zechen/ fluchen/ drechen &c. Atque ex his ſimillima quidem ſunt ſuchen & fluchen. Quia tamen hujus origo necdum cognita,non poteſt illius etymon notum facere. Ratio quippe poſtulat, ut à ſimili quidem ad ſimile, attamen ſimul à notiore ad ignotius argumentemur, p. 4. Notum verò eſt, quod à ſcheuen/ fugere, veniat ſcheuchen fugare, ab hören audire, horchen gehorchen obedire, (quod etiam Latinis ex *ob* & *audio*, auditus enim diſciplinæ ſenſus) à drähen torquere, drechen/ unde aufdrechen imputare. Nec dubitari poteſt, quin à ſchnarren ſchnorren jurgare, ſtrepere,ſit ſchnarchen ſchnorchen/ unde beſchnarchen reprehendere. Ducamus igitur ſimili modo à ſehen videre, ſuchen quærere, ſpiritu H mutato in CH,ſicuti fit in ſcheuchen à ſcheuen/ in ſpeichel ſputum à ſpeyen ſpuere, hooch ab höhen/ ſchmaach à ſchmähen/ &c. Quod E in U tranſeat non magis mirandum, ubi verbum è verbo,quàm ubi nomen è verbo deducitur ſecundùm regulam M pag. 27. & ſic idem ſæpe verbum variatur per diverſa tempora, e. g. à ſchweren / ich ſchwur / à ſterben/

wir

wir ſturben/ ab ẏeben ich ẏub &c. Adhæc ſi diceretur ſechen pro ſuchen/ retenta vocali primitivi verbi ſehen / facile confunderetur cum verbo zechen potare. Denique vocalis V convenit rebus obſcuris efferendis, ut obſervant eruditi. Quærimus autem quæ ſunt occulta & obſcura. Scaliger Poët. l. 4. c. 47. *Obſcurum* II, *obſcurius* Y. *Obſcurum in ipſa voce hoc ſignificante. Quid enim illis obſcurius? Ibant obſcuri. Invadunt urbem* &c. Equidem ut Scaliger ipſum vocabulum *obſcurus* pro exemplo affert, ita Germani duo habent ſynonyma, dunkel & düeſter / adde tertium trübe *turbidus*, obſcurus. Quemadmodum autem illa aëris & aquæ, ita hæc ſequentia mentis & ingenii caliginem notant, dumm hebes, ſtumm *mutus*, ſtumpfſinnig obtuſus, plump agreſtis. Actiones, quibus obſcuritas vel occultatio quædam continetur, exprimuntur his verbis, duſchen / verduſchen abſcondere, Heniſch. verẏüllen caput obvelare, vermummen larvam induere, vermumpelen reticere *muſſare* (Kilian. ſcribit vermondpelen q. à mund & phal derivatum ſit) ẏummen *mutire*. In wenden & wanderen clariores vocalium ſoni, at in wunderen meritò obſcurius *u* locum invenit. Neque enim admiramur niſi quæ occulta nobis & obſcura. In denken cogitare & danken gratias agere, nihil obſcuri ineſt, ſed parum

eſt

est manifestum dünken videri; unde dünkel/ opinio, convenit cum dunkel obscurus. Sicuti autem wunderen se habet ad wenden/ dünken ad denken/ita suchen ad sehen. Hinc ergo collige reg. W. *Germani certas vocales certis rebus per vocabula denotandis eleganter accommodant.* Quam regulam pluribus exemplis confirmaturus produco verba Scaligeri loco citato: *Vocales grandisonas esse A & O, exile I, mediocre E.* Quapropter totum & pars his vocibus bene distinguuntur, spraach/ wort/ nahm/ litter/ tittel/ silb. Numer. 4. 16. die thür des thors / ecce pars totius. Sic der bekk des boks / der flügel des vogels / im stall hat ein jedes pferd seine stelle. A fangen capere, prehendere fecimus finger (capere enim est digitorum) parva vocali *i*, quia exiguum organum est digitus. At retinemus grandiorem vocalem *a* cum de hominibus loquimur, ut ahnfanger qui inchoat, ontfanger Belg. tribunus ærarius. A verbo stekken figere, pangere, dicimus & stekken & staken. Sed stekken usurpatur de minoribus baculis & fustibus, staken de crassioribus sepium palis & longuriis, unde Zaunstaken / & his oris usitatissimum hopfenstaken. A verbo dekken est dekke/dekkel/ dach/ sicut à tego *tegmen, tegumentum, tectum, tugurium*, ab operio *operculum.* Atqui dekke & dekkel de parvis quidem usurpantur homi-

minum, equorum, lectorum, ollarum operimentis, dach verò grandiore vocali signat illud quo tegitur tota domus: & dake Sax. nebula quâ totus aër obnubitur. Kisten & kasten jungere solemus tanquam synonyma; sed illud ferè de minoribus vasis, ut geldkiste/ hoc de majoribus ut kleiderkast / usurpari solet: quæ differentia in vocalium diversitate fundamentum habet. Sic arcam Noë non eine kiste/ sed kasten appellamus. Vid. Genes. 6. & 7. Spannen tendere, intendere, quod fit totis manibus ac brachiis, majus quid est quàm spinnen trahere pensa, torquere fila, quod fit digitorum extremitatibus. Unde rectissimè verbo illi vocalem grandiorem *a*, huic vocalem exilem *i* majores nostri assignarunt. Et rectè ab illo spannen *spithamam* seu palmum majorem dixerunt eine spanne/ intervallum nempe inter pollicem & minimum digitum diductos; ab hoc autem spinnen *araneam* eine spinne/ quæ telas orditur quibus muscæ irretiuntur. A rauchen fumigare factum est riechen olfacere, mutato sono majore au in minorem ie/ quod fumus quidem generaliter sic appellatus per aërem longè latèque dispergatur; is autem qui speciatim olfactum movet, per angusta nasi foramina ascendat. *Festuca* opponitur *trabi*, velut tenue quid crasso, parvum erratum magno peccato Matt. 7. Germani

mani vocalibus Splitter ac Balken hæc optimè discernunt, Græci vocibus Κάρφος ac δοκὸς non item. Multò rectiùs Teutones magna vocali Kraft & Mann/ quàm Latini parva vocali *vis* & *vir* enunciant. Innumera hujus generis observavi. Sed ne justo longius excurrere videar, ad verbum Suchen revertor, & noto, eadem analogiæ facilitate, qua suchen à sehen/etiam zechen à ziehen & fluchen à flehen derivari. Ziehen notat trahere, haurire, quod est humorem ex imo extrahere. Zechen est potare, *attrahere potum*, unde Gal. *des grands traits*, Lat. geniales *haustus* dicuntur, Germ. grosse Züge. Hinc phrases *exhaurire pocula*, *exhaurire multum vini*. Confer nunc etymologias Martinii putantis in *Symbola* quidem zechen à sicco derivari, quia notat, siccare pocula; in *Lotium* verò idem ducentis à *succo*. Porro flehen est precari, fluchen imprecari, malè precari, hocque Teutonicum ab illo tam facile derivatur, quàm Latinum *imprecari* à *precari* componitur. Simili ratione Latinis *obtestari*, ac *detestari* ab eodem verbo *testari*, *obsecrare* & *exsecrari* ab eodem verbo sacrare, *invidere* à *videre*, *devovere* à *vovere*, ut verwünschen à wünschen. Qui *benedicere* Job. 1. per εὐφημισμὸν interpretantur *maledicere*, etymologiam nostram non improbabunt. Et nobis segenen / den Segen worüber sprechen/

chen/ dicitur, vulgo pro incantare, magicis carminibus uti. Pronus quoque à precatione ad imprecationem solet esse transitus. Die Bettler pflegē ehrstlich zu flehen/ und wann sie nichts bekommen/ fangen sie ahn zu fluchen. Utrumque etiam verbum cum dativo construitur, ut enim dicimus, einem flehen/ ita einem fluchen. Estque in variis linguis usu receptum, ut vocabula à meliore in sequiorem significationem transeant, veluti *tyrannus*, *hostis*, Pfaff/ Schalk/ cujus significatio prima mansit in Gottschalk/ servus Dei. Præter istam analogiam adeo perspicuam, qua verba à verbis derivantur, transeunte *h* in *ch*, ut in zechen à ziehen/ scheuchen à scheuen/ vel etiam vocali brevi in longam abeunte, ut in fluchen à flehen/ suchen à sehen; etymon hujus verbi suchen ipsius rei attentio cumque aliis nobilibus linguis collatio secundum regulas C & E abunde probat. Equidem ut *invisere*, *visitare* à *video*: ita eadem significatione nobis besuchen/ à sehen/ suchen. Quod Valla docet l. 1. Eleg. c. 23. verbum *visere* notare conatum, ac si dicas, in eo te omnem esse, ut videas, id apprime fulcit sententiam nostram. Utique enim verbo suchen ejusmodi conatum exprimimus. Sich irgends nach umsehen est visu quærere. Visus ornatur hoc elogio, quod sensus sit *inventionis*, quoniam plurimas rerum differentias nobis

bis manifeſtat, (quæ inde φαινόμενα à φαίνομαι, appareo, nominantur) quas aſpectu indagamus. Viſu cœleſtium corporum per immenſa ſpatia diſtantium proprietates, motum, ſitum & lucem inquirimus & inveſtigamus. Arte quoq; factis inſtrumentis adjuti vim nobiliſſimi latiſſiméq; patentis ſenſus ulteriùs extendere didicimus, quàm illis deſtituti facere poteramus. Pro ſeh/vide, nonnulli enunciant ſich/& Lat. pronomen *ſe*, German. ſich/ut *me*, *te*, mich/dich. Geſicht/viſus, ac geſucht/quæſitus, affinia ſunt. Gall. *aller voir quelcun* eſt jemand zu beſuchen gehen. Heimſuchen eſt q. domi quærere ſeu videre. Qui *rimatur*, ſeu q. per rimas quærit aliquid, viſu utitur. Qui *inveſtigat*, ſed per veſtigia inquirit aliquid, viſu utitur. Qui *ſcrutatur*, ſeu ſcruta verſat & inter ea inquirit, oculis utitur. Qui *venatur* itidem. Adeo ut viſus generale ſit inquirendi inſtrumentum. Suchen ergo propriè eſt videre cupio eaque de cauſa oculos huc illuc converto: uti *ſciſco*, *ſciſcitor*, *ſciſcor* eſt ſcire cupio, ſciendi cauſa interrogo. Gall. *chercher*, It. *cercare*, Martinius putat eſſe à *circo*, q. d. circumcirca diſpicere ubi ſit quod cupimus. *Diſpicere* ſæpe idem eſt, quod diverſe diligenterque inquirere, & tanquam in omnem partem lumen mentis intendere. Außgeſehen vel außgeſucht eſt außerleſen/ut Lat. *exquiſitum*. Quo-

ties citamus libri alicujus paginam, idem nobis valent *vide* & *quære* ibi, ſehe oder ſuch da. Ita Lobwaſſ. Pſ. 24, 3. tanquam ſynonyma ponit, GOttes Antlitz ſuchen/ und das zu ſchauen verlangen haben. A wahren obſervare, eſt warten *exſpectare*, q. d. extra ſpectare: adeo ut ſpectantis actio ſimilis actioni quærentis ſit, quemadmodum ſuchen & warten / exſpectare, ſimilia habent etyma. Quæ omnia faciunt ad illuſtrationem & confirmationem originis verbi ſuchen à ſehen. Videamus tandem ſecundùm reg. I. quæ ab aliis verbi hujus etyma ſunt allata, imprimis ab eximio illo Etymologo Martinio. Is in *Quæro* ſic ſcribit: Suchen Sax. ſöken *videtur eſſe à* ſequi. *Quod quærimus ſequimur, ut ubi locorum ſit aſſequamur.* Reſp. hoc propriè German. eſſe ſpühren veſtigare. Pergit ille; *eſt & affine Chald.* SECHA, *intueri, aſpicere. Ad quærendum res corporeas imprimis viſu opus.* Quibus verbis etymon à nobis allatum neſcius confirmat. Denique concludit: *ſed velim à* ſagio. *Quod quærimus, de eo cogitamus, id deſideramus, ad id ſenſum, imprimis viſum & tactum, transferimus.* Quibus iterum quodammodo firmatur etymologia verbi ſuchen à ſehen/ quam ſine ulla animi fluctuatione unicè veram eſſe contendimus, regerentes Cl. Viro ſuum illud p. 4. citatum; *cùm etymologia*

Ger-

Germanica non deeſt, imò cùm pulchra & præclara adeſt, *ſupervacuum eſt*, imò ſæpe ineptum & abſurdum eſt, *externam quærere*. Habemus in iis, quæ hactenus de verbo ſuchen in medium attulimus 1. confirmationem regulæ F. *à rebus ſenſilibus ad intelligibiles plurima verba eſſe traducta*. Quamvis enim ſuchen proprie ſit oculorum, refertur tamen etiam ad animi non modò percipere ſtudentis, verùm etiam eligentis actum. Sic dicimus nachſuchen/durchſuchen/verſuchen/ unverſucht *inexpertus* außſuchen eligere. 2. confirmationem regulæ H. Quoniam enim viſu longè plura & remotiora quærimus, diſtinctiusque cuncta diſcernimus, quàm ullo alio ſenſu, utique Germani actum inquirendi *à potiori denominarunt*. 3. Quemadmodum verò in aliis linguis verba videndi ad aliorum quoque ſenſuum actus denotandos transferri ſolent (uti in SS. literis *videre* ſæpe legitur uſurpatum pro *audire*, aliquando & pro *olfacere*, & Lat. *ſpectrum*, quod à *ſpecio*, ut à *video vitrum*, dicitur etiam, quod auditur) ita quoque verba ſehen & ſuchen. Sic ajunt, ich will ſehen oder verſuchen/ob euer Wein gut ſey/Gal. *je verray*, Lat. guſtabo. 4. confirmatur è dictis regula E. Contulimus quippe ſimilem verborum ſimilium in lingua Latina derivationis rationem. 5. Animadvertimus *quod vocabula di-*

videre pro alio ſenſu

versarum linguarum synonyma non semper accuratè sibi respondeant, quæ regula nobis erit X. *Quæro* enim, cùm à *quæ res* deductum videatur, propriè & primò est voce ostendere, quod aliquid scire cupiamus, eademque vis est in Germ. fragen. At suchen propriè non fit ore ac verbis, sed primò & maximè oculorum sensu. Sicuti autem *quærere* & suchen/ ita quoque *ratio* & vernunft omni parte non concordant, ut ex superioribus videre licet. Denique 6. è dictis hoc percipimus, quod uti in Logicis *Quæstio* & *Conclusio*, ita differant das suchen und das sehen/ q. d. veritatis inquisitio & inventio. Wird also der Suchende von dem Sehenden (olim Prophetæ appellati *Videntes* 1. Sam. 9. 9.) unterschieden/ gleichwie Philosophus à Sopho. Unde modesti amantisimus Pythagoras philosophus, quam sapiens audire maluit. Welches ich dem Suchenden in der Fruchtbringenden Gesellschafft zu ehren hiebey ahnregē wöllen. Postremo de orthographia verborum suchen & fluchen observo, quod pronunciatio jubet scribere suechen/ fluechen/ ne suecht/ quærit, fluecht maledicit, confundantur cum sucht morbus, quod in wassersucht/ & flucht fuga.

Ausspruch.

Vocabulum hoc ex præpos. separabili auß & nomine spruch est compositum. Pro auß

Græ-

Græci habent ἐκ, ἐξ, Latini è, ex, ubi obſerva regulam Y, quod *Germani ſæpe diphthongos amant, ubi Græci & Latini vocalibus utuntur ſimplicibus*, eadem nempe ratione, qua vocabula conſonantibus denſa quærunt, de quo p. 30. & conſonantium geminatione delectantur p. 33. Exempla ſunt auf ὑπὸ auch *ac* alaun *alumen*, beil πέλεκυς, bey ἐπὶ, Capitain *Capitaneus*, Cathrein *Catharina*, dauren *duro*, dreuen θαῤῥεῖν, ein ἔν, Eingang *initum*, Eule *ulula*, Feuer πῦρ, Feig *ficus*, Getraid *triticum*, heut *hodie*, Haut *cutis*, Heil ὅλος, kauſch *caſtus*, kein κενὸς, Kreide *creta*, kreutz *crux*, krauß *criſpus*, Kreiß *circus*, κίρκος; Leir *lyra*, Latein *latinus*, Mauß *mus*, μῦς, Maul *mala*, *mulus*, Mauer *murus*, Meer *mare*, mein *meus*, neu νεὸς *novus*, nein *non*, Pfeil βέλος, Pflaumen *pruna*, Preiß *pretium*, Rhein *Rhenus*, Raute *ruta*, ſaugen *ſugo*, Sau *ſus*, ſchreibe *ſcribo*, Schneide *ſcindo*, Schrein *ſcrinium*, treiben τρίβειν, Venein *venenum*, Wein *vinum*, Weide ἰτέα &c. Quanta ſit præpoſitionum linguæ Teut. in componendo varietas & fœcunditas, exemplo inſep. particulę ver ſupra expendimus. Nunc exemplo ſep. præp. auß ejusmodi particularum etiam in derivando facilitatem & uſum attingemus, Ab auß formatur auſſen extrinſecus, unde compoſitum bauſſen q. d. bey auſſen/ Belg. buyten extra, foris.

(in prima editione p. 217.)

bauſſen

ris. Legitur & nauß pro hinauß / rauß pro herauß / unde posſis derivare reiſen proficiſci. Ab auß etiam auſſer extra, præter, unde auſſerhalb / das äuſſerſte extremum, & verbum äuſſeren cavere, alienare, unde porrò äuſſerung / äuſſerlich. In compoſitione non uti ver / ſemper antecedit, at ſæpe etiam ſequitur, ut in daraus / drauſſen / heraus / waraus / durchaus / hinaus / voraus / obenaus / überaus / garaus / unde Galli fecere ſuum *Carrous*, quo notatur liberalis ac frequens hauſtus grandium poculorum, da man die Becher gar austrinket. Atque hic notatu digniſima eſt quæ ex compoſitæ alicujus vocis inverſione oritur ſignificandi varietas. Ex. gr. modus *imp. verbi* notatur his, ſprich aus / ſag aus / fahrt wohl / quibus inverſis oriuntur *nomina* thema ſimplex denotantia, Ausſpruch / Auſſage / Wohlfarth. 2. *Perſonæ, res, actus à loco* denominantur ita: Hauß-Armen / Hauß-Tauben / Berg-Freude / Garten-Luſt: *locus à perſonis* &c. Armen-Hauß / Tauben-Hauß / Freuden-Berg / Luſt-Garten. 3. *Negotium a tempore*, Tag-Werk / Jahr-Pacht: *tempus à negotio*, Werck-Tag / Pacht-Jahr. 4. *Cauſa ab effectu*, Sang-Vogel / Jacht-Hund: *effectus à cauſa*, Vogel-Sang / Hund-Jacht. 5. *Continens à contento* Mueß-Korb / Holtz-Wagen / Wein-Keller: *contentum à continente & menſuram exprimente*, Korb-Mueß / Wagen-Holtz / Keller-Wein. 6. Ein groſ-

grosser Mann/langer Finger / klein Haar signant *res certa qualitate præditas*: Manns-Grösse/Fingers-lang/Haar-klein *ipsam quantitatem*. 7. Weisser-Schnee/grün Laub/rothe Rosen significant *res certa qualitate*, Schneeweiß/Laub-grühn/Rosé-roht *ipsam qualitatem*. 8. *Individuum in genere substantiæ*, Stükk-Schelms/Stükk-Bubens: *speciem in genere qualitatis* Schelm-Stükk / Buben-Stükk. 8. *Res cum sua materia*. Papyren Buch *quantitatem materiæ* Buch-Papyr. 10. Qui dicit schwartzbraun/consideret braun ut *qualitatem primariam*, schwartz ut *secundariam*: contrà qui dicit braunschwartz &c. Centuriam hujusmodi vocum inversionis capacium in sola litera B annotavi. Sed jam non vaco hæc omnia persequendo. Tantùm è superioribus regula colligatur Z: *Plurima Teutonum vocabula composita, ubi inversa fuerint, novas accipiunt significationes*. Ita mirum in modum significantibus vocabulis locupletatur Lingua Germanica & aliis omnino palmam præripit, vide Ontos. 175. 286. Revertamur ad nomen Spruch / quod est à sprechen / ut ῥῆμα à ῥέω, *dictum* à *dico* ex reg. M. Sed unde verbum sprechen? Si conferantur similia zechen/ rächen/ streichen/ stechen/ brechen/ nullum invenietur similius verbo brechen. Nam 1. omnes literæ conveniunt, nisi quod in

Sprechen S accedat, & pro leni B ejusdem organi consona fortis P usurpetur, quoniam SB initio syllabarum stare non possunt ex reg. S. 2. convenientia est in conjugatione, ut brich/ sprich/brechen sprechen/ ich breche spreche/ du brichst sprichst/brach sprach/gebrochen gesprochen &c. 3. Similia ab utroque verbo nomina derivantur, Bruch/ Spruch/ Braachakker/ Spraach &c. 4. Belgica dialecto ut breken / ita spreken dicitur. Cum igitur ex reg. B. convenientiam allegare possimus, & verbum brechen ratione litterarum simplicius sit verbo sprechen (quod omnino in derivando considerandum) & intuitu significationis generalius, nihil prorsus obstare videtur, quo minus à brechen deducamus sprechen / dummodo 1. ratio significationis, monstrata ipsorum actuum convenientia, detegatur, & 2. quomodo consona S initio præfixa sit ostendatur. Ad convenientiam actuum, des sprechens und brechens/quod attinet, cùm verbum brechen significet *frangere*, *rumpere*, *aperire*, ut Exod. 3,12. die allerley Mutter bricht / *solvere*, e. g. das fasten brechen / *complicare*, e. g. das Papyr brechen/ manifestum est, in loquendo hæc omnia reperiri. Nam 1. *organa* corporis nostri dividuntur, labia diducuntur, lingua crispatur & flectitur variis modis. 2. *Silentium* sermone vel voce *rumpitur*. Similis aëris mutatio

tatio indicatur cum dicimus, der Tag bricht an. 3. In *aëre*, haut secus atque in *ore*, lingua & labiis nostris, tremulus ac vibratus motus, dum loquimur, invenitur. Ist also das sprechen anders nicht als ein Mund- und Lufft-Brechen. Hinc illæ phrases: *è pectore rumpere vocem*; mit Worten heraus brechen; die Wörter brechen aus unseren Munde hervor; Syr. 19, 11. ein Narr bricht herauß/*rumpere vocem* est in vocem prorumpere, ῥῆξαι φωνὴν; os, ora *solvere*, *resolvere*; sermonem in talia *solvere*; *ruere* in verba &c. Præterea si ingenium peculiare Germanorum, in plerisque vitæ actionibus impetum quendam sectantium, attentiùs consideremus, non mirabimur à *frangendi*, *rumpendi*, *ruendi*, *solvendi* verbo derivatum ipsis esse verbum *loquendi*. Similem quippe similium originem animadvertimus. Sic schelten est à schellen *sonare* (ut welten à wellen/ warten à wahren p. 41. accedente ad verbum prim. litera T) quemadmodum à *crepare* dicitur *increpare*. Hac ratione schelten primo significat *vocare*, *appellare*, sich Schwäger schelten/id est nennen; queit schelten/ id est, sprechen. Hauptschl. der Deutsch. und Ital. Spraach ad verbum Schalten: ein alt Deutsch Wort/ kommet vom schallen/ das ein Schall giebt. Ernsten Befelch und Schaltwort geben/ die einen Nachdruck haben/ ist schalten/ herr-

herrſchen/Befelch geben. Laſt GOtt ſchalten und walten / er hat lang hausgehalten. Hæc ibi. Ipſa Dei creatio nobis deſcribitur in SS. uti *vocatio, præceptio, increpatio* Rom. 4,17. Pſal. 33, 9. 104,7. Imperioſæ priſcorum Germanorum indoli hæc verborum ſchelten & ſchalten etyma apprime eſſe conſentanea nemo facile inficias iverit. Reliquum eſt, ut oſtendamus, qua ratione verbo brechen præfixa ſit litera S, ut inde natum ſprechen. Nempe, quoties generalis conceptus reſtringendus eſt, generi additur differentia: exemp. gr. *animal* eſt quid generale, cui ſi addis *rationale*, ad certam ſpeciem reſtringitur. Iſtum concipiendi modum pulchrè imitata lingua Teutonica, ubi reſtringenda ſignificatio eſt, literam, ſyllabam aut voculam primitivæ voci adjicit. Sic à nehmen habuimus vernehmen/ à ſchellen / ſchelten. Ita communius quiddam eſt brechen/ quod à multis & variis cauſis, quàm ſprechen/ quod ab ore tantùm humano pendet: quam reſtrictionem præfixa verbo brechen conſona S operatur. Et ſæpius quidem cùm in aliis linguis, tum in Germanica, vocibus aliunde derivatis literam S præfigi, idque non rarò *vehementiæ cauſa*, jam alii obſervarunt. Nos ita à wanken fecimus ſchwanken / à wellen/ſchwellen/à trekken/ſtrekken/ à breiten/ſpreiten/ Belg. breyden/ſpreyden/ à derben (unde manſit compo-

po-

positum verderben/ Belg. & bederven) sterben. Nam & significatio convenit & conjugatio, stirb verdirb/er starb verdarb/ gestorben verdorben ꝛc. Erben & similia regularia verba vocalem E omnibus temporibus retinent. Pro nostro linke Hand Belgæ slinke Hand. Ergo quidem in lingua Germanica hactenus observavi, voces simplices, quæ ab alia litera ordiantur, tantâ copiâ neque legi neque audiri, quantâ eæ, ubi sibilus est initium. Etenim quantum ad illud attinet, de quo agitur in præsentia, congruum erat, ut Germani, cùm loquendo plurimum sibilent, illi verbo, quo *loquendi* actio denotatur, sibilum adjicerent. Quod etiam in similibus fecere vocabulis, uti Zung/ stimmen/singen/schwätzen/schelten/kosen/ unde liebkosen.

De usu Philologiæ Germ. in Theologicis.

1. DEcere Theologum verborum origines investigare, primorum hominum, angelorum & ipsius Dei, comprobatur exemplis. Certas quippe nominibus rationes addendo, ad hujusmodi studium nobis præivere: uti Gen. 2. Man wird sie Männin heissen/ darum/ daß sie vom Manne genommen ist. Gen. 3. Adam hieß sein Weib Heva/ darum daß sie eine Mutter

ter ist aller lebendigen. Gen 11. Daher heist der Stadt Name Babel / daß der HErr daselbst verwirret hat aller Länder Sprache. Gen. 17. Abraham soll dein Name seyn / denn ich habe dich gemacht vieler Völker Vatter. Matt. 1. Des Name soltu JEsus heissen / denn er wird sein Volk seelig machen &c. Obtendes, in lingua sancta rationes vocabulorum exstare veras, in Teutonica non item. Resp. Divina providentia contigisse, ut Lingua Germ. constet vocabulis, quorum ratio idonea reddi potest, e. g. cùm appellemus natale solum das Vaterland / cur linguam non *vernaculam*, non Vater = sed Mutter = Sprach nominamus? Resp. quia *mater* potiùs, quàm *verna* aut *pater*, utpote rarius cum illa ætate conversans, fari docet infantes. Tacitus; *sua quemque mater uberibus alit, nec ancillis aut nutricibus delegantur.* Cur eos, qui nos genuere, non, ut Latini, *parentes*, q. d. die Gebährende / verum die Aelteren q. d. *seniores* nuncupamus? Resp. quia sera fuit apud majores nostros Venus, quam proceritatis eorum causam Tacitus asserit, & Cæsar in turpissimis habitum apud Germanos memorat, ante 20. annum uxorem noviss e. Qui Hebr. *Rabbi* à verbo multitudinem significante nominatur, is pariter nobis meister à mehr. Nam ut à min / minder / minster: ita à viel / mehr / meiste / meister. Eodemque

que modo Lat. *magiſter*, à *magis*, *miniſter* à *minus*. Similia nomina ſunt Aelteſter/ Obriſter/Vorderſter/contractè Vôrſt/nunc Fürſt. *Ben* Hebr. dicitur filius à *banah* ædificavit, qui actus propriè artificialis eſt. Nobis Sohn à ſäen ſerere, qui actus prior & magis naturalis. Sol Heb. *Schemeſch* à *Schimmeſch* miniſtravit, quod in adminiſtrando lumine totius mundi miniſter ſit. Nobis Sonne à ſehen videre, quoniam & ipſe cuncta videt & nos omnia videre facit, verè dictus *luminare magnum* Gen 1. & Orpheo *æternus mundi oculus*. Rationem hanc nominis Teutonici magis propriam & ſpecialem eſſe illa orientali, quis non videt? Pro etymo vocis Sohn hæc affert Martinius: quòd σπέρμα ſemen, ſæpe prolem ſignificet & ipſum Heb. *Ben* etiam vertatur per σπέρμα, quod Græc. σπείρειν & Lat. *ſerere* ſit pro *gignere*, quod *ſatus* pro *genitus* ſæpe dicatur &c. Quibus ego addo, antiquiſsimum Filii nomen eſſe *ſemen mulieris* Gen. 3. Et quod ab eodem ſäen etiam Saam & Saat/ ut à ſtehen/ Stamm/cui inſiſtit arbor,& ſtaat/& à blühen/Bluhm & Bluth / flos. Sonn à ſehen num quis alius derivarit, ignoro. Ego prætermiſsis hac vice aliis argumentis, analogiam oſtendo. Böhne contignatio eſt à bauen ædificare, (quia diſtincta ſtructura eſt) ut δῶμα à δέμω, ein Gemach à machen/Zimmer ꝛc.

Sohn

Lohn merces est à leihen/quo non solùm commodatum & mutuum, sed etiam generaliter significatur tributum, sicuti ex derivato leisten/ (quod à leihen/ ut zwisten à zweien / Belg. twisten/ tween / tröhsten à trauen) & composito verleihen/concedere, præstare, tribuere, intelligitur. Höhnen/Hohn probrum, vituperatio est ab heyen/ unde geheyen/ludificare. Schöhn à schauen/pulcrum enim est præcipuum & unicè gratum visus objectum, turpia *invisa* sunt. Ita *species* pro pulchritudine *â specio*, unde *speciosus*. Sic ὥρα, pulcritudo ab ὁράω, video. Groen Belg. à groeyen/ virere, nobis grühn viridis. Quod si igitur â bauen/ böhn / à schauen/schöhn / à leihen / lohn/ ab heyen/ hohn &c. quid ni similiter â säen/ sohn/ & à sehen/ sonn? Græci & Latini pariter à verbis finxere sua nomina, adjectâ literâ N. ex gr. ὤν ab ἔω, pro quo nunc εἰμὶ, φωνὴ à φάω, φθόνος à φθέω, *bonus a beo, plenus à pleo*, &c.

2. Qui versionem Bibliorum Germ. legit, aut Psalmos canit, eum verba singula intelligere par est. Atqui inveniuntur non modo in Christiano grege, verùm etiam inter pastores non pauci, qui voces quasdam Teutonicas in Bibliis aut piis cantilenis occurrentes non intelligunt, saltem vim earum non assequuntur. Ejusmodi voces præter alias sunt läkken / raunen/rügen/ünden. Esa. 35. 6. die Lahmen werden

German Bibl. vers. Lutheri habet quasdam vocabula obscura

Germanica obscura in Bibl. Luth. in cantilenis

den lâkken wie ein Hirſch/id eſt ſpringen. Legitur idem verbum Jer. 2, 24. 50, 13. Ezech. 34, 21. Lobw. Pſal. 29, 3. Per â ſcribo hoc verbum 1. ut à lekken / lingere, diſtinguatur: 2. quoniam inde derivo nomen Lakkey/Gal. *laquay*, qui eadem ratione Gr. & Lat. dicitur ἡμεροδρόμος, *pediſſequus*, *curſor*, & Germ. Läuffer. Ita Trabant duco à traben curſitare, quod verbum à ſono pedum ad terram alliſorum drab/ drab/ ortum exiſtimo. Belg. lakeyen currere Pſ. 41, 8. alle die mich haſſen/raunen mit einander wider mich/ id eſt, ſuſurrant, muſſant. In Bibliis Auguſtæ Vindel. anno 1507. editis legitur, alle meine Feind murmelten wider mich. Verbo raunen aſſonant Hebr. *ranah* ſonuit, & *ranan* cicinit, exclamavit: unde Latinum *rana* quidam deducunt. A raunen eſt Goth. alterûne/ vetula muſſitatrix, incantatrix, ſaga, quam hodie vocant alte Hexe. Cum verbo raunen præfixo ge convenit grânen/greinen/vagire, vociferari, flere, unde Galli traxere ſuum *gronder*, *un grondeur*, ein Greiner/muſſitator. A granen/granten vulgo hic uſitatum verbum. Matth. 1, 19. Joſeph wolte ſie nicht rügen/id eſt, anklagen/böſen rueff machen. Aſſonat verbum regen movere, unde anregen/ id eſt, anmelden. Porrò ut à ſchlagen Schlag / Schlacht / Geſchlächt: ita à rügen

rug/rugloß/rucht/gerücht/berüchtigen. Quare g accedente t/ in ch) transeat, repete ex Art. Etym. p. 31. sq. Ut rucht cum Cl. Junio à ξυχάχετος, vel cum aliis à ϛάθαγος detruncatum putemus, nulla ratio svadet. Cum rugen convenit & rueffen / quia g vel ch sæpe cum f permutantur, ut patet ex neef nichte/sichten siften/tauchen tauffen/ νίφω ningo, sanfft sacht; lufft/Krafft/affter/Belg. locht/ kracht / achter. Lobw. Ps. 51. und reinig mich vom unflat meiner düngen/und lösch die aus mit deiner gnaden ünden/id est Gnaden-Wasser. Ubi ü rhythmus exigit, & ea vocis pronunciatio est apud nautas nostros Rhenanos supra & infra Coloniam, quibus idem hodieque significat quod ante novem ferè secula Otfrido monacho, qui evangelia in rhythmos vertit, ubi usurpatur ünden pro Wällen/ Wasserschläge. Possis vocem derivare à Gothico unn/mare, cujus *fluctus* crebriores & magis timendi. Non tamen eo inficias, vocem *unda* in L.L. latas egisse radices. Inde namque *undulata* vestes appellatæ, nempe ab undarum imagine per eas discurrente. Inde *abundo*, *exundo*, *redundo*, uti Germ. à fliessen/Fluß/überfliessen/ überflüßig/ *superfluus*.

3. Philologia Teutonica argumenta suppeditat ab etymologia, quæ utique non sunt asper-

aſpernanda oratori Eccleſiaſtico. Ex. gr. ſi juvenes à præmaturis nuptiis dehortari velit, utatur etymo vocis ålteren ſupra explicato. Expoſiturus textum Salomonis Prov. 6, 6. Gehe hin zur Ameiſen/du Fauler ꝛc. commodè originem vocis Ameis Germanicam producet, de qua ita ſentimus. Můſſe/otium, Weile legitur 1. Cor. 7, 5, Verbum můſſen/ pro *vacare* aliaque inde deſcendentia antiquo móre exarata vide apud Jun. in Willeram. p. 147. A můſſen vel můſſe eſt můßig/ ut à Fleiß / fleißig/laß laſſus, låßig/ ew/ævum, ewig/ kůhn vel köhn audax, König rex. A můßig eſt můßiggehen/ Můßigang / quemadmodum *otium* q. *itium* ab *eo* quidam derivant. Ex můßig & *a* privativo componitur amůßig/& contracte åmſig/ pro quo vulgo ſcribitur embſig / induſtrius, unledig Berg. ulledig ex reg. T. Sic *negotium* q. nec otium, *negligo* nec lego. Contractio ſimilis eſt in Emß fluvio, qui *Emdæ* nomen dedit, ubi Lat. *amaſus* vel *amiſius*; item in gems κεμὰς. & Håmſch pro Håmmiſch/ Hammonenſis, Håmſcherkeut. Particulam *a* priv. habes in amåchtig impotens, Belg. awys amens, ἄνους: pro quibus hodie Germ. magis uſitata ſunt unmåchtig/ohnmacht/ unweiſe/ut pro amůſſig/unmůſſig. Ita Ameis formica (Aemſe pronunciant Germanorum

multi) ex illo a & müſſe/ ut pr. ſignificet animal negotioſum, cujus exemplo pigrum ad laborandum prudenter Sapiens cohortatur. E dictis intelligitur origo verborum Gall. *muſer* otiari, hærere, *amuſer* occupare, *amuſement* occupatio.

4. Dum verſamur in originibus Teut. linguæ indagandis, ſæpiſſime ad Hebræam, Græcam & Latinam deducimur, quemadmodum ſtudio Genealogico cujusque hominis parentes & majores, fratres & ſorores, filii & filiæ nobis innoteſcunt. Nemo autem negat, eſſe Theologiæ cultori linguas illas, quibus crux Chriſti inſignita fuit, cognoſcendas. Nemo etiam negat, *à* notiori lingua, cujusmodi nobis eſt Germanica, (certè eſſe debet) ad ignotas diſcendas & memoria retinendas optimè viam ſterni. Velis inveſtigare originem verbi gnügen/genügen/pro quo & legitur benügen / invenies ſimplex eſſe nügen/unde & Kilianus in ſuo (nondum ab aliis vitiato) Etymologico ponit noeg & noegen ceu vetera vocabula. Otfridus ſcribit ginuag. Quæ facile te ducent ad Hebr. *nuach*, requieſcere, unde nomen adeptus eſt *Noach* Gen. 5, 29. quod ab eo requiem & ſolatium pater Lamechus exſpectaret. Sic & *à* Ruhe dicitur geruhen pro Genügen haben/

ben/Lat. *acquiescere.* Et à *quietare* Linguam Germ. dediscentes fecere qvitt/qvittiren/Qvittung/qua creditor testatur, sibi à debitore *satisfactum.* Gnug autem *satis* est. Sunt qui ab Hebr. *nachath*, quies, Germ. Nacht contractum putent, quod nox divinitus quieti sit destinata. Ego ut Macht vis, à mögen valere, ita Nacht à neigen derivare malo. Luc. ult. es will Abend werden und der Tag hat sich geneiget. Martinius Gr. νὺξ à νεύειν ejusdem significationis verbo deducit. Diem nocti opponentes ajunt, die Sonne ist noch hoch/ es ist hoch Tag. Nec abludit etymon vocis Abend/ quæ est ab aben/ deficere, vesperascere, ut tuhgend virtus à tühgen valere. Aben est ex ab/ Lat. *ab*, Gr. ἀπὸ, ut nahen à nah/missen à miß / fernen à fern. Henisch. ich abe fast deficit me ætas, es abet vesperascit. Nollem igitur Martinius Abend à sole duxisset *abeunte.* Boxhorn, de Dea Nehalen. voce *Ab* intelligens solem, Apollinem, atque inde Abend quasi *solis finem* deducens, abstrusa præpostere sectando, obviam analogiam pariter negligit. Originem vocis stumm/ mutus, indagans, dum intra limites Germaniæ se continet, perveniet ad vocem dumm/ obtusus, stupidus, *surdus.* Das dumme Vieh / *mutum* animans. Ita κωφὸς Gr. & mutum & surdum notat: unde

κωφὸν πρόσωπον in Comœdiis *muta* persona. Nec mirum, eum & mutum esse & insipientem, qui disciplinæ sensu, auditu, caret. A dumm igitur, præfixo sibilo, factum stumm/ut sprechen à brechen/sterben à derben/ steuten garrire, loqui (familiare popularibus meis verbum) à deuten/ significare, strengen stringere, arctare à drengen. Dumm verò ipsum ducit nos ad Heb. *Dum* siluit, obmutuit. At Stimme/ vox, convenit cum Gr. στόμα os. A nostro Mund possint esse Latin. & *mandere* & *mandare*. Nam *a* & *u* permutantur facile, ut *mater* Mutter/ *frater* Bruder/ *rapa* Rübe/ οὖρον *urina* Harn/ *saccarum* Zukker/ kuhl kalt/ Sültze Saltz/ Rast & Rust à ruhen/ Mühle à mahlen/ Baar à bühren/ stammelen à stumm/ *inculco à calco*. Nisi *mandare* derivare velis à mahnen/ *monere*, deposcere, accedente d ad n, ut in jemand/ niemand à man/ minder à min/ tand Belg. pro Zahn. Mahnen porrò duco à meinen opinari, sentire. Qui *opinatur* & sentit, ejus mens certam in se cogitationem habet: at qui *monet*, hoc ipso *ponit* cogitationem in mente alterius, quod propriè est νοθεσίαν. Nempe ut immanens actio prior est transeunte, ita verba absoluta priora transitivis. Ita Hebr. conjugationes q. imitantes dicimus ab hangen hängen/ à ligen legen/ à lähnen

nen lãncken/ à ſitzen ſetzen/ à ſtehen ſtützen/ à fallen fällen/ à lauten läuten/ (das Lauten thut die Klokke/ das Läuten thun die Leute welche ſie ziehen/) ab hafften häfften/ à fahren führen/ à ſpringen ſprengen/ à ſinken ſenken/ à verſchwinden verſchwenden/ à trinken/ tränken/ à leben laben/ ab eſſen etzen/ à ſaugen ſäugen/ à wachen wäkken/ à wiſſen weiſen/ à ſcheuen ſcheuchen/ à trauen tröeſten ꝛc. A meinen poſſit eſſe Gr. μένος, unde Lat. *mens* (ut à γένος *gens*) Mentis enim actus ſunt *opinari*, *exiſtimare*, *ſentire*, qui verbo meinen denotantur. Et ſimilis eſt nominis Vernunfft à verbo vernehmen derivatio. A mahnen monere, Kil. arceſſit Belg. maene, μήνη, Dor. μάνα luna, nobis Mohnd/ citatque illud Virg.

Ipſi pater ſtatuit, quid menſtrua luna moneret.

A maen Belg. maend menſis, nobis Monat/ quia luna menſem curſu ſuo deſcribit. Cunctis iſtis mente perpenſis provehimur ad Hebr. *Manah* numeravit: unde præfixo articulo Arab. *al* (qui etiam in Alchimey & Alcoran) habemus Almanach/ *h* in *ch* abeunte, quemadmodum ex *Bacchi ara* finximus Bacharach. Sic à Bley Blech plumbi lamina, bractea tenuis; à frey frech/ allzufrey.

5. Consideratu dignum est, quam sint emphatica vocabula Teutonica ad res, de quibus in Theologia agitur, exprimendas: e. g. unica voce Ebenbild efferimus illa duo, *imaginem & similitudinem*, quæ memorantur Gen. 1. in historia creationis hominis. Bild enim imaginem seu expressionem exemplaris, eben singularem illius expressionis conformitatem notat. Sic dicimus eben der/eben so groß/eben eins, prorsus idem. Qui peccatum originis sola imitatione aut solius Dei imputatione ad nos derivari putant, ipso nomine Erb-Sünde refelluntur, quod una voce Latini reddere nequeunt, uti nec illa, Erb-Feind/ Erb-Grab/ Erb-Königreich/ quorum tam facilis apud nos est compositio, ut significationis variandæ causâ etiam inversis utamur, dicentes Erb-Guht/ ein guht Erb / Erb-Recht / der rechte Erb. Zelus Dei nobis describitur velut *ignis accensus in naribus ejus* Deut. 32, 22. Cujusmodi metaphora eleganter exprimitur voce Eifer. Dicitur enim quasi ein Feur vel a Feur/ (quandoquidem a pro ein pronunciando Germani usurpant) sic meram flammam designaturi ajunt, alles stehet in einer Flamme/ in einer Gluht. *Misericordiam & commiserationem* passim nobis commendat Scriptura. Latini altero illorum vocabulorum affectus hu-

hujus ſinceritatem & fontem, *cor*, altero συμπάθειαν vi Præpoſitionis *cum* deſignant. Germani unica voce Barmhertzigkeit utrumque enunciant. Barmen enim, propriè commiſereri, contractum eſt ex bearmen / ex arm *miſer* & be *cum*. Similis contractio eſt in beichten/ diſyllabo pro beïchten triſyllabo, ab ichten fateri, *aliquid eſſe* dicere (nam icht aliquid) in bleiben pro beleiben q. d. concorporari, corpore ſuo alii corpori adhærere. Miſecordia Dei conjunctam habet *gratiam*, quam eleganti nomine appellamus Gnade à genahen appropinquare (verbum hoc legitur in Heniſchio, Kilianus habet genaecken) Per gratiam nobis propinquus & *propitius* (quod ſimiliter à *prope*) fit Deus. Similia ſunt beiſtehen/ Beiſtand/ *aſſiſtere*, Aſſiſtentz. Virg. Eclog. 1. *nec tam præſentes alibi cognoſcere divos*, id eſt, propitios, faventes. Et Georg. 1. *præſentia Numina*, id eſt, propitia. Analogia derivationis hæc eſt. A geſtehen geſtade litus q. d. conſiſtentiam, nam litora conſiſtunt, aqua intra ea concepta movetur. A mähen Mäder fœniſector, à wähen flare Wädel / flabellum; à nähen Naat & Nadel / Belg. naeden ſuere, Naed ſutura, Naeder propior pro näher / ſmaden pro ſchmähen. Sic igitur etiam Genade à genahen. De adulterio &

propriè & metaphoricè dicto sæpius agit S. pagina. At minus congruè Lat. dicitur *adulter*, quod eat *ad alteram*. Nam qui patriam, Academiam, dominum vel præceptorem mutat, se confert ad alterum, nec tamen adulterium committit, Optimè autem habet vocabulum Ehebruch q. d. *matrimonii rupturam*. Est enim ipsissima peccati illius definitio, ubi Bruch generis, ut in Fried-Bruch / Bund-Bruch/Eid-Bruch/Ehe differentiæ locum tenet. Privatio utique per negationem oppositi habitus rectissimè explicatur. Præterea vox Ehe/ut alii annotarunt, non modo significat matrimonium, verùm etiam legem, item fœdus, item juramentum, quæ omnia rumpuntur per adulterium. Similes fere habet Hebræum *berith* significationes, quas vide apud Cl. Coccejum initio *de fœdere* &c. Quum igitur Ehe inter alia juramentum notet, Eyd Belg. Eed inde derivare liceat, (quod alii ducunt ab Hebr. *eed* testimonium) sicuti à mühe mühde/à freue Freud/ à trau traud Gertraud/ à rau asper, Raude scabies, quia cutem facit asperam. Adhæc ab Ehe matrimonium, Eidam vel Eidem gener, ut à fahen capere, Fadem filum. (Sic Gr. ἀρπεδὼν filum, funiculus, ab ἁρπῶ rapio) nam fila ad aliud quid capiendum comparata sunt, & capiuntur, trahuntur

tur

tur, finguntur à digitis, qui & Fingere à fangen/ ut Fauſt pugnus à faſſen/ & *digitus* fortaſſis à δέχομαι. Inſuper ut à Schnee ſchneyicht/ Stein ſteinicht/ ſic ab Ehe ehicht / & contr. echt legitimus &c. Similiter à Lohe flamma, puto eſſe lohicht & contractè Liecht lux, lucidus, à deyen coaleſcere, deyicht/dicht ſpiſſus, compreſſus. Eh quoque notat, priùs, citiùs: unde poſſit eſſe edel/quatenus notat priorem dignitate, e. g. Edelmann/Edelgeſtein/ut Nadel à nähen &c. quæ modo poſita ſunt. Ab edel porrò Adel / abſtractum à concreto, ut in aliis. Ab ehe antequam, etiam ein (unitas enim eſt ante omnia) ſicut à ſtehen Stein / Gr. στον à ἵστημι, quia ſtat in terra; à wehe wein lacrymare, à ſchau Schein/ſchöhn &c. quæ antea vidimus; à zwey zween; à thu/ fac, dien miniſtra, à du dein/ à zu Zaun/ weil man den Garten &c. damit zumacht. Ab ehe citiùs, quoque eſt ehelen & contractè eilen (unde fortaſſis Lat. *ala*) ut ſtellen q. ſtehelen collocare, facere ut ſtet, à ſtehen; & drillen q. drähelen tornare, à drähen/ item heulen ab heu / hei Interjectione & Belgis à Knie knielen genua flectere, à nie vernielen in nihilum redigere; denique Lat. à *vi violo*. Quæ omnia fuſius explanare temporis & paginarum anguſtia vetat. Hoc ſolùm teneatur, nos diligentiore ling. Teut. conſideratione multum elevari ad mirabilem Dei pro-

vi-

videntiam & bonitatem prædicandam, qui in tanta multitudine & confusione linguarum talem nobis dedit, quæ certum in formandis, derivandis & componendis vocibus ordinem & analogiam habet pulcram, quæ magis est sui juris, pluribus vocabulis & quidem significantioribus dives, quam nationum idiomata alia pleraque. Quamobrem & ad eloquia Dei explicanda præ aliis est idonea.



ARCHAEOLOGUS TEUTO

Sive

Gloſſarium multorum Vocabulorum Veterum Teutonicorum Celticorumque, collectorum ex variis Vocabulariis & antiquiſſimis Teutonicis Scriptoribus.

Ex Otfrido & Willeramo; & Gloſſariis Rabani, Keronis, Gaſſari, Lipſii, Lazii, &c.

ABAH, ABUH, Vet. Teut. apud Otfridum videtur fuiſſe recurvatus, curvus, abhorrens à recto, haud dubie à præpoſitione ab & a *bugho* verbo, id eſt inflecto, incurvo, quaſi hodie Alemannus diceret *abbaugich*, Belga *afbugich*. Unde etiam pro vitio & abuſu, quia illa ſunt quaſi à bono & recto incurvata. Vel forte eſt *abuch* a mera præpoſitione, ab, quæ idem veter. Teut. & hodiernis Alemannis ſignificat, quod Latinis; quaſi Belgice dicas *affich*, averſus. *Abachin* Keroni

roni est perversus, *abacheru* perverso, pravo, *æbachere* pravorum, ejusdem haud dubie prosapiæ.

ABAHO, Otfrido est abominor & abominandus, vel simile quippiam. Inde forte paulo alio significatu remanet hodie Gallicum *esbahy*, quod est mirari cum animi quadam commotione, quæ etiam in abominando contingit.

ABAMSPRECHAN, colloqui Keroni.

ABAND, vespera Keroni: *abent* Alemannis; *avent*, *avont*, Belgis, *eevend*, *eevening*, Britann.

ABANDCAUMA, cœna Keroni: ab *aband* vespera & *cauma* (*gouma* Otfrido & Willeramo) refectio, pastus.

ABANDMUASA, cœna; Keroni: ab *aband* & *muas*, esca, cibus.

ABANSTI, invidia Keroni: putem ab *ab* privativa, & *anst* gratia, quia invidia minime est gratia. [abgunst]

ABANTLOB, laus, hymnus vespertinus Keroni.

ABASNIDAN, amputare Keroni.

ABASNIDANI, abscissio Keroni.

ABIRTHON, veter. Teuton. juxta Glossarium, Lipsii, postea. Forte ab *aber* supra, & *thon* tunc: ac si jam Belgicè dicas, *over thoen*, quod idem est, quod postea.

ABUL-

ABULKI, iracundia Keroni, quasi *abolging* hodie dicas, a *belgen* irasci. vid. *Belgo*.

ABWARTER, absens Keroni; forte ab *ab* removendi, & *Wart*, quod loci est; quasi hodie Belga dicat *afwaert*, ut *herwaert* huc, *derwaert*, illuc. (*abwarts*, Germanis superioribus extra locum vel viam.)

ACHER, ager, *achro* agrorum, Ker. *Achrum* agris: *acker* Belg. omnia affinia.

ACHTO vel *Ahto*, persequor, Gloss. Lips. *echto* scribit Keron. Inde puto, hodiernum Gallicum, *aguetter*, remansisse, quod est persequor, insequor, (dubito) Inde etiam forte est Saxonicum Belgicumque *echten*, (dubito) id est in matrimonium adsciscere; *echtenstaet* conjugium. Certe Belgæ, Galli, Britanni in conjugium petere vocant adhuc iis verbis, quæ ipsis insequi & persequi significant. (Huc *achter* post)

ACHTODO, octavus Ker. *acht*.

ACHUST, vitium, *achusti* vitia Ker.

ADALERBON, Otfr. heres. *Erben* Alemannis, *erven* Belgis, hereditatem accipere.

ADÉLIH, Vet. Teut. apud Willer. expers, exsors, proba admodum vox: etsi nullo jam in Teutonismo (quantum mihi quidem constat) in usu: ab *a* particula privativa, & *deel* pars.

ADJECTIRE, veter. Francis aut Teuton. (teste Melch. Haiminsfeldio in Constitutionibus Imperialib.) in judicium citare. Forte *adrectire*, quasi adrechtéren: à præpositione ad & recht, id est jus.

ADRO diluculo. Gloss Lipsii.

AE, veter. Britanno-Saxon. ævum, (quod affine) seculum, hodie *eewe*.

AFGETÁLI, oblivio, Gloss. Lipsii. Forte quasi descensio, quia oblivio est quasi descensus & exitus rerum ex animo: *aftale*, *efdale*, est Teutonibus descendo.

AFODE, veter. Britanno-Saxon. alo, cibo. *voede* Belgis; *feede* Britannis hodiernis: *fode* iisdem pabulum, esca. (fodrum, Teuton.)

AFTER, juxta, secundum. Gloss. Lipsi. Idem adhuc hodie Britannis.

AFTER-ALLO, usquequaque: Gloss. Lipsi. quasi secundum cuncta.

AFTERTHUNSUN, detrahere, Gloss. Lipsi. id est, ni fallor, obtrectare, ab *after* id est à tergo, & a *thunsun*, quod, ut opinor, est icere, hodie *donsen* Belgis. Est autem obtrectatio quidam a tergo inflictus ictus.

AFTOMÉ, veter. Celtis Francisque dicebatur, quum quis alterum in possessionem bonorum suorum mittit per festucam, inquit Melch. Haiminsfeldius; & dici putat, quasi *afterthum*. Putem ego dici quasi *afdom*, ab *af* addita

dita particula *dom*, quæ est particula formans pleraque nomina substantiva derivativa, quod qui alterum mittit in bonorum suorum possessionem, ipse ab iis abscedat.

AGALEIZE, *unableſſig* ; Achilles Gassarus. Addit editio Merulana : putem legend. Franc. analeize, quasi *ane*, id est sine, & *leize*, id est sinere, omittere : nobis *ſonder aflaten*, id est assidue, continenter. Magis proprie, indesinenter. Videtur tamen *agaleize* Otfrido alibi significare relinquebat, omittebat.

AGAN, dolere Otfrido : *aga* dolor, *aigue* Britan. idem. *My head aigueth mee*, caput meum mihi dolet.

AGAN, veter. Britanno-Saxon. proprius, *eigen*, hodie Alem. & Belgis : *owne* Britannis.

AGGAGULA, vet. Gothis, ut est apud Melch. Haimins feldium, lena. Idem adhuc est hodiernis Lombardis. Puto veram etymologiam esse a *gagel*, vel olim forte a *Kaghela*, & a esse articulum. *Kachgel*, vel *gachel* adhuc certe hodie Sicambris est mulier probrosa, inhonesta.

AGTHER, veter. Britanno-Saxon. rursus, *echter* Hollandis & Sicambris, etiam *efter*.

AHSALA, achsala, scapula Rabano Mauro.

AHTO, vide *Achto*.

AHTODO, octavus, Ker. *acht* hodie.

AHTON, Otfr. non modo est existimare,

ſed & cogitare. Hodie cogito proprie eſt *dencke*, exiſtimo *achte*.

AIKANIU, (ἰκανὸς) proprius, Keroni: *aigen*, *eigen* hodie.

AKUST, manifeſto eſt apud Otfridum inſcitia; ab a privativa & *Kuſt*, ars, ſcientia; quaſi *akunſt* Belgicè.

ALASTERIST, vet. Celtis apud Lazium probroſum; *laſterlik*. Belg. *leſterlich* Alemannis hodie.

ALEIVON, ſic ſcribendum puto per v conſonam, ubi Lipſius ſcribit per u vocalem, reliquiæ; forte a *leivo* (λείπω) quod antiquis fuiſſe puto linquo, relinquo. Certe Britannis adhuc hodie *leave* eſt relinquo.

ALENDI, inſulæ Gloſſ. Lipſ. *eilanden* hodie.

ALHUTO, illumino; Gloſſ. Lipſ. forte aluhto; *liuht* veter. Teuton. Lux.

ALLEROMEIST, magnopere, maxime, præcipue, Ker.

ALLES, *allero* omnino, Ker.

ALLIU, ſanus & ſani, Ker. Forte inde Belgicum *heel*, eodem ſignificatu. [Germani ſuperior. Heil]

ALLI´Z, apud Willeramum ſemper.

ALLIZA´NA, veter. Teut. al te ſamen, altſamen, alzamen, allezamen Belg. ſimul omnes, n cum m mutato, quod frequens eſt in linguarum communione.

AL-

ALLODEN, vet. Celtis apud Lazium bona feudo accepta. Inde hodie bona allodialia Jureconsultis, sed contraria significatione, bona feudo non accepta, uti & veter. Francis vocem eam usurpatam vult Pithæus. Juxta veterem significationem, etymologia erit ab aloden, quod est concedere, permittere: cujus adhuc vestigium in lingua hodierna Gallica in voce Aloy, pro permissione pretii monetæ vel nummi a Principe concessa: & in hodierna Britannica in voce Alowe, id est permitto, concedo, mutata D in aloy in y, & in Alowe in w, uti sæpe Teutones d abjiciunt, & cum vocali commutant. Sic a breiden breien, a beide, beien, ab houde houwe, boudelick bouwelick, voude vouwe. Sunt autem feuda bona usui concessa. (Hæc non rectè. Allodium ab antiquo fuit prædium patrimoniale, hæreditarium, cujus est proprietas, oppositum beneficio seu feudo, Etymon adhuc incertum)

Allodium

ALLU, omnia Keroni, *al*, *alle* hodie.

ALTAR, ætas Keroni: *ouderdom* hodie Belgis, quibusdam *ouder* & *ouwer*, *alterdom* Alemannis.

ALTARRI, altare Ker. Belgis hodie *autaer*, outaer, *altar* Allem. Britannis, Italis.

ALTÍNON, dissimulare Keroni.

ALTÍNONTI, dissimulans Keroni.

AMBACHTE, veter. Teuton. & Belgis hodier-

diernis opificium,& classis seu collegium opificum, vel tribus. Quo significatu videtur vox *ambacti* sumi apud Cæsarem,ubi de tribubus classibusque Gallicis loquitur. A veteri verbo *ambechtan*, quo Willeramus utitur in Can'ico Canticorum,pro bewercken, beärbeiden,bedienen. Probum verbum, sed verbali significatione in universo jam (quantum quidem mihi notum) Teutonismo obsoletum. *Embte* Suedis pro quovis ministerio & opera, etiam quæ non fiunt manu. Uti & *Ampt* Belgice & Germanice pro officio. *Ambachtsheer*, qui quasi dominus est & præfectus tribus vel digestæ alicujus classis; qui & præest officio dominii. *Am-man*, *Ampt-man* vir officii, id est, ut vulgo vocant, officiarius.

AMUNENDELIKE, intolerabilis; Gloss. Lipsii.

ANAGA´N, succedere Keroni. (hodie Germanis *angehen* eodem sensu)

ANAKA´N, incedere Keroni, K pro g.

ANAKIN, initium Keroni, K pro g.

ANALAUFFAN, incurrere Keroni.

ANALEITTAN, inducere Ker.

ANALHINE´EN, incumbere Ker. quasi *anleenen*.

ANALHINEET, incumbit Ker. hodie *anleenet*.

ANAMACHAN, injungere Keroni.

ANA-

ANAPLASAN, inſpirare Keroni.

ANAPRANGAN irrogare Keroni.

ANARATI, proditio, Achil. Gaſſarus: nobis *onraedt*.

ANASEZZAN, inſervire, Keroni, ſi non debeat eſſe inſerere.

ANASTANDO, inſurgo Gloſſario Lipſii.

ANASTANTLIHHOSTIU, inſtantiſſime Ker.

ANCHON, vet. Teut. *ankel*, *enkel*, *enklau*, hodie Belgis; ἀγκὼν, *angkôn* Græc. cubitus, quicunque membrorum flexus.

ANCINGAS, veter Teut. teſte Lazio pertica.

ANCLI tali Rab. Mauro, *enkelen*, *enklauen*, hodie.

ANDARUUIS, aliter Ker. quaſi *anderwys*.

ANDGYTE, veter. Britanno-Sax. videtur fuiſſe ſenſus, intellectus.

ANDO, Zelus Gloſſar. Lipſii. Forte inde Danis Suedisque remanſit *anda* pro ſpiritu, quia zelus eſt proprie ſpiritus quidam præcipuus motus actusque.

ANDRADONDI, timentibus Gloſſ. Lipſ.

ANDRAN,, *andarn*, in vanum Gloſſ. Lipſ. Unde non male putat Lipſius remanſiſſe Italicum *indarno* fruſtra, incaſſum.

ANDREDIT, timet, gl. Lipſ.

ANDREROSTETI, alibi Keroni, quasi dicas Belgice *in een andre Stede.*

ANDRES, ulterius Keroni.

ANDRO, secundus Keroni.

ANDWARDE, facies, non verbum aut responsum, ut male transfert apud Willeramum editio ejus Merulana. Namque fit ab *an*, *ad*, & *Ware* vel *Warde*, id est video, cerno, quasi aspectus, quod ei respondet.

ANE, vet. Teut. sine. In usu ea vox hodie adhuc Saxonibus est, & *one* Alemannis eodem significatu: ἄνευ aneu Græce.

ANEGÉNDE, vet. Teut. initium, (Germ. *angehen* incipere) *anbegin* hodie Belgis. *Angennen* videtur olim fuisse idem, quod hodie beginnen. *Anagen* ponit Lipsius in suo Glossario pro eodem, ubi divinavi, an forte non sit ab *ana* id est ad, & gén id est ire, quasi Belgice diceretur, *het toegaen* aditus.

ANELIH, vet. Teut. vacuum, ab *ane* sine adjectivum, quasi dicas sineum, plane absque.

ANETA, veter. Teut. apud Haiminsfeldium anas; *einde*, *ende*, *ande* hodie Belgis, *anette* Gallis, *netta* Græcis.

ANFRESON, interitus Gloss. Lipsii.

ANGANA, *ankana*, veter. Francis multralia, Haiminsfeld. Forte quoque vasa butyrum continentia: *anken* sane hodie Alemann. est butyrum.

AN-

ANGUST, anguſtia Gloſſ. Lipſi, *angſt* hodie Belgis; affinia omnia.

ANLITON, pro vultu in Gloſſario Lipſ.

ANLUCCE, facies in Gloſſario Lipſii, ab *an* & *lucke*.

ANLU'CON, aperire Gloſſ. Lipſ. ab *an*, aliquando *ant*, id eſt re, & *luco*, id eſt claudo, quaſi recludo. Keron. pro *an* aut *ant* utitur ſæpe *in*, Otfridus *int*. Reſpondent autem illæ particulæ Latino *re*, & Belgico *ont on*: *louck* Saxonibus, *locke* Britannis, *luick* quibusdam Flandris eſt adhuc claudo. Hinc *luick* Belgis pro feneſtra navis tabulatique, & ſimilia quædam. Huc *antlok* revela, infra.

ANLUZA, *anluzza*, veter. Teut. facies ab *an* præpoſit. ad & *luge*, quod veteri Teutonico eſt videre, ut loke adhuc Britannis & Friſiis, reſpondetque ita Belgico noſtro *anſicht*, quod etiam ab *an* & *ſie* compoſitum. Vel eſt *anluzza* ab *an* & *luz*, id eſt *ſchyne*, uti *liws* pro ſplendore in uſu Suedis Danisque. Et ſic reſpondet & Belgico *anſchyn*, quod etiam facies eſt. Veteribus Marcmannis (ut eſt apud Wolfgangum Lazium) *anlitz* idem eſt, quaſi jam diceret Belga *anliet* a *late*, videor, appareo. Certe *angelaet*, *anlaet* quibusdam Belgis in uſu pro facie. anthz

ANOLKIu, integer Keroni. Forte ab *an* pri-

privandi aut negandi, & *olkiu*, quod forte antiquis fuit pravus, ſubdolus, uti *oolck*, *olik* eſt Belgis adhuc hodie: namque integer absque dolo eſt.

ANPINTAN, ſolvere Ker.

ANRE, veter. Britanno-Saxon. unus, *ein* (ein) Alem. *een* Belgis.

ANST, gratia Keroni. *Enſt*, Gloſſ. Lipſ. idem.

ANTFANCLICH, acceptabilis Ker.

ANTFANCKIDI, ſuſceptio Keroni. (empfangung.)

ANTFANGIDA, *antfanckidu*, acceptio Keroni.

ANTFANGIGAZ, acceptum Ker.

ANTFANGIGIU, acceptus Ker.

ANTFRISTO, vet. Teut. apud Willer. interpretor, transfero: nunc obſoletum.

ANTHATTA, prohibui, Gloſſ. Lipſ.

ANTHEBO, prohibeo, Gloſſ. Lipſ. ab *ant* negandi, & *hebo*, habeo, reſpondetque plane Latino prohibeo, quod etiam a pro negandi, & habeo componitur. (hodie entheben, eſt onere levare, quod & vis vocabuli ſonat.)

ANTIN, Zelus Keroni.

ANTLOC, revela Gloſſ. Lipſ.

ANTOMI, frænum Gloſſ. Lipſ. ab articulo *an*, & *tomi*; hodie *toom* idem eſt.

ANT-

ANTREITIDON, ordinare Ker. forte *antreihtidon*, quasi *inrichten*.

ANTREITII, ordo Ker. forte *antreihtii* quasi *intrichting*.

ANTWURTI, responsum Keroni.

ANVARNUNST, intellectus Gloss. Lips. forte *an-varnunft*, ut *an* sit articulus: (vel potius particula) *vernuft* Belgis, & *vornunft* Saxonibus adhuc hodie intellectus est. (Hanc vocem Claubergius examinavit.)

ANUR, iterum Keroni.

ARACHO, vet. Teut. apud Laz. judicium. Forte ejusdem derivationis cum hodierno Alemannico *rachen*, id est ira, severitas, (imò potius ultio) quia judicium est quasi iratum & severum in perversos injustosque. Cui & affine *wrechen* Alem. *wreken* Belg. ulcisci: judicium enim quasi mali quædam ultio est.

ARAME, pauperes Keroni, *Erm* hodie pauper, quod rectius puto scribi per e in initio, quam per a: namque haud dubie est affine Græco ἔρημος eremos, locus desertus, & carens omni bono, etsi fatear, posse in derivatione commutari vocales a & e, ac nihilominus manere eandem originem.

ARBEID, video apud Willeramum, uti hodie, sic olim quoque usurpatum tam pro molestia, quam labore.

ARGA, inutilis, iners Pau. Diacono.

ARI-

ARIMANNEN, veter. Teuton. milites, quasi *herimanen*, viri exercitus. (feudum Arimandiæ)

ARLAUBIT, licet Keroni, *georlaubt* Alemannis hodie, *georlooft* Belgis.

ARMALICHUN, *ermlichen*, Gassarus, *armelyck*, pauper. Addit edit. Merulæ: ego adverbialiter capio quasi paupere.

ARMIDA, paupertas Keroni.

ARRAME, veter. Francis fuit juro: vox jam Teutonibus obsoleta. Pithæus.

ARSLOH, anus Rab. Mauro, hodie *aersgat* Belgis, id est foramen podicis, *loch* Alemannis adhuc foramen est.

ARTZE, vet. Teut. medela. *Artz* hodiernis Saxonibus chirurgus, *artzen* mederi. (ab arte, artista) Arzt

ARUG, pravus Gloss. Lips. *argh* hodie.

ARUNT, Otfr. & *arenda* vet. Francis (teste Haiminsfeld) est negotium, curatio: *arrant* adhuc hodie Britannis idem.

ARUSIN, *rusin*, curæ Gloss. Lips. Gal. hodie *ruses*, curæ astutæ, astutiæ.

ASCA, & *asgu*, cinis Gloss. Lips. *asche* hodie, *asch* Britannis.

AT, esca Gloss. Lips. *ate* hodie Belgis quibusdam, ab *ete* edo.

ATIUGA, numerus Gloss. Lipsii.

ATO, cibo Gloss. Lips. (ätzen)

ATUM,

ATUM, ſpiritus Keroni, adem hodie Belgis eſt halitus. Idem eſt *aeſſem*, & vulgo *naeſſem*. Huic affinia ſunt anima Latine, ἄνεμος anemos Græce halitus, *naſhem*, *neshamah*, *nſchamah* נְשָׁמָה Hebraice pro halitu, *aeſſeme* Belg. halitum edo, idem ἀάζω Græcè *aazo*.

ATUMLICH u, ſpiritalis Ker.

AUCA, veter. Francis anſer Haiminsfeld. *ocha* Latinorum, & *oye* Gallorum hodiernorum iſti *auca* affinia.

AUCHON, augere Keroni. Affinia Teutonicum & Latinum. auken augere vet. Germ

AUCHOMES, augeamus Keroni.

AUCHUNGI, augmentatio Keroni.

AVER, vereribus Teutonibus ſed; *aber* Alem. aver Saxonib. hodiernis, ἄυταρ autar Græcis, avur, afur Otfrido quoque.

AUGBRAUUA, palpebræ Rab. Mauro, *ogebrauwen*, hodie Belgis.

AVO, vet. Teuton. apud Willer. aut, an, *eft* hodie. Differt autem *oft* vel *ofte* Belgis multum ab *of*: nam *oft*, *ofte* eſt proprie aut, vel, at of an, ſi interrogativa & conditionalia. Bene diſtinguunt Britanni pro *of*, *if* & pro *ofte*, *or* uſurpantes. Emendent Belgæ abuſum promiſcuum harum particularum nimis conſvetum.

AWENDO, muto, verto veterib. Britanno-Sax. Wende hodie.

AWE-

AWERAF, abjectio Kero. quasi hodie dicat Belga *afwurp*, *afwerp*.

AWIGGON, veter. Teut. apud Otfried. ambages, avia, forte quasi *awegen*.

AYRN, *ern*, vet. Teut. messis, *arne* hodie Saxonibus.

AZERIST, primum Ker. quasi jam dicas *as eerst*.

AZPIM, adsum Keroni.

AZZASA, ramenta Keroni.

B.

BACCHEN, maxillæ Rab. Mauro, *backen*, *Kinnebacken* hodie Belgis.

BADO, balnea Keroni, *bat* hodie Belgis.

BAGO, Otfrido videtur esse titubo in loquendo, vacillo, balbutio, mentior, baga titubatio, mendum sermonis, *begue* hodie Gallis balbus, *beguer* balbutire.

BALDO, cito, audax Otfrido, *baldlicho* audacter, animose. Hinc *boud* Belgis, bowld Britannis liber, libere, audax. *Baldadich* Belgis idem.

BALO, malus & diabolus Otfrido. Putat Illustrator Glossarii Gassarii in editione Willer. Merulæ potius *bado* esse legendum apud Otfridum, quia bad Anglis adhuc est malus. At venia ejus dixerim, esse significatu hoc vocis *balo* adhuc quædam in Belgico sermone vestigia, ut *baldaet*, quod non scelum audax factum

ctum, sed & maleficium significat ; & *balhoorich*, qui male audit, & metaphorice pro inobediente sumitur.

BALON, cicatrices Glossario Lipsii.

BALTHI apud Iornandem, Anglis hodie *bold*, vid. *Beldida*.

BARDO vel *Wardo*, teste Lazio, antiquissimis Teutonibus genus quoddam fuit Sacerdotum & Sapientum: puto a *bardo*, vel pro alia dialecto Teutonica, a *Wardo*, id est video vel observo, eo quod aut plus viderent, quam alii, aut melius sacra observarent. Qua fere ratione Hebræis Prophetæ, & inter eos sapientissimi videntes sua lingua nuncupati sunt. *Bardones* hi & *Wardones* sunt illi apud Latinos autores tam famigerati *Bardi*, sacerdotales apud Celtas sapientes. Hinc etiam puto nomen *bardocucullus*, quod ille esset horum Bardonum peculiaris vestis. Add. *Barthe* inf.

BARIDA, germinans (trächtig) Gloss. Lipf. a *bare* Teutonico veteri & hodierno, id est gigno, fero (add *Bere*.)

BARM, puerperium, lectus puerperii Otfrido, *craem* aut *craembed* Belgis. Barm forte a *baren* gignere. (add. *Bere*.)

BARTHE, *bart*, clamor ille & fremitus veteribus Celtis Germanisque dicebatur, quo se mutuo milites exhortabantur ad prælia. Tacitus *barritum* vocat voce corrupta & flexa ad

Latiniſmum, *Gebaer*, *gebeir* hodie Belgis, *baren*, *beiren* fremere eſt & altum clamare, forſan a *beir* urſo, cujus eſt voce fremere, *barrire* Lat. de elephantis. Adde *bardo* ſupra.

BAUGA, tympanum veteribus Teuton. teſte Haiminsfeldio, *bauck*, *heer-bauck* quibusdam Teutonibus hodie adhuc idem (à bauch ventre cavo, ſupra, *abuh* recurvatus)

BECHE, Otfrido videtur eſſe maledictio, puteus infernalis, vel ſimile quid. Beke adhuc Belgis eſt torrens, & infernus putatur torrens ignis. (dubito)

BEFILLO, proſterno Gloſſ. Lipſ. forte à *be*, intendendi, & *fallo* cado, quaſi cadere facio.

BEGEGUNSTE, cœpi Gloſſ. Lipſ. begunſte (beginnen) hodie.

BEGIAN, *bejan*, confiteri Gloſſ. Lipſii. (hodie *beichten* Germanis vid. *bigithen* infra.)

BEGUNST, vet. Teut. invidia, *abgunſt* hodie Aleman. *afgunſt* Belgis.

BEHATUO, retrorſum Gloſſ Lipſ.

BEITTUN, Otfrido videtur eſſe offerre, exhibere, *bieden* Belgicè.

BEKO, proba Gloſſ. Lipſ. niſi forte legendum ſit *bekor*. Certe *Kore* tam antiquis, quam hodiernis Teutonibus eſt probo, eligo.

BEKUNNO, probo, tento Gloſſ. Lipſ.

BELDIDA, audacia Otfrido Baldadicheit Belg. idem.

BELGOMIH, iraſcor graviter, Otfr. *abolgi*, ira, commotio animi. Belge eſt Belgis proprie indignor, *verbolgen* tamen iisdem eſt graviter iratus, *verbolgentheit* magna ira animique commotio, *belch* probrum vel quicquid indignationem movet, Otfrido.

BELUCO, concludo Gloſſ. Lipſ. a *be* particula intendendi, & *luco*, vid. *analuco*.

BERAHTO, vid. *Brecht*.

BERE, veter. Teuton. apud Willeramum eſt porto, *beure* multis Belgis, *beare* Britannis. Inde Belgis *berr*, *beury*, *bare* feretrum. Accipitur etiam ita antiquitus, flores, fructus fero, ut & *drage*, quod etiam fero eſt Belgis. Adeoque in omnibus linguis tam de fructu, quam de onere vox ferendi capitur. Affinia autem *bere* Teuton. & fero Latinum, commutata media cum aſpirata. Unde miror, cur notæ Merulæ in Willer. deducant ab Hebræo בָּרָא bara, creo. (add. Barm, Barida.)

BESCURGE, præcipito, Gloſſ. Lipſ.

BESCURGINGA, præcipitatio Gloſſ. Lipſ.

BESUEVIT, ſoporatus Gloſſ. Lipſ.

BESUIC, decipio Gloſſ. Lipſii.

BESUICHEIDE, ſcandalum Gloſſ. Lipſ. Scandalum enim facit, ut quis *beſuiche*, id eſt decidat. (dubito, add. potius *beſuicko*)

BESUICKO, ſupplanto Gloſſ. Lipſ. In de Belg.

beſwycke deficio. (cadere facio, offendiculum præbeo, adde *beſuicheide.*)

BETHADO, *behado*, abſcondo Gloſſ. Lipſ. *behoede, hoede*, huiden Sicambris, & hyde Britan. uſitata affinia ſunt.

BETHUNNENDERO, deprimentium Gloſſ. Lipſ. Haud dubie ſcribendum *bethuuuendero.* (dubito.)

BETHUWAN, vet. Teuton. cohibere, comprimere. Hodie eo ſignificatu non eſt in uſu, ſed pro eo eſt *bedwingen: duwe* tamen adhuc Belgis premo eſt.

BETTIRISON, Otfrido videtur ſignificare ægrotos, decubuos, lecto affixos, quaſi hodie dicas *beddelingen.* (bettrieſen)

BEWILDO, poſſideo Gloſſ. Lipſ. quaſi *bewelde*, ut opinor.

BEWOLLE, vet. Teuton. apud Willer. conſpurco (foul ſpurcum.) Memini me in Teutoniſmi aliqua dialecto audiviſſe uſurpari *bewalle* eodem ſignificatu, ſed non ſuccurrit, in quanam. Biwelle Gloſſ. Lipſ. (foul Anglis Spurcum, noſtris putridum)

BI, veter. Teut. ad, propter, ob: *By* Britannis utroque ſignificatu in uſu eſt. Nobis item in hoc modo loquendi, *Waerby comt dat?* ob quid hoc accidit? (bei Germanis. vid. *Bithiu.*)

BIBI, tremor Keron. a *bibon* tremere, *bibung*

bung Alem. hodie, & *beving* Belgis. (bibbe nom piſcis.)

BIGIHTEN, Otfrido eſt confiteri, bichten hodie contracte. (bigicht, urgicht, vid. *begian* ſupra.)

BIKLAN, *giklan*, inungere Otf. Belgicè hodie *beſmeren*, *beſtryken* idem vocamus. *Kleven* pro eodem, fere aliquid affinitatis habet cum veteri.

BIKNAT, cognitus Otfrido, a *bi* & *Knao* noſco, cognoſco, *bekant* Alem. *bekent* Belgice.

BILETHE, veter. Teuton. ſpecies, forma, cui reſpondet hodiernum Belgic. *gelat*. (imò vid. *Bilidi*, *bilithere*.)

BILIBANAR, mortuus Otfrido, veter. Teutonib.

BILIBO, maneo Otfrido, *bleibe* Alemannis, *blive* Belgis contracte. Aliquando Otfrido *biliben* etiam eſt mori, ut & Germanis ac Belgis *bleiben*, *blyven*, & Gallis demeurer.

BILIDI, ſimilitudo, imago, parabola Otfrido, *bildt*. Aleman. *beelt*. Belgis à *bilidon*, Otfr. quoque videtur eſſe imitari, ſequi (juxta ducere, *bei-leiten*.)

BILITHERE, figulus Gloſſ. Lipſ. a *bilitho*, vel *bilido*, fingo, effingo, formo. (vid. *Bilethe* ſupra.)

BILORNA, gingiva Rab. Mauro, an quaſi vilvil-horna, à multis dentibus? (dubito)

BIM, vet. Teut. ſum: *bin, ben* hodie Belgis, *am, em* Britannis εἰμὶ eimi Græcis.

BIMIDE, evito Otfrido: *mide* & *vermide* hodie.

BIMUNIGO, adjuro Otfrido.

BINAGILIT FASTO, Otfrido videtur eſſe firmiter figit, metaphorice confirmat, firmum reddit, a *nagil* clavus, & *bi* particula formante a nomine verbum, ac ſi nos diceremus *benagele*.

BINOTI, Otfrido videtur ſignificare etiamnum, plerumque, vel ſimile quid.

BIRU, ſum Otfrido.

BISCEDIWE, obſcuro Gloſſ. Lipſ. proprie obumbro, *beſchaduwe* Belg.

BISLIPFUN, Otfrido videtur eſſe dolere, luere, pœnas dare, vel ſimile quid.

BISMER, opprobrium Gloſſario Lipſii.

BISMERON, contemtu & contumelia afficere Otfrido, *beſmaden* hodie Belgis. (beſmähen Germ.)

BISPILLA, parabola Gloſſ. Lipſ. (beiſpiel Germanis exemplum, narratio congrua) idem *ſpella*. *Spello* puto uſurpatum pro colligo, adapto. Unde Belgis adhuc *ſpellen* eſt literas colligere in ſyllabas, & aptare ad legendum. Unde forte & aciculæ vocantur Belgis *ſpellen*, quod veſtes & ſimilia colligant & coaptent. (imo vocantur contracte ex *ſpindel*) Quia vero

vero parabola est res in similitudine adlecta, hinc Teutonibus dicta fuit *bispilla*, *bispella*. Est & hodie *byspel* Belgis quibusdam exemplum, similitudo. Hinc, ni fallor, Britannis adhuc *Gospel* (Gods-Spell, Dei verbum) pro evangelio in usu est synecdochice, quia nimirum historia Evangelica historiis multis constat.

BITH, veter. Teutonibus & Celtis pro est, sit.

BITHERVE, *biderbe*, veter. Teuton. apud Willer. videtur pro probo sumi: *berf* per metathesin Clivensibus adhuc in usu pro modesto, probo, bonis moribus prædito. (a *biderve man* factum *biderman*)

BITHERVICHEID, probitas, Willer. *bervicheid*, berfheit Sicambris.

BITHIU, propterea, Otfrido. (malim *Bithin*) quasi *by dien*. Certe *by* Britanni adhuc utuntur causaliter pro propter. (vid. bi.)

BITO, tardo, maneo Otfrido, *beide* Alemannis, *beide* Belgis.

BIWARBO, vox frequens Otfrido. Videtur autem id ei significasse, quod Belgis Alemannisque hodie *verrichten*, efficere, conficere, perficere: aliquando id, quod Alem. *erwarbe*, Belgis *verwerve*, id est consequor, adipiscor. (*gewerbe*, negotium res agenda Germ.)

BIWIE, quare Gloss. Lips. a *bi* propter, & *wie* quid.

BIZA, *biſa*, turbo venti, Gallis adhuc *vent*.

BIZÁMON, Otfrido videtur eſſe ordiri, incipere, ut: *redinon bizamon*, ſermonem ordiri. Haud dubie hinc Gallis hodie *entamer* ordiri mutato z in t, id quod Teutoniſmi Celtismique dialectis non infrequens. (imò *entamer* anſchneiden τέμνω ſcindo.)

DE BIZE, aquilo ventorum turbidiſſimus.

BIZEINUN, Otfrido videtur eſſe ſignificare, hod. bezeichnen.

BIZZO, fremo Gloſſ. Lipſ. Forte uſurparunt etiam hoc verbum veteres pro incondite ſe cum fremitu motitare. Certe *bizen* hodie ita capitur de bubus vaccisque, quando incondite per prata frementesque discurrunt. (An conſentit *biſe*, ventus vehemens? An hinc *baizen* pro venari, *Reiger-beize*.)

BLASMA, flamma Gloſſ. Lipſ. niſi forte legendum fuit *flaſma* aut flama, quamquam ſolent ſæpe veteres Teutones uti b pro f vel v, *vlam* hodie adhuc Belgis, *flame* Gallis & Britannis in uſu, quæ omnia Latino affinia.

BLATRA, veſica Rab. Mauro, *bladder* adhuc Saxonibus, blaſe Belgis t in s mutato.

BLETSO, vet. Teuton. benedico, *bleſſe* idem adhuc Britannis. (benedicere, ſignare, ſegnen, à *bleſſe*, *blaſon* ſignum.

BLODE, antiquis Celtis & Britanno-Saxonibus ſanguis, *blut* Alemannis, *bloet* Belgis, blood

blood Britannis (Septentrionalibus est sacrificium.)

BLUO, Otfrido est lædo, verbero, percutio, *blow* percussio, Britannis adhuc usitata vox.

BORGO, Otfrido est caveo, vito, vel simile quid. *Sich bergen, syn lyf bergen* etiam Belgis cavere sibi; alias *Wachten.* (est proprie se tegere, Etiam *berg* mons, quia tegit, *burg* castellum, infra.)

BRECHT, vet. Teuton. famosus, celebris. *breight* Britannicum, quod illustre, splendens ac clarum significat. Certe famosi sunt illustres. *Berahto*, *beracht* est apud Otfridum eodem significatu.

BRESTE, dirumpor Otfr. *berste* adhuc in usu Germanis & Belgis. Add. infra *Brusti.* (consentit brechen Germ. frangere.)

BRILLE. Ausim hanc vocem asserere, veteribus Teutonibus usurpatam pro splendere, collucere, idque duplici ratione: primo, quia vox *bril* hodiernis Belgis, & Alemannis Saxonibusque adhuc est perspicillum oculorum, quod sane facit splendere, & collucere clarius res per id conspectas & visas. Secundo, quia hodiernis Gallis adhuc hodie *briller* est splendere, collucere, adeo ut ipsis de veteri lingua Celtica vox hæc adhuc superstit. (Berillus pro vitro olim, hinc *brille*, conspicilium quibusdam dicebatur *berillus.*) Chronicon Winde-

Brille: Gall brill. Germ. Beryll.

ſemens. lib. 2. cap. 42. per *berillum duplicem* in communi legere & ſcribere conſvevit. (Sed crediderim brille pro ſplendente eſſe antiquius, & poſteriores huc berillum ex latino accommodaſſe, etſi conſpicilia ex berillo non fierent.)

BROTHE, *brodie*, ex ſenſu videntur apud Willeramum ſignificare fragilitatem. Hodie Belgis *broos* eſt fragilis, *broosheit* fragilitas. Forte nobis lapſu temporis t eſt mutatum in s. (broſen, broſamen Germanis fragmina vel micæ panis.)

BRUNIE aut *brynne* veter. Teuto. lorica aut galea, aut ſimile aliquod armorum tegentium genus: Pithæus. (Brunia in capitularibus, eſt tegmen pectoris, thorax, *bron* hodieque pectus Cambro-Britannis.)

BRUSTEN, vet. Teuton. ubera, Alemannis eadem vox hodie, *breaſts* Britannis, *borſten* Belgis per metatheſin r, ut ſæpe fit in communione linguarum, ut *brun* Alem. *born* Belgis.

BRUSTI, putat Ach. Gaſſarus Otfrido ſignificare defectum, inopiam. (*Breſt* eſt vitium, morbus. Hinc Germ. hodie *breſthaft*. Adde *breſte* ſupra.)

BRUTILEW, Otfrido eſt epitheton venti. Puto dici compoſite, quaſi bruti-lew, id eſt ſtrepiti ſonus, Belgice rucht-luid, cujus inverſum luyd-ruchtich Belgis valde in uſu eſt. A *bruti* hoc Teutonico relictum adhuc Gallis ſuum

bruit

bruit pro rumore, ſtrepitu. (Bruit, biſe, & talia ſunt ὀνοματοποιητικά.)

BUAN, ædificare, veter. Teuton. *bouwen* hodie Belg.

BUAZO, expio, emendo, extinguo Otfrido. *boete* Belgis adhuc expio. (Germanis *büſſen*, expiare; *buſſe* olim pœna, hodie pœnitentia.)

BUE, *biuo*, veter. Teuton. habito: *boo*, *bood* Danis Suedisque adhuc idem. (*beiten* manere, *bude*, *budel*, manſio)

BUHILA, Otfrido collis eſt, Belgis *bule* eſt tumor, tuber, *bühel* (Germanis de colle, *beüle* de tubere) *byle* Britannis. Eſt enim tuber quaſi quidam colliculus. Bulla Latinis affine quid eſt.

BUOKESTAF, litera Gloſſ. Lipſ. Hodie *buchſtabe* Germanis ſuperioribus, *boekſtave* Saxonibus & quibusdam Belgis. (vid. ol. Worm. in Run. à fagi virga, cui incidebantur literæ)

BURG, vet. Teut. civitas, opidum; nobis hodie arx eſt. Inde tamen *burger*, opidanus, civis nobis, & *burgmeeſter* quaſi magiſter civitatis; uti Argentinæ conſul alter *Stätmeiſter* vocatur. πύργη pyrge Græcis turris bellica, omnia forte a *bergen*, bergen, id eſt, (tegere) protegere, quia is finis turrium, arcium, civitatum.

BURGISLI, ſepulcrum Gloſſ. Lipſ. *burgo*, *bur-*

burrio antiquis ſepelio, *burri* Britannis adhuc idem, & *burrying* ſepultura. Hinc forte & *burry* Belgis pro feretro funerali (quod Germanis Bare) etſi id aliquot derivant a *bere* porto. Vid. in *Bere*.

BURTH, onus Gloſſ. Lipſii, *burden* Belgis, burdon Britann. idem. *burdo* Latinis jumentum onerarium. Affinia omnia (à *bore*, *bare* ferre.)

BUTERIE, uter, utris Gloſſar. Lipſii.

C.

CALIZIUN, caliga Ker. *couſſe* Belgis.

CANAP, pecten Ker. & *Canpo*: *Kam* Belg. *Koom* Britannis.

CARTO, hortus Ker. *gaerden* hodie Belgis, *garten* Alem. *garden* Brit. *jardin* Gallis, *giardino* Ital. (*guarda*, *warta* cuſtodiam ſignificat, & hortus eſt clauſus.)

CATILINGA, parentes Ker.

CAUMA, prandium Ker. *gouma* Otfrido & aliis.

CHELA, gula, guttur Ker. & Rab. Mauro. *Keel* hodie.

CHETIF, teſte Wolg. Lazio, veteribus quibusdam Teutonibus fur fuit, quaſi dicas Belgicé *gedief*. Certe *gediefte* & *dief* Belgis pro fure adhuc ſumuntur. *Dieb* Aleman. *theef*, Britannis, tiwf Sued. & Danis. Non dubito, quin hinc Gallicum *chetif* mendicus, aliquando & malus, & Ital. *cattivo* ſceleratus, malus ſit

sit sumtum. Quia autem scelerati & puniendi fures in misero sunt statu, hinc *cativich* Belgis, & *chetif* non raro Gallis usurpatur in genere pro misero & deplorando. (*chetif*, Gallorum, *cattivo* Italorum, pro vili, malo, est à *captivo*.)

CHINDI, alumni Ker. *Kinderen* hodie liberi.

CHINDISKE, adolescentes Keroni. Kindische Germanis.

CHINNI, mentum Rab. Mauro, Germanis Kinne.

CHNUAT, natura Ker.

CHNUATLIHHO, naturaliter Ker.

CHNUSSAN, allidere Ker. *Kneusen*, *Kneuselen*, Belgis.

CHRAFT, virtus Ker. *cracht*. Belg. Sed. Sicambri & Saxones dicunt *craft* quoque. *Craft* Britannis astutia.

CHRISTIANEM, Christianus Ker.

CHUANHEITI, Otfrido, puto, est non tam id, quod nobis est *Koenheit* audacia, quam scientia, quasi Belgicè diceres *Kunnicheit*, vel *Kunheit*. Certe melius ut plurimum hæc significatio sensui Otfridi congruit, quam alia illa. Vox enim proprie Otfrido sonat, quod quis potest aut scit. Et sane Belgis etiamnum *Kundicheit* est in usu pro scientia. (ita & Anglis *Cunning*, pro astutia.

CHUNDAMIU, notus Ker.

CHUN-

CHUNDAN, indicare Ker. *Kondigen, vercondigen, ancondigen* Belg. fere idem.

CHUNDIDI, notitia.

CHUSKAN, ſobrium, Ker.

CHUSKEER, ſobrius Ker.

CLAULIHHO, prudenter Ker. (hodie *clug* prudens.)

CLOHHAN, pulſare Ker. (hodie *Kloppen*, an *clocca* ſeu campana à pulſando?)

COLD, aurum Keroni, *gold* Germanis.

COMMAN, vir Keroni, aliis *Goman*.

CORT, chorus Ker.

CORTER, vel *chortar*, vel *chorter* apud Willeramum ſæpe occurrit pro grege veteribus Teutonibus uſurpatum. Mirabar, cum omnino nihil habere videatur cum ulla hodierni Teutoniſmi voce ſimile quid ſignificante. (imò Germanorum, *herde, hirte, hürde*, Gallorum court, *Baſſe-court* manifeſtè conſpirant; Sic & ſemilatinis curtis, omnia forte à *warten, garder*, cuſtodire, ut *hortus* & *garten*. Hinc *hort* Germanis eſt ſervator. add. *eſcorter*, Gallis hodiernis, id eſt ſervare in itinere.) Perpendi paulo accuratius, cum viderem, in tam puro meroque Teutonico identidem uſurpari. Animadverti tandem ſimile aliquid habere cum *herder*, præſertim ſi conſideretur, uti ſcribitur in MS. Voſſii, quod probius mihi videtur, quam id, quod ſequutus eſt editio Merulæ. Scribit

bit id exemplar ſemper *chorter* per h. Itaque non dubito, quin *chorte* grex ſit primitivum, chorter paſtor derivativum, quaſi gregis cuſtos, & lapſu temporis confuſæ ſint voces tam vicinæ, ut *chorter* etiam pro ipſo grege invaluerit. Item puto, quod nobis paulo immutata vox ſit, qua utimur pro paſtore, nempe *herder* pro chorter, abjecto c ante h, & o in e mutato: quodque vox illa pro grege nobis non manſerit in uſu: niſi forte aliquod adhuc veſtigium in noſtro *cudde* remanſit, quaſi *chodde*, exemto ex *chorter* r. Sane Teutonicos olim uſurpaſſe *chord*, *chort* vel *hord*, *hort* pro grege, pleraque, ut credam, neque de hac vocis hujus etymologia ad iſtum modum divinare ut audeam, faciunt. Primo, quod Suedis Danisque antiquiſſimis Teutoniſmi populis *hiord* adhuc grex eſt. Tum Scythæ & Tartari olim hodieque cohabitationes ſuas vocant hordas, quæ ut nihil aliud ſunt, quam greges hominum, ſic etiam ſua lingua (ut teſtantur Melanchthon & alii) horda ipſis dicitur multitudo in unum congregata. Conſtat autem, Scythas quosdam antiquitus in multis acceſſiſſe Teutonibus ſeu Celtis. Adhæc Germanis & Belgis adhuc ſepes illæ cratitiæ, e quibus ovilia fiunt, aut cubilia caulæve gregum, vocantur *hürden*, *horden*. Poſt illa Germani adhuc dicunt gregem *herde*, paſtorem ipſum hirt. Tandem

dem obſervavi, cum Hebræa voce עֵדֶר eder grex non parum affinitatis habere *horda*, *herde*, *chorte*. Quod cuivis facile apparebit, ſi faciat *ered* & *eder* per metatheſin. Et quid miri, ſi antiquiſſimæ linguæ Teutonicæ & Scyticæ hæc rudera adhuc remanſerint, à matrice ſua Hebræa ? Quid itemmiri, ſi in illa magna mutatione linguarum Babylonica tantum quoque voci Hebrææ mutationis acciderit, ut ex *eder herde*, & *chorte*, & *horda* mutata ſint ? *Ordon* item vet. Teuton. (Gloſſ. Lipſ.) fuit habitare ; unde ille & Tartarorum hordas putat dictas. Mirabar itidem, cur Angli, quorum lingua etiam Teutoniſmus percelebris eſt, uterentur pro grege, voce *flock* nullam habente ſimilitudinem aut cum *cudde*, aut *chorte*, aut *hiord* Suedico (cum qua dialecto Teutonica habent multa adhuc communia) aut cum *herde* Alemannico. At paulo attentius re cogitata ſuccurrit *flock* dici quaſi *folk*, id eſt populus tam Britannis quam aliis Teutonibus. Nam ut populus eſt quidam grex hominum, ſic grex eſt quidam populus animalium. Atque ita ſi non voce, re ſaltem convenit vox Britannica *flok* cum *chorte*, *horda*, *cudde*.

folck populus

COT, Deus Ker. *Got* hodie.

COTCHUNDIU, divinus Ker.

GREMAN, irritare Ker. (*grim*)

CRIM-

CRIMMIU dirus, Ker. (*grimmich* hodie sævus.)

CROZDARM, extales Rab. Maur.

CUATER bonus, Ker. (*guter.*)

CUATLIHHAN gloriari Kero.

CUNIG, veteribus Teutonibus jam Rex, König Germ. *Coning* Belg. *King* Angl. *Konung* Sued. à *Konnen* posse vel à *Kunnen* scire. Regem enim esse decet & potentem & scientem. (consonat *Kan*, & *Chaganus* Scytharum & Persarum, *Können*, *Kennen* scire & posse, ab eodem fonte, quia magis potest qui scit, Germanis sæpe alterum pro altero, hinc & *Kunst* ars.)

CURTIL, Cingulum, Ker. *gurtel* hodie, *gerdil* Angl.

D.

DAGA, vet. Teut. dies. *tag* Alemann. *dagh* Belg. *dag* Sax. infer. *Day* Britannis.

DAGAMUASS, vet. Teut. jentaculum, prandium.

DAGO, Otfrido capio, (δέχομαι) *take* Britannis, *tagha* Svedis idem. (Hebr. דָּג Dag pisces cepit.) add. *Diki* infra.

DALA-SLAGHTA, vallis veter. Teuton. quasi vallium plana. *Dal* Saxonibus inferioribus hodie adhuc vallis, *sleght* planus Alem. *sleghten* complanare Belg. In composito Belgico *neerslaghtich* pro humili manet adhuc vetus pronunciatio a pro e.

DANA än, deinde, Ker.

DARWIS, aliter, Keroni. (forte andarwis.)

DEHISTO, decimus Ker. ſi non debet eſſe Zehiſto.

DENNE, dum, interea, quando Ker. (*denn* Sax. inferioribus eſt tunc.)

DENNI, area Otfrido, *tenne* Saxonib. *dorſch-vloer* & *denne* hodie Belgis.

DEOHEIT, humilitas Ker.

DEOLIHA, } ſupplicatio Ker.
DEOLIHASKEPETE, }

DEOLIHHO, humiliter Ker.

DEOMUATE, humiles Ker. hodie *demütige*.

DEOMUATI, humilitas Ker.

DEOMUATLIHHIU, humilis Ker.

DEOMUATLIHHO, humiliter Ker.

DEONAN, humiliare Ker.

DEONESTMAN, ſervus Ker. quaſi *Dienſtmann*.

DEONON, ſervire Ker. (*dienen* hodie German. *deinen* Sax. inferior. Videtur de deſcenſum ſeu depreſſionem ſignificare, ut in *dal*, quod Germanis ſuperioribus vallis, Saxonibus infra, in *down* quod Anglis infra, in deep, dif, profundo.)

DEONOSTI, ſervitus Keroni.

DEOTI, plebs Ker.

DERO, quorum Ker. (*dero*, illorum, Saxon.)

DER-

DERRE, veter. Teuton. noceo, *dere* Belgis hodie idem, δέρω dero Græce cædo, verbero (excorio) affini significatu. (דָּרָא dara, reprobare.)

DERU, qua Ker.

DES, cujus, Ker.

D'FIUNT, Gloss. Lips. diabolus, quasi de fient, de fiant, id est, inimicus.

DICAN, petere Ker.

DIET, veter. Teuton. teste Lazio, Deus, alias *Thieut*: (*Theut* priscis Aegyptiis) *Dieu* Wallo-Britannis. Teul

DIKI, petitio Ker. *dikii*, petitionis, *digi*, petitionem. (add. *Dago* supra.)

DILO, Otfrido videtur esse expungo, destruo, deleo. Quæ vox Latina posterior Teutonicæ similis est. *Tilgen* Germ. *delgen*, *verdelgen* Saxon. inferior. delere, Belgis destruere.

DINK-MAN, veter. Teuton. teste Lazio, curialis. Forte idem, quod judex aut scabinus hodie, a *ding* lis, & *man* vir, quasi vir litis. (Hebræis דִּין din est judicium.)

DISCO, discipulus, *diskin*, discipuli Genitiv. Keroni.

DISGE, mensa vet. Teut. *tisch* Alemann. *disch* Sax. infer. *dis* Belg. *discus* Lat. & δίσκος Græc. orbis, & mensæ Teutonibus olim ut plurimum orbiculares, ut adhuc hodie Alemannis. (Anglis disch pro patina, ferculo.)

DIURI, Otfrido excellentia, honor: *theur* Germanis sup. *dier*, *duir* Belgis, *dühr* Sax. infer. *deare* Britannis pretiosus, excellens, honorabilis.

DOH, quamvis, etsi Ker. vide *thoch*. (*doch* hodie Germanicè tamen significat.)

DOLAN, dolere Keroni. Opinor sufferre. vid. *Tholan*.

DOLK, videtur Otfrido esse condemnatio, supplicium, vel simile quid, forte cædes etiam. Certe Alemannis hodie *dolk*, *dolch* est pugio, quo cædes fit.

DOUPHAN, vet. Teut. baptizare, immergere, *tauffen* Aleman. *döpen* Sax. infer. *dippe* Britann. *döper* Suedis, *Stippen* Clivensibus, (& aliis Germanis) est intingere.

DOYCHNE, vet. Teut. ut legit editio Willerami Merulana, quod notæ ejus editionis divinant esse virtutem *deuchd* Belgice, cum ex MS. Vossii id constet certo: habet enim pro *doychne* tougene. Significat autem valorem, virtutem, præstantiam, ab antiquo *duogan* valere. Forte tamen *doychnen* male scriptum aut male lectum fuit. Nam eadem editio Merulæ plerumque habet *dugent*. (*dögen* Sax. *taugen* Germ. sup. valere, utile esse.)

DRACHTA, Otfrido videtur sitis esse: existimem quasi *droochte* Belgis jam dicitur, id est siccitas. Quid enim aliud sitis, quam faucium sto-

ſtomachique ſiccitas ? Certe Britanni eadem voce *dry*, qua utuntur pro ſicco, utuntur quoque ad ſignificandum ſitim: *ar you not dry*, ſitisne? *the wood is dry*, lignum eſt ſiccum.

DRAHO, Willer. emitto, exſtillo; *Stanki drahon*, odorem emittere. Unde noſtrum Saxonicum *trecke*, ſignificatione non modo paſſiva, ut vet. Teutonibus, ſed & activa. Cui reſpondet Lat. *traho* active tantum, quod valde affine eſt Teutonico *draho* : *draw* Britannis utroque ſignificatu tam activo quam paſſivo quoque ſumitur.

DRAPHEN, *drephen*, vet. Teut. tangere; *overdrephen* vet. Teut. ſuperare, *overdrepen* Sax. infer. *overtreffen* Belg. *übertreffen* Alem. quaſi ſupra, vel altius tangere, *treffen* Germanis etiam tangere eſt. (ſive attingere, ut ſcopum.)

DRAWEN, arguere Keroni. Forte objurgare & minari. Vid. *Drivon*. Hebr. דָּרָא darà reprobare.

DRESO, divitiæ, theſaurus vet. Teut. *treſor*. Belgis idem. (videtur eſſe à latino.)

DREWI, argue Ker.

DRISKO, terni Ker.

DRIVON, Otfrido ſignificare videtur incitare, *driven*, *voortdriven* Belgis & Saxonibus inferioribus idem. *Druwen*, *drouwen*, *drauwen*, *dreuen* Saxonibus eſt minari: quo ſignifi-

treiben
dreüen

cæu etiam *driuon* apud Otfridum poteſt capi.

DROHTON, Willer. *druhten*, Otfr. pronunciabant *drochton*, *druchten* dominus. Vox eo ævo uſitatiſſima. *Druhtin*, *drihtin* veteribus Britanno-Saxonibus idem. *Druftin*, quoque veter. Teuton. juxta Gloſſar Lipſii. (*Drot* Suedis Rex, Dominus, *Drotning* Regina.)

DRUGINA, dolus Gloſſ. Lipſ. *droch*, *bedroch* hodie Belgis, *betrug* Germanis.

DRUMBE, tuba Gloſſ. Lipſ. *trompéte* hodie Germanis. (Italis *tromba*, Gallis de Elephanto *trompe*, olim generalius, nam hinc *trompette*.

DRUT, *trut*, vel Teut. dilectus, amaſius, a *dru* diligo, vel *tru* fidelis. Unde adhuc *Gertrud*, proprium nomen mulieris apud Teutones, quaſi tota amabilis Stumpfio, aut tota fidelis Adriano Iunio. (fidelis & dilectus ſeu cui fidimus, cognata ſunt, ut Gallis confidant, utrumque eſt. Germanis hodieque *mein trautes Kind*. Hinc *trauen* eſt hodie *deſponſare*.)

DUA, Otfrido facio, *doe* Sax. inferior. & Belgis, *do* Britan. *dwa* Friſiis veteribus. Uſurpatur Otfrido quoque, ut Saxonibus inferior. & Belgis *make*: *Ze cunig duan*, efficere in Regem, ubi Saxones non poſſunt dicere *tom König doen*, ſed *maken*.

DUALAN, vet. Teut. moror, commoror, habito, *dwel* Brit. *dwal* Sued. habito.

DUA-

DUAM, videtur Otfrido esse mirabile aliquod & peculiare factum.

DUATI, facta Otfrido, *daten* Sax.infer. *daden* Belgis, *thaten* Aleman. *deeds* Britan.

DUELO, erro Gloss. Lipſ. *dole* & *dwale* hodie Belgis. (convenit latinum dolus, qui facit errare.)

DUIRE, janua Gloss. Lipſ. *deure* hodie Belgis, *dore* Brit. *thür* Alem. θύρη thyre Græcis, *duron* Otfrido. (Chaldæis תְּרַע thera Dan. 3. v. 26.)

DUMBA, Stultus Gloss. *dum* hodie Sax. inf. & Belgis ſtupidus, væcors, (*dumbart* Sax. infer. ſignificat homo ſine acumine.)

DUMPHEIDE, inſipientia Gloss. Lipſ. *dumheit* Saxon. inf. & Belg. væcordia, ſtupiditas.

DUNICHUN, tunica vet. Teutonibus.

DUNNA, tunica Ker.

DUOM, Gloss. Lipſ. *duam* Otfr. judicium.

DUOMIS, Gloss. Lipſ. templum, *thumb*, *dom* hodie templum Epiſcopale, forte a domus Latino ἐξόχως. (vel à Dominica, Baſilica, ut κυριακὴ Kirche.)

DUOMO, Gloss. Lipſ. *duamo* Otfr. judico. Inde haud dubie Belgicum *verdoemen*, judicio damnare: & affinis eſt his vox Latina *damno*.

DUONT DES NIT WARE, veter. Teuton. phraſis, quaſi Saxonice diceres, *doent des nicht*

warnemen, id est, *nehmet das nicht wahr*, Latine, non fac hoc observare, aut curare, pro ne cura hoc, ne animadverte ad hoc. Britanni adhuc eandem fere phrasin usurpant, *do not that regard*, ut & in aliis, *i do not love yow*, ego non facio amare te, pro non amo. (etiam superiores Germani subinde, & Poëtæ ante Opitium, *ich thue sprechen*, id est, *ich spreche*, Opitius plerumque vitavit.) Suedis Danisque eadem phrasis adhuc in usu. Idem fit in omnibus conjugandi temporibus. Quemadmodum omnibus Teutonicæ linguæ dialectis, ut & Gallis, Italis, Hispanis mos est componere præterita cum vocibus, quæ ipsis *habeo* significant.

DURCH, *thurch*, vet. Teut. peculiare pro propter. Sic in nullo Teutonismo (quod sciam) hodie usurpatur, sed semper pro per. Belgæ jam propter exprimunt per *om*, *om deses wil*, *om dies wil*, *om dit*, *om dat*. Alioqui *deur* Belg. *durch* Alem. *through* Brit. significat jam solummodo per. Neque scio, (ut notæ editiones Willerami Merulanæ habent) Anglis, aut nobis Germanis usurpari etiam pro propter.

DURIWART, Otfr. custos ostii, *deur waerder* Belg.

DURUFT, opus Ker. nî fallor, opus est, aut opus

pus habet; *derven* Belgis opus habere, carere, *bedürffen* German. opus habere, egere.

DURUHFULLAN, complere Ker. quasi *durchfüllen* hodie Germanis.

DURUHINPINNAN, persolvere Ker. quasi Belgice dicas *deur-ontbinnen*. vid. *pinnan*.

DURUHLERANIU, perfectus Ker.

DURUHMISTIU, permixtus Ker. quasi Germanice hodie dicas, *durchmischet*.

DURUHQUEMAN, pervenire Ker. *he quam* veniebat, hodie Westfalis in usu.

DURUHSPANAN, persvadere Ker.

DURUHSTAN, persistere Ker. Belgice usurpatur *deurstaen* fere eodem significatu.

DURUHTRUABAN perturbare Ker.

DURUHWESAN, } perseverare Keroni.
DURUHWONAN, }

DURUHWESANT, perseverantia Ker.

DUUIDARO, tamen Ker. (quasi *dawider*.)

E.

EBAN, æquus, æqualis Keroni, *eben* Germanis hodie, Belgis *effen*, *even* Sax. infer. & Britan.

EBANDOLE, compatior Ker.

EBANKEHERZIDA, concors Keroni, quasi *evengeherted*, ebengeherzeit.

EBANKESIZZEN, considere Ker.

EBANLOZZON, consortes Ker. quasi *ebenlossige* dicas Germanice, quod omnino respon-

det Latino consors, ejusdem sortis, æqualis sortis.

EBANO, pariter Ker.

EBANPRINKE, confero Ker. quasi ebenbringe.

EBANSTANTE, consisto Ker.

EBINU, Otf. æquitas, quasi *ebenheit* German. *effenheit* Belgis,& Sax. inferior. *evenheit*.

ECHT, vero Gloss. Lipsii.

ECOWERTI, ubique Keroni. (quasi *eikwarts*, *eik*, *elk* quodvis.

EDDERWENNE, aliquando Ker. (*Etwan* Germanis non ita pridem usurpatum pro aliquando,nunc obsolescit.)

EDDESLICHERA RACHA, alicujus rei Ker.

EDDESLIHHIU, aliquis Ker. (*etliche*,hodie, aliquot.)

EDDESMIHIL, aliquantus Ker.

EDDESWAZ, etwas, aliquid Ker. ietswat hodie Belgis. (*etwelk* Saxon. ut *etwan*. Videtur ed,ides,olim significasse aliquid, hodie *ides* est quidvis.)

EDDESWELIHHA, aliqua Ker. (etwelche.)

EDDESWELLICHER, einiger, aliquis Keron.

EDEO, sive, aut, Ker. idem quod *edo*, *odo* Otfr.

EDO,

EDO, an, num, aut Ker. (*either* Angl.)

EDWIT, opprobrium Gloss. Lips.

EERHAFT, veter. Teut. honorabilis, ut *manhaft* hodie virilis.

EFT, veter. Britanno-Sax. vicissim iterum, *efter*, *echter*, Hollandis, *eft* Gloss. Lips. pro autem.

EGELIH, Otfrido est quivis, (Germanis *iglicher*) *elck* hodie Belgis, *eche* Britannis abjecto l, quod illis frequens, ut & in *welck*, quis, which: *iegelik* Belg. idem.

EGESLICH, veter. Teut. terribilis, Belg. hodie *eislick*, *yslick*, *heslich* Germanis.

EGII, vid. *Ekii*. Disciplina Ker.

EGISLIKO, terribiliter Gloss. Lips. *eislik* hodie.

EGISSO, pavor, terror Gloss. Lips.

EHRODES, Otfrido videtur esse quamprimum, celeriter, cito, vel simile quid.

EHT, res familiaris, substantia Ker.

EHTONSAL, persequar Gloss. Lips. *æhton* idem, quod vide. Hinc haud dubie Gallis hodie *eguetter* persequi. (non puto.)

EIGANO, propria Ker. *eigene* German.

EIGON, apud Otfridum est habere, possidere, etiam secundum Gassarum. Editio illius Glossarii Merulana addit nobis *hugen* vel *ugen* idem esse, & Anglis *owen*. De Anglis certum est, at vox Belgica nunquam, fateor, antea

tea mihi audita est. Clivensibus & aliis quibusdam Teutonibus *eigen* accipitur præter significationem proprii pro *mereri: der man eiget was gutes*, vir ille meretur aliquid boni. Britannis etiam *owen* significat proprium, habere, & mereri: *yow owe to be beaten*, mereris, ut verberis. (Etiam Germanis superioribus, *dem es eignet und gebühret.*)

EIGUT, habet, Gassaro teste.

EIKAN, proprius Ker. *eigen* German.

EIKANEMu, propria Ker.

EINAZ, una Ker.

EINER, EOWELIHHER, unusquisque Ker (iewelcher.)

EINGILIH, absurdus Keroni (an quasi *ungleich* inconveniens.)

EINIMMEZZu, solummodo Ker.

EINLIF, undecim Ker. *eilffe* Germ. *ellif, elf* hodiè Belgis, *elleven* Britannis.

EINLIFTO, undecimus Ker.

EINLIHHA, alius Ker.

EINLUZLIHHE, singulatim Ker.

EINLUZLIHHERu, singularis Ker.

EINLUZZE, singuli Ker.

EINO, veter. Teuton. unus, *ein* Germanis, *een* Belg. *one* Britan. εἷς neutro ἕν Græc. ene Suedis, un Gall. uno Ital. Hispanisque; magna omnia affinitate. Est autem particulæ istius magnus in lingva Belgica abusus, cujus non

non possum, quin moneam meos populares. Utuntur omnes numerandi hoc nomine pro particula supplente articulum, ut: *een man*, *eene vrouwe*: quod quidem aliquo modo commune habemus cum Græcis, sed est tamen paulo alia ratio. Græci non utuntur articulo ὁ, nisi cum designatur aliquatenus quiddam, de quo constat inter loquentem & audientem, cui proprie respondet articulus Germanicus *der*, ut: *der mann hat es gesaget*, vir dixit, nempe de quo aliquatenus inter nos constat, quis putetur. Sed indefinite, cum substantivum aliquod vocant, nunquam Græci articulum ὁ addunt, sed cum quæritur, quid est hoc vel illud respondent, est ἄνθρωπος, est ζῶον, non ὁ ἄνθρωπος, τὸ ζῶον. Multoque absurdius esset, si dicerent, est εἷς ἄνθρωπος, ἕν ζῶον, est unus homo, unum animal. Cui quidem ineptæ locutioni prorsus respondet vitiosum hoc nostrum *een man*, *een beest*, cum indefinite absque numero sumitur. Requirit tamen lingua Alemannica & Belgica, ut fere Teutonismi omnes, ut articulus aliquis nominibus etiam indefinitis jungatur: sed is est Teutonismo peculiaris, non respondens Græco ὁ, in quo falsi sunt multi Viri Docti. Neque est *een*, sed *an*, aut *en*: ut, cum quæritur, quid hoc, vel illud est? respondendum est, *an*, vel *en man*, *an* vel *en wyf*, idque ita raptim, ut vix n

per-

percipiatur. Id probe obſervant Britanni, utentes hîc articulo a: ut, cum quæritur, quid hoc vel illud ſit, dicunt, *a man*, vir, *a woman* mulier, non *one man*, *one woman*. Nam non volunt exprimere numerum rei, ſed qualitatem, aut, ut ſic loquar, quidditatem. Abuſus inde in Belgiſmo, quod, quia pronunciatio *an*, & *en* tam prope accedit ad *een* numerandi, ideo alterum pro altero paulatim pronunciatum eſt, & quod abſurdius, etiam ſcriptum. Non autem dubito, quin majoribus noſtris ea diſtinctio fuerit inter has particulas, quam commonſtravi. Nam linguæ noſtræ proprietas, aut linguæ omnino ullius non fert aliter. Suedi & Dani utuntur ex vero Teutoniſmo en. Galli, Itali & Hiſpani utuntur hîc voce un; *un homme*, *un huomo*, *um hombre*; quæ quidem vox conciſa videtur ab *uno*: ſed tamen tolerari poteſt, quia differt ipſis ab *uno*, quo utuntur pro numero. Notandum autem, quod nationes illæ, uti multum a Teutoniſmo habent, ſic & uſum hujus articuli, & *un* raptim pronunciatum differt parum ab *an*, vel *en*, ſono ſaltem. Si autem etiam Galli, aut ullæ nationes non diſtinguunt inter articulum hunc *un*, & *un* numerandi, falluntur. Corrigere debent errorem hunc Docti, præſertim in ſcribendo. Sic abuſus tolli paulatim poteſt, ut paulatim invaluit, verusque uſus reſtitui.

ein man, potius dicendum ein vel
pro ein a man, vir

EINO-

EINODE, ſolitudo Gloſſ.Lipſ. hodie *einöde.*

EINON, vet. Teut. ſolus, *allein* German. *alleen*, Belg.

EINSNELLER, Zelotypus Ker.

EINSTRINGI, vet. Teut. apud Lazium diſciplinatio, inſtructio. Et forte inſtructio & *einſtringi* ejusdem propaginis. Belgicè poſſet ſumi, quaſi *inſtrenging*, id eſt inculcatio, quæ fit ſevere, quod diſciplinæ eſt. Ita apparet hic aliquid inter priſcum Teutonicum, hodiernum Belgicum Latinumque affinitatis.

EINSTRITER, contumax Ker. quaſi *eenſtridigh* aut *inſtridich* Sax. qui magis magisque pugnat. (an qui ſolus pugnat?)

EINSTRITII, contumacia Ker.

EINTISCE, antiquus Gloſſ. Lipſ. hodie Belg. *antyckſche*. (a latino.)

EISCO, Otfr. quæro, interrogo, *heiſche*, Germanis noſtris, à *feiſche*, *eiſche* Belg. poſco, peto, repoſco, *aſke* Britan. idem.

EITIR, venenum Gloſſ Lipſ. ſed *eiter* Germ. *etter* Belg. & Sax. infer. eſt pus (an conſpirat hydra, eider, vipera?)

EKII, EGII, diſciplina Ker.

EKRODES videtur Otfrido eſſe quamprimum, celeriter vel ſimile aliquid.

ELDI, ſenecta Gloſſ. Lipſ. (alter.)

ELELENDI, peregrinus Gloſſ. Lipſ. ab *el*, (haud dubiè) id eſt alibi, & *lende*, *land* regio, quaſi

quasi alibi versans in alia regione, quam sua. Unde synecdochicè hodiè Germanis *elende* est miseria, *elendichlich* misere, quia peregrini plerumque sunt miseri; species pro genere. (Germanis tamen superioribus aliquando *elend* est exilium, *ins elend verjagen*, in exilium mittere.)

ELLINODE, æmulatio Keroni.

ELLU, veter. Teut. omnis, alle Germ. & Belgice, ealle vet. Brito-Sax. *all* Brit. hodier.

EMBE, veter. Britanno-Saxonibus circa, vel de.

EMMEZZICO, frequenter Ker. (*emsich* Germ.)

EMMIZEIO, Otfr. semper.

EMMIZIGH, vet. Teut. perpetuus. (*emsich*, assiduus.)

ENCO, ENGA, angustus Ker.

END I, frons Rabano Mauro (dub.)

ENGERWEC, angiportus Ker. quasi *enger weg* hodie German. dicas.

ENGILA, angelus Ker.

ENGUETHEN, satisfacere vet. Teuton. hodie Belgis *quiten*, *entquiten*, *ontquiten* idem fere (*quitiren*, *quitung* Germanice, omnia videntur oriri a latino quietare.)

ENSTI, gratiæ Ker. *Ernsti*, legit Achilles Gassarus in suo Glossario in Otfridum. (vid. Anst.)

ENT-

ENTFIANGE, INTFIANGE, ANTFIANGE accipio Keroni. (*entfangen* hod. idem.)

ENTI, INTI, &, ac. Ker. (*und* hodie, Anglis and.)

ENTI, finis Keroni.

ENTRAHHA, excusatio Ker.

ENTRAHHON, excusare Ker. ab *ent* part. privativa, & *rahha* causa, culpa, quasi (*entraken*) deculpare dicas, vel causam proferre, *entschuldigen* German.

EOCOWELIHAZ, omnis Ker.

EOCOWELIHHERA CITI, aut ZITI, omni hora Keroni. (iglicher Zeit.)

EOCOWELIHHUMEZ, omnino Ker.

EONALDRE, aliquando Ker.

ER, ante Ker. *eer* hodiè Belgis.

ER, ex, Ker.

ERA, corona Gloss. Lipsi.

ER ALONGI, ex integro Ker.

EREALDEN, Otfrido præsumere, quasi *erbouden*, audacia quadam sibi arrogare.

ERCHENNE, agnosco Keroni (*erkenne* hodie.)

ERDENNE, antequam Ker. (*ehe-denn.*)

ER DIU, ex hoc, exinde Ker.

EREEN, honorare, venerari Ker.

ER EINEM u, ex illo Ker.

EREUDE, fines Gloss. Lipsi.

ERFIRTO, aufero Ker.

ERFLAUCTER, pavor Ker. (dub.)

ERFCIUHO, effugio, quasi dicas Germanicè *verfliehe* (sic *erlöſen*, id est *ablöſen.*)

ERFORAHTAN, expaveſcere Ker. quasi Germanice dicas *erfurchten.*

ERHABAMII, exaltat Ker.

ERHAFTER, pius Ker.

ERHAFTIU, pia Ker.

ERHAFSTOT, honeſtiſſime Ker. quasi *ehrhafst.*

ERHAPENER, exaltatus Ker. hodie etiam *erhabener.*

ERHEVE, exalto Ker. hodie Germ. *erhebe*, Belgicè *verheve*, *verheffe.*

ERHWARABI, avertere imperativo paſſivo Ker. (*er-wehre dich.*)

ERIBUN, hæredes Ker. *erben* Germ. idem (Aribo.)

ERIRU, ERISTO, primus Ker.

ERLAUBPAN, licere Ker. *erlauben* Germ. concedere.

ERO, honor Ker. *ehr* hodiè Germ.

ERPALDEN, præſumere Ker. vide *erbalden.*

ERPALDEEN, præſumant Ker.

ERPIHWARBE, averto Ker. niſi ſcribi debeat *errihwarbe*, forte quasi er-be-warpe abjicio. (dub.)

ERSCUTTE, excutio Ker.

ER-

ERSUAHHIT, examinatus Ker. hod. *verſuchet.*

ERSUAHHO, examino Ker. hod. verſuche.

ERTESLICHA, aliqui, *etliche* Germanis, Gaſſar. *etlicke* Sax. inſer. & Belg.

ERTUMBO, obmuteſco Ker. quaſi *vertumme*, nunc Germanice dicitur *verſtumme*, at Britanni utuntur adhuc *dom* pro muto, & Suedis *dumbe* eſt mutus (*dum* Germanis eſt ſtupidus.)

ERu, honore Ker.

ERVIRRITSI, auferatur Ker.

ERURETEBE, exhæredet Ker. Puto, male impreſſum & legendum *ererverhebe*, quaſi *uyterve-heve*, id eſt, ex hæreditate tollat, quod eſt exhæredare.

ERURI, Gloſſar. Lipſ. pavimentum, ἄρουρα Græc. arvum, terra; affinia.

ERWECHE, excito Ker. hodiè *erwecke*, *verweche* Belg.

ERWELIHI, electio Ker. *erwelung* hodie.

ERWELLE, eligo Ker. *erwele* Germanis hodie idem.

EWA, lex Willer. Addunt notæ editionis Merulanæ, Britannis quoque *ewa* pro lege ſumi, quod tamen non memini. (eh olim pro lege, legitimo, Germ. hinc matrimonium contractus legitimus, eh-haft, legitimum impedimentum, *echt* probus, legitimus.)

EWARTO, prieſter, quaſi dicas *geſez-hüter*, *geſez-warter*. Componitur enim ex *ew*, quod legem ſignificat, & *Ward* cuſtos, nomophylax, legislator. Sic ajunt notæ Merulanæ in editione Willer. ad Gloſſarium Gaſſari. Et veriſimile quidem eſt, hanc eſſe etymologiam vocis *ewarto*, ab *ewa* lex, & *wart* cuſtodio, cuſtos. Sed plerumque Otfrido, & aliis veteribus Teutonibus uſurpatur non tam pro nomophylace, aut legislatore, quam pro Sacerdote & miniſtro cultus divini. Quia autem Sacerdotibus legis explicatio, præſertim divinæ, olim fuit credita & commiſſa, ideo Teutones merito inde Sacerdotibus nomen attribuerunt.

EWENLARI, legislator Gloſſ. Lipſii.

EWETHON, æternum Gloſſ. Lipſii.

EWICEMU, EWIC, EOUUIGA perpetuus Ker. *ewich* hodie.

EWICH, vos Ker. *euch* German. hodie eſt dativus vobis, aut accuſativus vos.

EWO, ſeculum, ævum veter. Teuton. *eewe* Belgis, *ever* æterne, ſemper Britannis, fortè ab *ewo*.

EZZALAIN, edacem Ker.

EZZALEER, edax Keroni.

EZZAN, edere Ker. *äzen* hodie cibare.

F.

FAEDERA, veter. Britanno-Saxonibus, id eſt pater. *father* Brit. hod. *vader* Belgis, *vater* Alemannis. FA-

FAHAN, capere Willer. *fahen* idem Germanis, vel *fangen*.

FAIDA, veter. Teutonibus, teſte Goldaſto Haiminsfeldio, aperta ſimultas, inimicitia, *fehde* Alemannis hodie, *veede* Belgis idem.

FAKINGA, dormitatio Gloſſ. Lipſ. quod *vaek*, Belg. hodiernis.

FAKON, dormitare Gloſſ. Lipſ. a *vaken* (waken) Belgis, *wachen* Germ. eſt vigilare.

FALAWISGU, Otfrido videtur eſſe pulvis, quæ vox Latina cum Teutonica aliquam videtur habere ſimilitudinem.

FALDAN, plicare Ker. *falten* Germanis, *volden* Saxonibus infer. *vouden* & *vouwen* Belgis.

FARA, Otfr. profectio; *vaert* Belgis ſimile.

FARAMES, proficiſcamur Ker. Belg. *laet ons varen*, *reiſen* (Grammatica hæc flexio ſimilis Italicæ *andiamo*, & latinæ *eamus*.

FARANTLIHHO, tranſitorius Ker. (quaſi farentlich, mobile)

FARAWI color Gloſſ Gaſſari, *varwe*, *verwe*, Saxonibus infer. & Belgis, *farbe* Aleman.

FARBELGEN, exacerbare Gloſſ. Lipſ.

FARBROKANISSI, prævaricationes Gloſſ. Lipſ. quaſi *verbrauchen* Germanis, quibus *misbrauchen* idem (potius à *verbrechen* delictum,

brüche hodieque Saxonibus ſunt delicta, id eſt infractiones legum.

FARCHAUFFO, venundo Ker. *verkauffe* Alem. *verkope* hodie Belgis.

FARCHORANEER, reprobus, Keroni, à *far* particula privativa, & *choran* probare, reſpondetque voci Latinæ: *verkoren* hodie Belgis contrarium, electus (Germanis hodie *erkoren* electus, ſed verkoren, hodieque poteſt eſſe reprobatus.)

FARDILIGO, deleo Gloſſ. *vertilge* Germ. *verdelge* Sax. infer. & Belg.

FARDOLO, ſuſtineo Ker.

FARDRUNCAN, crapulatus Gloſſ. Lipſ. *verdonken* Belgis, *trunken* Sax. inferior.

FARFIHTO expugno Gloſſ. Lipſ. quaſi *verfechte* hodier. German.

FARHELE, celo Ker. *verhele* Germ.

FARHOCTO, ſperno Ker. hodie *verachte.*

FARIKAN WESAN, denegari Ker. (itaque forte infra pro *Farziho* legendum *Farriho.*)

FARKEBO, concedo Ker. quaſi *vergebe* Germ.

FARKUTHA, abominabilis Gloſſ. Lipſ.

FARLAZZANI, remiſſio Ker.

FARLAZZO, permitto Ker. item relaxo, remitto, hod. *erlaſſe.*

FARLAZZO, relinquo Ker. (*verlaſſe* hod.)

FARLEAZZI, permiſerit Ker.

FAR-

FARLIDO, transeo, prætereo. Inde Belgis *verleden*, *overleden* præteritus, defunctus, *verleden* Sax. infer. est nuper, diebus modo præteritis, *verliden-getuichnis*, idem quod *getuichnis-passéren* testimonio defungi eadem phrasi, *lydt* Zelandis transitus, ut & Flandris, nî fallor.

FARLIO, commendo Ker. *verleyhe* German.

FARLIUSO, perdo, Ker. *verliese* Belg.

FARMANO, contemno & contemtor Ker. (hodie *vermane* alium habet significatum, nempe admoneo.)

FARMIETO, loco, eloco, Ker. à *far* & *mieto*, conduco: *mieto*, & *farmieto* relata sunt. vide *miedon*. hodiè *vermieten* Germ.

FARMULITA, conterendum Ker. Nempe à *mül* mola, contritura, vermahlen, zermalmet, contritum.

FARNOZZO, consumo Gloss. Lipsi. quasi *vernuze* dicas.

FARNUFST, intellectus Ker. *vernuft* Belg. *vernunft* Germanis (de hac voce Claubergius libellum composuit.)

FARPRICHO, frango Ker. *verbreke* Belg. *zerbreche* Alem.

FARSAHHO, abnego Ker. *versake* Belgis, *versage* Germanis (forsa chistu diabolae, abre-

nuntias ne diabolo, in antiqua professione fidei Synodi Liptinensis.

FARSCHITO, concido Gloss. Lips. (verschiessen.)

inquir. FARSEEM, carus Ker. (de hoc non constat.)

FARSEGGENI excusandus Gloss. Lips.

FARSPIO, respuo Ker. à *far* & *spio*, spuo; Belgis dici posset hodie *verspue*; alioqui *verspien* Belgis hodie est explorare. Sed hoc a spehen, spia: Germanis *verspeihen* despuere, mansit antiquo significatu.

FARSTAND, intelligo Ker. *verstae* Belg. *verstehe* Germanis, *onderstand* Britannis, *foerstodh* Suedis. Mirum, in Teutonismo toto hunc animi actum denominari ab actu aut situ corporis.

FARTERRO, perdo Gloss. Lips. *verdere*, lædo Belgis affinis significationis. Hinc puto & Belgicum *verteren*, id est consumo, digero. *Tero* Latinum affine.

FARTHROZA, tædium Gloss. Lips. *verdrossen* German. *verdroten* Belgis pertæsus.

FARTRIBO, expello Ker. *vertreibe* Germ. *verdrive* Belgis.

FARWATHANA, maledicti Gloss. Lips. (itaque *wathan* est radix quædam hodie amissa.)

FARWATHANUSSI, abominatio Gloss. Lips.

FARWELLO, profano Gloss. Lips. a *far* inten-

tendendi particula, & *Wallo* contamino. vide *bewallo*.

FARWET, abominatus Gloss. Lipſ.

FARWORFAN, dejectus Ker. (*verworffen* hodie abjectus.)

FARWURTI, interitus Ker. (obſcurum.)

FARZIHO, denego Keroni (hodie *verzeihe* eſt condono.)

FASTIRA, munita Gloss. Lipſ. (hodie feſt.)

FASTUM, jejunium Ker. (faſte.)

FEHTAN, pugnare Ker. (fechten.)

FEHTU, pugna Ker.

FEIZTAS, craſſus Ker. *feiſt* Alemannis idem quod *fett*, Belg. *fat*. Brit.

FELIS, FELISO, rupes Gloss. Lipſ. *felſs* hodie German. idem.

FELLO, deſtruo Gloss. Lipſ. *velle* hodie Belgis dejicio, exſtirpo ſimili ſignificatu. Forte hinc *fel* Belg. *fellon* Gall *fello* Ital. pro atroce, quaſi vaſtans, deſtruens. Forte & hinc *felloniæ* crimen gravis infidelitatis, quaſi deſtructio ἐξέχως (*felon* de homine valde improbo & infido.)

FEOR, FIOR, FIOREO, quatuor Ker. *vier* Germanis & Belgis, *fower* Britan. *fiour* Friſiis, fiare, fiari veter. item juxta Gloſſarium Gaſſari.

FEORISKO, quaternus Ker.

FEORSTUNT, quater Ker.

FERE, Otfrido idem eſſe videtur, quod

waert, Belgis aliquando significat, id est celeritas, *metter vaert*, celeriter, cum celeritate: *zi fere* Otfrido usurpari videtur eodem prorsus significatu.

FERGO, Otfrido posco: *vardige* Saxonibus quibusdam & Frisiis: *yemandt yet verdigen* Belgis eodem significatu (consonat frago, quæro.)

FERRENO, longe Gloss. Lipsi. Germanis hodie *fern*, Belgis *verre*, *far* Britan. porro Latinum affinia.

FERSII, absit Ker. *verre syt*. Belg.

FERTI, Otfrido longinquitas, longitudo itineris; *veerheit* Belgis (Germanis ipsis fernheit.)

FETHERACCO, alarum Gloss. Lipsi *feder*. Saxon. Aleman. *fadder* Brit. *veer* Belgis est pluma, penna.

FEUUIDA, lætitia; *freude* Aleman. nobis *vreuchde*, Glossar. Gassari Merulanum.

FIAL, cado Ker. hodie *fall*.

FILLO, Otfrido cædo, verbero.

FILLONOKERTU, verberum.

FILLOOM, FILLO, verbera Keroni.

FILLUNGA, flagellum Gloss. Lipsi. Hinc puto Belgis *eenvilts* castigatio, flagellatio: & *filt*, vel *fylt* itidem Belgis nequam, verbero, quasi flagello & verbere dignus. (sed Germanis

nis ſuperioribus hodie *filz* eſt caſtigatio, quæ fit verbis.)

FILOBERTH, præclarus, Gloſſ. Lipſ. à *filo* multum, & *berth*, *breth* clarus, *breight* Britannis adhuc eſt clarus, ſplendidus. Opinatiori ſuccurrit, an non hinc Gallicum *briller* ſplendere commutatum.

FILOHARDO, vehementer Gloſſ. Lipſ quaſi *viel-hart* hodie; ſane Belgis etiam hart uſurpatur non raro pro valde, vehementer.

FILOSCIRE, præclarus, Gloſſ. Lipſ. à *filo*, multum, & *ſcire*, hodie *zier*, ornatus.

FILTIT, BIFILTIT, Otfrido flagellatus. Ergo *fillan* etiam flagellare eſt.

FINCFCHUSTIM, pentecoſte Ker.

FINDAN, invenire Ker. *finden* Germanis & Belgis, *finde* Britan. ſed pronunciant *feind*.

FINDUNGU, experimentum; Ker. hod. befindung.

FINFZUGOSTO, quinquageſimus Ker. hodie funfzigſte.

FINISTRE, tenebræ Gloſſ. Lipſ. *finſterniſs* Germanis hod. idem, & *finſter* tenebroſum.

FIO, pecus Gloſſ. Lipſ. Alemannis *vieh*, *vee* Belg.

FIOR, vide FEOR.

FIORDO, FEORDO, quartus Ker.

FIRDAN, Otfrido videtur eſſe nocens, reusita foret ver-dan, quaſi un-that, prave agere.

FIR-

FIRMEINSAMO, vet. Teutonib. excommunico: proba vox, quasi dicas Belgice *ontgemeinsame*, id est communione privo (ita *fir* vel *ver* etiam est particula remotiva.)

FIRSPIRNAN, Otfrido est impingere, offendere, vel simile quid.

FIRSPRACHO, prædico & veto, Otfrido: *voorsegge*, & *ontsegge* Belg. (versprechen, quod hodie idem est quod promittere, tunc significaverit absprechen, ita *ver* erit particula non intensiva, sed remotiva.

FIRTILOT, verdelget, hodie vertilget, Gassarus.

FISGIZZE, fischetz, nobis puto *fische*, piscis. Notæ Merulanæ ad Glossar. Gass.

FIU, pecunia, Gloss. Lipsi. à *fio*, ut & pecunia Lat. à pecude.

FIUNT, hostis. feind.

FLEGER, præpositus Keroni. hodie *pfleger* idem superioribus Germanis, *Land-pfleger* præfectus provinciæ.

FLEISKO, caro Ker. hodie *fleisch*.

FLEOHO, fugio Ker. hodie *fliehe*.

FLEOZO, fluo Ker. hodie *fliesse* Germanis, *vliete* Belgis; *flizun*, fluere Gassaro.

FLIZZAN, contendere, Keroni.

FLORINII, perditio Ker. si non debet esse *farlorinii*.

FLUAHHO, maledico Ker. hodie *fluche*.

FLYZ,

FLYZ, contentio Ker. *Vlyt* Belgis, *fleiſs* Aleman. eſt contentio cum ſtudio, *befleiſſigen* Alem. *vlytigen*, *bevlytigen* Belg. contendere cum ſtudio & diligentia.

FOËR, paucorum Ker.

FOIU, pauca Ker. *feiv* Brit. & conſentit Gallicum *peu* pro eodem, latinum paucum. Alemannis & Belgis hæc vox prorſus obſoleta eſt.

FOLLICHOMIN, perfectus ; *volkomen* Belgis, *volkommen* Germanis, Gloſſ. Gaſſar. Merul.

FOLNISSI, completorium Ker. quaſi fülniſs.

FONA, à, ab, Keroni.

FONA DIU, deinde Ker. (ab hinc, ab hac die.)

FORA, ante, præ Ker. hodie Germanis ſup. vor, führ & *voor* Belg.

FORADENO, protendo Ker.

FORAHTLIHHO, tremendus Ker.

FORAHTUN, perterritus Ker. *furcht* German. *vruchte* Saxon. infer. *feare* Brit. timeo. Conſentiunt *pavor* Latin. *peur* Gall. & *paura* Ital. timor.

FORAHTUN, revera Ker. niſi male impreſſum ſit.

FORA KEKAUMES WESAN, procurari Ker.

FO-

FORAKEQUUETANIU, prædicta Ker. à *fora*, præ, & *quethen* dicere, vel *quithan*.

FORAKESEHANTLIHHO, provide Ker.

FORAKIPREITER, prælatus Ker.

FORARISAZTIM, præpoſiti Ker.

FORAKISEHANER, providus Ker.

FORAKISIIT, perſpexerit Ker. quaſi *voorgeſiet*.

FORAKISUANEMEES, præjudicavimus Ker.

FORANNO, tranſigo Keroni.

FORAPERAHTIDO, præclarus Ker. vide FILOBERTH.

FORASAKUN, propheta Keroni, quaſi *voorſager*.

FORASCAUWUNGA, providentia Ker.

FORA SI GESEPHAN, propitiatur Ker. Hoc obſcurius.

FORASUANO, præjudico Ker.

FORAWESAN, præeſſe Ker.

FORNISGA, *würdig*, *ehrſam*, honorabilis, *eerſaem* Belgis, Gloſſar. Gaſſar. Merul. (inquirendum.)

FORTHORA, dextra Gloſſ. Lipſ.

FORTHORO, dexter Gloſſ. Lipſ. (ita dexter dicitur anterior *förder*, dexterius quaſi prorſum. Et raro ſenſu Saxones inferiores dextrorſum dicunt *vanſich*, quaſi à nobis re-

ce-

cedendo, siniſtrorſum *nach ſich*, quaſi ad nos accedendo. Adde infra HOTTE.

FORTIFUARO, prodeo, Gloſſ. Lipſ. quaſi *fortfahre* German.

FOUUEM, FOËM, paucis Ker.

FRADICHO, proficio Ker.

FRAFALLICHO, protervus Ker. hodie *frevelich* Germ. *wrevelich* Saxon. & quibusdam Belgis.

FRAHO, FRACHO, interrogo Ker. hodie *frage*.

FRAMERLHOT, propagavit Ker.

FRAMFORITHU, receſſiſti, Gloſſ. Lipſ. (*Fram* hodieque Anglis eſt ab.)

FRAMFORO, recedo Gloſſ. Lipſ.

FRAMGELEIDO, abduco Gloſſ. Lipſ.

FRAMGENERAN, declinare Gloſſ. Lipſ.

FRAMHALDE, pronus Ker. à *fram* & *hal*, inclino, quod Belgis diceretur *voorgehelde*, *voorhellende*.

FRAMKANE, proceſſus Ker.

FRAMKANGO, procedo Ker. (à *fram* ab, & *gang*, inceſſus.)

FRAMKIWISO, provoco Keroni.

FRAMMERT, reliquus Ker. (quaſi ſeparatus.)

FRAMMORT, FRAMMORTES, Otfrido videtur eſſe utilitas, uſus, profectus vel ſimile quid. Ter *vrome* Belgis quibusdam, præſertim Flandris idem fere eſt. FRAM-

frommen ubilita/

FRAMPRINGO, profero Ker. [fram (id est fort) bringe.]

FREDIGE, apostasia Keroni. (Hujus significatus hodie vestigium non apparet.)

FREISON } interitus, Gloss. Lipsii.
FROISON }

FREME, vet. Teut. formo, paro, compono: *vorme* Belgicum, *frame* Anglicum simile.

FREMIDO, alienus Ker. *vreemde* Belg. *fremd* Germanis.

FREMITBORON, alienigena, Gloss. Lipsii. quasi *fremd-gebohren* hodie.

FRIDU, pax Ker. *friede*, Germ. *vreede* Belgis.

FRIGER, ingenuus Ker. id est liber, quasi *freier* Germ. *vryer* Belg. *free* Britan.

FRIHOF, atrium Gloss. Lipsii.

FRIHOVE, atria Gloss. Lipsii.

FRIHOVEN, veter. Teuton. teste Lazio cœmeterium; *freithof* Alemannis, *Kirchhoff* Saxonib. superior. *Kerckhof* Sax. infer. & Belgis.

FRILIHHA, libera Ker.

FRILIHHO, liber Ker.

FRISCINGE, veter. Teutonib. vitulus, porcellus (hodie *frischling* Saxonibus.)

FRIST, veter. Teuton. tempus, opportunitas, idem adhuc in quibusdam hodie. (zu aller frist, omni tempore; frist dilatio, terminus assignatus.)

FRIUNT,

FRIUNT, amicus Keroni, *freund* Germ.

FRÓ, Otfrido videtur esse vox honoris in alloquendo, significans Domine, here vel simile quid.

FRUATER, Otfrido probus.

FRUATI, gravitas Ker. de moribus.

FRUATO, Otfrido est probus, Belgis *vroet* idem.

FRUM, longinquus Ker. (fram, ab, quod abest.)

FRUMA, *frommen*, *nutz*, Germanis, *vrome* Belgis commodum, Notæ Merulanæ editionis in Glossario Gassari.

FRUO, mane, Gloss. Lipsi. *früh* German. *vroech* Belg. *vroe* Clivensibus.

FRUYDALIN, veter. Teut. teste Lazio, amica, amasia.

FUAZZE, pes Ker. *fuss* Germanis, *voet* Belgis, *fote* Brit. *pied* Gall. *foot* Sued. πῶς Græcis: mirabili omnia affinitate.

FUAZZIO, pedum Ker.

FUAZZUM, pedibus Ker.

FUETKIPPON, compedes Gloss. Lipsi. quasi pedum cippi: *ceps* Gall. hodie idem, *cipier* Belgis, desmophylax, custos carceris.

FUIRE, ignis Ker. *vuir* Belg. *feur* Germ. *fire* Brit. *feu* Gall. πῦρ Græc. *phyr* antiquis Phrygibus: memorabilis affinitas.

FULITHA, FULITHON, putredo, ſordes; Gloſſ. Lipſ. *vuilicheit* Belg.

FULLEISTE, opitulor Gloſſ. Lipſ. *hülff leiſten* German. & *hulp leiſten* Saxonibus adhuc opitulari eſt.

FULLETHON, abundantia Gloſſ. Lipſ. *fülle* Germ. *volheit* Belgis, *folnis* Brit.

FULLII, ſatietas Ker.

FULLUST, adjumentum Gloſſ. Lipſ. Idem eodem ſignificatu Geldris & Clivenſibus adhuc uſitatiſſimum.

FUNON, *ſchnuel*, *bender*, nobis puto ſnuhr, *ſchnoer*, funis. Gloſſar. Gaſſari Merul.

FUNSER, promtus Ker.

FURDIR, commodum; *fortheil* German. *voordeel* Belgis; Gloſſar. Gaſſari Merulanum.

FURIBURT, FURIPURT, abſtinentia Ker.

FURICHUUEMO, prævenio Ker. (furkome.)

FURIFARO, tranſeo Ker.

FURIMAGAN, prævalere Ker.

FURIMAKANTI, prævalens Ker.

FURIPRINGO, præfero Ker.

FURIRA, Otfrido, major, dignior.

FURISEZZON, præponere Ker.

FURIST, Princeps, Gloſſ. Lipſ. hodie *fürſt* German. *vorſt* Belg.

FU-

FURISTINGO, præpositio Gloss. Lipſ.

FURISTMEGO, prævaleo Ker.

FURISTO, ſummus Ker. *voorſte*, primus Belg.

FURITEKON, prodigium Gloss. Lipſ. *voorteken* Belgis.

FURLAZZO, dimitto Ker. *verlaſſe* Germ. *verlate* Belg. hod.

FURSAMEDO, diſſimulatio apud Lazium, ut puto, à *ſamo*, videor, appareo, & *fur* particula formante ſæpe in Teutoniſmo nomina verbalia, ac reſpondente Belgico *verſeem*, Britannis adhuc eſt videor.

FURST, veter. Teſte Lazio, culmen tecti, *verſt* hodiè Belgis.

FURSTSUL, vet. Teut. columna, cui culmen tecti innititur, quaſi jam dicas *vorſt-ſuil*.

FURTUNATYN, manè veteribus Teut. apud Lazium, forte quaſi *fur-then-atin*, ante cibum; *voor den eten* Belg.

FUTHON, auſter Gloss. Lipſ. niſi debeat eſſe *futhon*, quod Teuton. hodie eſt auſter. Si *futhon* eſt, forte à *futho*, *voede* Belgis, *fode* Britann. id eſt alo, fœcundo; eſt enim rebus fœcundandis aptus auſter.

G.

GABELE, veter. Teut. vectigal, apud Lazium, a *gebe*, ut opinor, dono. Inde *gabe* donum, inde *gabele*, velut gabelin hodie A-

lemannis, id est donulum: sunt enim vectigalia velut exigua dona. Hinc Gallis hodiernis suum *gabelle* pro vectigal. Hanc puto veram Celticæ istius veteris simul & recentioris vocis etymologiam, non illam, quam ponit Steph. Gvichardus, qui eam duplicem facit, vel à *gab* Chaldæo, pro mulcta sumta, vel a *quabal* Hebr. id est receptio. Certum enim statuo, simplex esse vocis etymon, non duplex, credibiliusque esse, vel à propria lingua veteri esse hanc vocem relictam potius, aut saltem à propinquiore assumtam citius, quam à longinquiore.

GAGANTUM, donatum, Glossar. Gassar. quasi *gegunt* hod. Belg. id est favore addictum.

GAGINIT, puto Otfrido esse obvenit, occurrit, es *begegnet*, non ut Flacius Illyricus putat, evadit: nam sensui illud melius quadrat, quam hoc: *gegen, entgegen*, Alemannis contra est, *bejegent* dicitur Belgis occurrit.

GAHERZAMO, concors Keroni. nam cor, *herz*.

GAHUN, Otfrido videtur esse elegans, egregium, alacre; consentiunt *gau* Belgicum & Saxonicum pro alacri & ingenii elegantis, ut & *gay* Gallicum, quod significat alacrem.

GAIENWERDE, GAIENWEIERDE, con-

conſpectus, Gloſſario Lipſii, forte quaſi *gegenward*, à *gegen* contra, & *wardo*, video.

GALENDER, incantans, Gloſſ. Lipſ. (hoc miror.)

GALICO, ſubito, Ker. Gloſſ. Lipſ. *gelig*, *gelgen* Germ. ſup. idem. *galike dee* Friſ. vetuſtis adhuc hodie ſubita mors.

GALLA, fel Rab. Mauro, *galle* hodie.

GALME, Otfrido clangor, ſonus; *galm* Belgis idem; *galmgat*, feneſtra turris, per quam evolat ſonus campanarum.

GAMANE, Otfrido videtur eſſe contumelia, illuſio, vel ſimile.

GAREWAN, veter. Teuton. præparare, conficere, in genere de re omni; hodie Germanis & Belgis non niſi de corio & lino dicitur, *leder gerben*, *vlas garwen*, corium præparare, linum præparare (add. garo *gahr*, quod hodie de cibo cocto.)

GARO, Otfrido, & *garn* Gloſſ. Lipſ. paratus, *rede*, *ree*, *geréde* Belg. idem ſignificans, neſcio an forte inde. At certum eſt *gaer*, quod Sicamb. Saxon. Hollandis de ſolo cibo cocto paratoque dicitur, eſſe ab hac ſtirpe. (adde *garewan*, gerben.)

GARTARI, Otfr. hortulanus, *gaerdenier* Belg. *Gärtner* Germanis, *jardinier* Gall. *gardener* Brit. *gardiniero* Ital.

GARTON, GUARTON, Otfrido hortus, à

ware, guare, beware, guardo, custodio. *Gaerden* Belg. *garten* German. *garden* Britan. *jardin* Gall. *gardino* Ital. *ortjard* pomarium Britannis. Videtur compositum ab *hortus* & *garden, bomgard* Belgis.

GARWE, Willer. & *garivo*, Gloss. Lipsii, manipulus spicarum & palea, *garve* Belgis, *garbe* German. *gerbée* Gallis.

GASTE, vet. Teuton. est spiritus, *geest*, hod. *geist* Aleman. *ghost* Britannis. (consentit gehren, gescht, gahre, de fermentante, fermento.)

GATILINGO, Otfrido videtur esse æqualis, par, socius, Belgis *Weergade*, *Weergaey* est ejusdem originis, & ejusdem pene significationis.

GAUGRO, vaco Keroni.

GAUMON, GOUMA, festum, epulum nuptiale; *maeltydt* hodie.

GAYMLE, vet. Teut. egregius, & Austriacis hodie idem. Lazius.

GEARA, veter. Britanno-Sax. est annus: *year* Britann hodiernis, *jaer* Belgis, *jar* Alem. *år* Danis Suedisque.

GEBALTHON, irritaverunt Gloss. Lips.

GEBERGA, cubile, ab occultando, Gloss. Lips.

GEBRETWERTIST, fundatur Gloss. Lips.

GEBRISTEN, GEBRESTEN, Willeramo idem esse videtur, quod indigere, carere. (hodie *gebrechen*.)

GE-

GECHZEDE, repudium veter. Teut. apud Lazium, forte quasi *geschede*, id est separatio.

GEDINGE, GETHINGE, vet. Teut. causa, res; *ding* hodie Aleman. & Belg. *thing* Brit.

GEDRUFT, turbatus Gloss. Lipsi. a *druse*, *trübe*, turbo.

GEEINNAN, veter. Teuton. cogitare, in mentem revocare, Alem. & Sax. *erinneren*, Flandris *te bin*, vel *te binnen bringen* (ge-innen, er-innern, quasi internare, intus suscipere, nempe in mentem, sic *einnehmen*, percipere.)

GEFREMIT, perfectum, *ungefremit*, imperfectum Gloss. Lipsi. *parform* Britan. adhuc perficio. vid. *freme* (quasi formatum, finitum.)

GEFUOGO, adjicio Gloss. Lipsi. (*gefüget*, adjectum, hod.)

GEGRAVANUSSI, sculptilia Gloss. Lipsi. (*graben* hodie est fodere, sculpere, *grab-stichel*, instrumentum acutum, quo sculpitur.)

GEGUATHO, GEWALLO, coagulo Gloss. Lipsi. *Wellen* hodie Belgis idem fere.

GEHSCEDO, vet. Teut. apud Lazium territorium, quasi *gescheidet* hodie.

GELENDE. accola Gloss. Lipsi. *gelende* Belgis hodie dicitur, qui est particeps communis alicujus terræ. (a *land* terra. Quid si hinc Gallicum *chaland*, initio de noto, cive, vicino? Et *non-chaland* de ignoto, qui non curat.)

GELIBEDELICK, precabilis, à *bede* precor, precario Gloss. Lipſ.

GELICHSIMIS, Willeramo hypocriſis, quaſi dicas apparentia; unde Germanis *gleisnerey* hypocriſis, *gleiſsner* hypocrita, *glyſſener* Clivenſ. Saxon. idem. *Lichizer* Otfrido ejusdem originis.

GELIVOR, liber, *gelivore*, libera Gloſſario Lipſii.

GELUVI, conſenſus Gloſſ. Lipſ. haud dubie quaſi *gelove*, hodie *glaube* fides, *verlove*, *orlove* Belgis venìa, Anglis *leave*.

GEMAKO, concinno Gloſſ. Lipſ.

GEMERK, terminus Gloſſ. Lipſ. (*Mare*, idem merk mal (*marque* Galli) nota, præſertim finium, merken notare generaliter.)

GEMHALE, veter. Teut. conjux, ſponſa: hodie Aleman. & Saxonibus pro conjuge uſurpatur, ſed non niſi de perſonis illuſtribus: à veteri *malen*, mellen, quod eſt alterum cum altero jungi. Quod inde liquet, quod Willeramus diem conjugii Salomonis Cantic. 3. vocat *mahel-daga*: & *mahelda*, inquit pro, ſe conjugio jungebat. *Maelſchat*, vel *melſchat* adhuc multis in uſu pro dote. Forte *mhalen* quaſi *my halen*, aut *me-halen*, mihi adferre, una mecum ferre, quod ſane conjugis eſt ſponſique, ut nempe conjugem ſibi adferat. (dubito, magis conſentit *mêler*, miſcere.)

GE-

GEMUOZEGHE, vacare Willer. quasi hodie Belg. dicas, *gemoetigen, gemoeitigen*, quod proprie dicunt de *moeite nemen* (imo a *musse*, quod hodieque Germanis quies, otium, *gemusstiget*. Sic *abmusstigen* est ab otio ad negotium transire.)

GEMUTO, muto Gloss. Lipsi.

GENA, Otfrido illud; *gene*, *gun* Belgis, Germ. *jenige*.

GENATHEMA, Willeramo, ut legit editio Merulana, sed *gegademe*, ut habet MS. Vossii, cubiculum, conclave. (gaden.)

GENODO, GINOZ, vet. Teut. consors, hodie *genote, meegenote*, *medegenote venote* (*genosse* qui iisdem utuntur, vel qui se mutuo utuntur, nam *nuzen* est uti, *abnuzen* usu deterere. *Eid-genossen* socii jurati, ut Helvetii. vid. infra *Ginoza.*)

GENUHTE, abundantia Gloss. Lipsi. quasi jam diceretur Germanis *genügen* Belgis *gnoegte*, *genoegsamkeit*, hoc est id quod satis est; ut à *vol* plenus, *volte* plenitudo. Hinc hodie Belgis accipitur *genuchte, genochte* pro voluptate, quia abundantia parit voluptatem (etiam Germanis *genüge, vergnügen* est esse contentum, satisfait.)

GENUHTEGO, abundo Gloss. Lipsi.

GENUHTSAMOR, uber, abundans Gloss. Lipsi.

GENUOTSAMEROTATI, satisfactio Ker. forte *genuchsamerotati*, quasi *genochdaet*.

GEOCO, abdo Gloss. Lipſ. (inquirend.)

GEREDOSTU, coronasti Gloss. Lipſ.

GERHAB, vet. Teut. tutor apud Lazium (Ea vox hodieque Austriacis & Bavaris usitata, & adhibita in libris Legum. Origo quærenda.)

GERWIT, coronat Gloss. Lipſ. (dubito an non corruptum.)

GERYNE, vet. Brit. Sax. videtur esse sensus.

GESCATATH, condemnatus Gloss. Lipſ. quasi dicas damno addictus, vel affectus, *schade* Germanis, *schaed* Belgis damnum est.

GESCENDIDO, confusus Gloss. Lipſ. (geschändet, ignominia affectus, quæ Germanis *schande*.)

GESIFTE, visio Gloss. Lipsii, *gesichte* hodie Germanis Belgisque f pro *ch*, id quod frequens adhuc, ut *gekoft* emtus pro *gekocht*.

GESIGENER, inclinatus Gloss. Lipſ. quasi *gesegen : sigen*, *neersigen* Belgis adhuc est sensim prolabi, procumbere (Germanis supereſt *sigen*, *durchsiegen*, percolare.)

GESMIDE, cimelia, apud Willeram. hodie Saxonibus idem.

GESPÜRO, investigo Gloss. Lipſ. *aufspüren* hodie Germanis, *obspeuren* Belgis idem, *spor*, *spore* vestigium.

GETACNO, veter. Britanno-Sax. significo fuit

fuit, Belgis hodie *betekene*. Hodiernis Britannis vox hæc obſolevit, utunturque pro ea voce Latina ſignifie.

GETAVELE, Willer. laqueare: *getaflung*, quaſi Belgice diceretur *getaeffeling* contabulatio, tabulis collectum.

GETHEHTE, cogitatio Gloſſ. Lipſ. quaſi *gedachte* hodie.

GETHERIDES, coronaſti Gloſſ. Lipſ. (gezieret, ornatus.)

GETHIGAN, quaſi hodie diceremus Belgice *gedegen*, probi, beati Weller. *degeman*, Friſ. vir probus, *degelik* aliis Belgis. (conſentiunt *tögen*, *taugen*, probum eſſe, utilem eſſe, & *tugend* virtus, probitas.)

GETHINGA, Willeramo beneplacitum, *gadinge* hodie Belgis.

GETHIRMON, quieſcere Gloſſ. Lipſ. (dub.)

GETHRANGADA, vet. Teut. apud Willer. compreſſus, *gedrongen*, & *drang* Belg. (*Gedräng* eſt Germanis, quod Gallis preſſe, turba conferta.)

GETIMBRIT, ædificatur Gloſſ. Lipſ. (*gezimmert.*)

GETOCON, adjiciam Gloſſ. Lipſ. (dub.)

GETOVOWURTHE, obrigeo Gloſſ. Lipſ. quaſi *doof-worde*: *doof* enim non tantum eſt ſurdus, ſed etiam vita & ſpiritu carens; *dove colen* carbones extincti, mortui: obrigens etiam ſurdus fit.

GE-

GETRIMBEDO, fabricatus Gloss. Lips. *trimb*, *trim* hodie Britannis adhuc affabre. (Germ. hodie *zimmern*.)

GETUGEL, linguosus Gloss. Lips. quasi *getungel*, *tunge*, *zunge* lingua.

GETUNFT, pactum Gloss. Lip. (inquirendum.)

GETUWING, GITHUE, disciplina Gloss. Lips. a *thue* premo, ut puto: est enim disciplina quædam compressio. Forte etiam à Germanico *thuen*. (Malim esse a *twingen*, *zwingen*, quod est cogere.

GEVERTHE, VERTHE, iter Gloss Lips. à *vare*. proficiscor. *Geverte* hodie Germanis viæ comes. GEVINSO, visito Gl. Lips. (inquir.)

GEWEDE, vestimenta Gloss. Lips. *waet* adhuc Belgis idem; *lynwaet*, Germanis *leynwad* vestitura linea, *ae doden waden* Frisonibus & quibusdam Belgis, vestire mortuos.

GEWEIGIT, vexatus Gloss. Lips. (hodie *gewiget* Sax. exercitatus, quasi varibus casibus jactatus.)

GEWESANNUSSI, substantia Gloss. Lips. a *wesen* esse, subsistere; uti & inde substantia Latinis.

GEWISSO, etenim, enim Gloss. Lips.

GEWITTI, scientia Gloss. Lips. *Wit* Britannis adhuc intelligentia, ingenium. *Witte* prudens Sax. consentiunt *wissen* scire, *wissenschafft* scientia, *guiscard* olim astutus; *weisheit* sapientia.

GE-

GEWUNST, *gewin*, Gloss. Lips.

GEZELT, Willeramo juxta MS. Vossii, & quidem rectius meo judicio, quam in editione Merulæ *gezheit*, tentorium. *Gezelt* hodiernis Germanis adhuc tentorium significat, *telte* Belgis quibusdam, præsertim Flandris idem: *tille* quibusdam Saxonibus ponticulus, ejusdem originis, quia, ut & tentoria elevati sunt pontes; *tillen* Saxonibus adhuc adlevare, attollere, *tilt* Britannis etiam simile quid est, quod tentorium. Unde illis *tilt-boate* cymba, quæ tentorio est tecta usu Belgis *l* in *n* est mutatum: nam *tente* nunc nobis est tentorium (ita origo est à tendo, tentorium, tente, telt, gezelt, sed *tillen* forte aliunde, est enim *erzielen*, *tilen*, producere, itaque de artificio producente, ædificatione. *Tilen* sunt asseres pro ædificiis.)

GIAGA LEIZON, cura, curatio Achil. Gassar. (inquir.)

GICISCO, Otfrido est ex relatu intelligere, inaudire: *vereischе*, *eischе* Sicamb. Clivensibus, & aliis quibusdam Teutonibus adhuc significat intelligere & inquirere: *eischen* iisdem est petere: *geziſche* hodie sibilus est serpentis.

GIDIURTO, Otfrido tempus, aut duratio temporis, *geduiricheit* hodie (*gedauret* Germ. quod duravit.)

GIDOLO, GITOLO, superbio Gloss. Lips. for-

forte ab Hebræo גָּדַל gadal, magnum esse in Piel גִּדֵּל giddel, superbus sibi videtur magnus esse (An consentit *Eitel* de vano.)

GIDUE, facta, virtutes, Gloss. Gassar. (thuen, facere.)

GIFNAH, Otfrido sequor, consequor, nisi esse debeat *gifuah*. (*angih-nah*, eo post, sequor.)

GIFTI, benignitas, liberalitas, Gloss. Gass. *gifte* hodie item fere, nempe donum *gabe*, gäben est dare.

GIGERODA, paravit Gloss. Lipsii à *garo*, vel *garwe* paro, *göre* Suedis & Danis adhuc est facio, paro, ago: *gerningar*, acta.

GIHANTA, Otfr. permitto, *gehenge* hodie Belgis (*verhengen* Germanis, permittere, *verhengnis* fatum permittens.)

GIHEITA, GIHETA, vota Gloss. Lipsii, promissa, *verheisse* adhuc Germanis promitto est.

GIHELTON, GIHALTON, Otfrido est custodire, servare, pascere, *halten* tenere, *erhalten*, servare hod. Germ.

GIHOGAT, memoratus Gloss. Gassar. *geheuget* Belgis (Germani fere amiserunt hoc in usu communi.)

GIHUGI, memor sis, Gloss. Gassar. *geheuge*, hodie Belgis.

GIHUGNUZZE, memoria, commemoratio, Gloſſ. Gaſſari, *geheuchniſſe* hodie Belgis.

GIKLEIPO, Otfrido videtur eſſe comprehendo, concipio, quaſi Belg. *vatten* dicimus. Et ſimilitudinis quid videtur habere cum Græco κλέπτω, id eſt furto capio.

GILANGER, Otfrido eſt frater: ignoro, à qua origine, niſi forte, quaſi contingens (propinquitate ſcilicet) ἐξόχως dicatur, *gelangen, belangen* Germanis & Belg. adhuc attinere, attingere eſt. Et nulli ſe magis attingunt, aut ad ſe invicem, propinquitate attinent, quam fratres.

GILARI, Otfrido videntur eſſe cubicula, manſiones, penetralia, vel ſimile quippiam. *Galarien* hodie Belgis & Gallis porticus, ut & Britannis, forte ab iſto *gilari.* (dub.)

GILIH, GIRISTLIH, congruus Keroni. (gleich.)

GILITO, Otfr. dirigo, *geleite* Germ. *geleide* Belg. (comitor, conduco, *geleite* conductus.)

GILUMPHLIH, GALIMFLIH, veter. Teuton. eſt decenter, decens, conveniens. Hinc adhuc *glimpf* German. *glimp* Belg. decentia, convenientia.

GIMARSO, GOMARO, mirifico, Gloſſ. Lipſ. (Ergo *mirum* & in Teutoniſmum influxit.)

GI.

GIMEINO, Otfrido communico. Hinc Germ. *gemeine* & *gemeinſchafft*, Belg. *gemeinſchap*, *gemeenſchap*, communio.

GIMERRE, MERRE, Otfrido ſignificare videtur corrumpo, certe Britannis adhucdum *matre* corrumpo eſt.

GIMIKILO, magnifico Gloſſ. Lipſ. a *mikil*, magnus.

GIMINSO, diminuo Gloſſ Lipſ. *minder*, minor. Belg. *mindere*, *gemindere* minuo.

GIMUATI, MUATI, Otfrido aliquando eſt convenienter, convenientia, item aptus, idoneus & aptitudo, Germanis *gleichmäſſig* & Belgis *gelykmatich* eadem fere ſignificatione, *meet* Britannis (*muthen* Sax. inf. Anglis *meeting* eſt conventus.)

GIMUATO, animi tranquillitas, animoſitas Otfrido, item animo pacatus, *muth* Germanis, alacritas, *moet* Belgis, *wel-gemoet*.

GINADO, veter. Teuton. verbaliter eſt uſurpatum, ſum gratioſus, clemens: jam *genade*, & Germ. *gnade* tantummodo accipitur nominative. Unde formamus verbum per adjectionem *be*, ut: *begnade*, *begenadige* Belg. gratioſus ſum, gratiam confero. *Nade* erat veteribus, quod jam eſt *genade*, ut adhuc Suedis Danisque *nate* idem: & addito *gi* ab hoc nomine factum veteribus verbum. Vide *Nade*.

GINOZA,

GINOZA, Otfrido est consors & socius itineris, comes, *reisegenosse*, Belgice *reisgenote*, *geselschap*, (vid supra *Genodo*.)

GINRO, gigno, Gloss. Lipsii quasi genero.

GINUAGI, Otfr. significat satis, & animi optatum. Sic *gnug* Germ. *genoch*, & *genoegen* Belgis.

GIO, GIHO, confiteor Gloss. Lipsii *geho* Otfrid. (Germ. *gicht*, *urgicht*.)

GIPHISOTA, vet. Teut. apud Laz. lacerus, quasi hodie Belg. dicas *geveest*, a *vese*, extrimentum lanæ vel lini (*fasen*, *fäsel*, Germanis eodem sensu.)

GIPO, pateo Gloss. Lipsii *gape* Belg.

GIRATI, consultus, Gloss. Gassari, *geraden* Belg. hodie, *raledik*.

GIRESTIT, *requietus* Gloss. Gassari, *gerustet* hodie Belgis, *gerastet* Alemannis quibusdam.

GIRI, veter. Teuton. avaritia, quasi *geerte*, nunc *giricheit* Belgis, & *giren* adhuc est avare aliquid cupere; *gyrmage* avidus stomachus, *gyr*, *geier*, vultur, ab avida natura.

GIRIHTI, instructio, Glossar. Gassari. (*gerücht* hodie de fama, *gericht* de judicio.)

GIRIHTNUSSI, refectio Gloss. Lipsii vel, ut opinor, reparatio, a *richte* erigo.

GIRIHTON, Otfrido idem, quod indicare,

docere : *berichten* Germ. *onderichten* hodie Belgis.

GISCURGO, expello Gloſſ. Lipſ. (inqu.)

GISIDALEN, deponere, Achil. Gaſſar. forte idem quod hodie Belg. *geſetelen*, *ſetelen*.

GISITHO, mos, conſvetudo Gloſſ. Gaſſar. quaſi hodie diceres *geſedenheit*. *Sitten* Germanis, *ſeden* Saxonibus & Belgis quibusdam adhuc mores.

GISIUNI, viſio, facies, Gloſſ. Gaſſar. (*das geſehen wird*, quod videtur *geſicht*.)

GISMEKO, SMEKO, uſurpatur Otfrido pro edo, *ſmake* Belgis, *ſchmecke* Germanis eſt hodie guſto.

GISTATO, loco, conſtituo Gloſſ. Lipſ.

GISTRITE, veter. Teut. apud Lazium contentio, hodie *ſtryt* Belgis & Sax. infer. Germ. *ſtreit*.

GISWIUNDON, accelerarunt Gloſſ. Lipſ. *geſchwinde* Germanis adhuc celer eſt.

GITHANG, Otfr. oratio. vide *Thingo*.

GITHIENO, Otfr. eſt mereor, *verdiene* Germ. & Belg. Imitantur hanc vocem è Latino Galli, cum *deſervir*, & Britanni, cum *deſerve* utuntur pro mereor.

GITHIGINI, Otfrido eſt familia, famulitium, a *thigan* famulo. Extra uſum nunc, quoad mihi ſuccurrit, in omni Teutoniſmo hæc vox eſt. (Ab eo videtur eſſe *dienen* ſervire, omiſſo

g, ut

g, ut ex *figand*, *wigand*, factus est *fiand*, *feind* hostis.)

GITHIGINI, bonitas, Gloss. Gassari, *deegelikheit*, *deuchdelikheit* hodie Belgis. *tugend* Germ. virtus.

GITHIZ, modestus, moratus Gloss. Gassari. (forte à *sitten.*)

GIU, jam Ker.

GIVARDO, præjudicium vet. Teut. apud Lazium. (*gevährde*, hodieque apud Germanos in juridicis formulis *sonder gevährde*, sine periculo, sine præjudicio, *gefahr* hodie periculum.)

GIVÉRE, GIVÉRI, libera Gloss. Lipsi. a *giverio*, libero. Otfridi editio Illyricana habet plerumque *genéri*, *genérien* eodem significatu: sed rectius judicarim *gevére* per *v*, quasi *gewere*, amoveo, defendo.

GIVERSUNTHDION, opportunitates.

GIUMO, palatus, Rabano Mauro. (hodie *gaume*.)

GIWENTO, GIWANTO, Otfrido est converto, resipisco, quasi *gewende*, quod Germanis & Belgis non est in usu pro conversione animi aut vitæ, sed pro eo utimur *bekere*, cum alioqui in rebus aliis *wende* & *kere* sint ejusdem significationis.

GIWERFUN, vet. Teut. apud Laz. collatæ Ecclesiasticæ. (*Gewerbe* hodie est negotium,

werben negotiari, ſpeciatim de his, qui militem conducunt.)

GIWERRE, Otfrido eſt bellum, tumultus, Britannis *warre*, Gallis *guerre*, Italis *guerra* idem. *Werren*, *wirren* Teutonibus quibusdam hodie etiam eſt intricare, perturbare, litigare, quæ omnia ſunt belli.

GIWILITTE, abundantia Gloſſ. Lipſ. (inquir.)

GIWITTENO, afflictus Gloſſ. Lipſ. (inquir.)

GIZEINO, ſignificatum, Gloſſ. Gaſſ. (*bezeichnet.*)

GLASSAZ, vet. Teuton. laterna, a *glas* vitrum, & *faz*, *vas*. Solent enim laternæ eſſe ex vitro.

GLAUNO, prudens, Gloſſ. Lipſ. (Germ. *ſchlau.*)

GLIDERI, lapſus, Gloſſ. Lipſii.

GLIDIR, lubricus Gloſſ. Lipſ. quaſi *glidich* Belgis, *gliden* adhuc lubricari, labi (*glat*, politum, lubricum, ut glacies. Conſentit etiam *glitſchen*, & Germ. *gleiten.*)

GNADA, pietas, benignitas, de Deo; Ker. *gnade*, *genade* hodie idem.

GOMEHEIT, humanitas, *gnad*, Gloſſ. Gaſſ. (inquir.)

GOMMAN, Otfrido maritus, paterfamilias eſt, quaſi *goed man*, bonus vir, Belgis *huis heer*, *goede*

goede borger, *yeman* Britannis quivis plebejus civis: & tales compellant honoris causa. *goodman Peter*, *goodman George*. *Gom* agnosco in *Bruydegom*. (*Gomman* Otfridi, & *yeoman*, Angl. videntur consentire, dubito an cætera. (Adde mox *Gomon*. Forte omnia ab *Homo*.)

GOMON, homo Gloss. Gassari. (add. prius *Gomman*.)

GORIHLIH, Otfrido videtur esse miser, deplorandus: *gorrich* certe Clivensibus & Geldris hodie adhuc est commiseratione dignus.

GOSCHEN, veter. Teuton. os, oris apud Lazium. Unde forte *cosen* pro loqui Belgis, quasi *gosen*, & *goser* Gall. pro eodem, & *gosier* pro gutture, aut parte oris interiore. (*Gosche* hodieque Saxonibus superioribus de ore, bucca, sed cum quadam significatione contemtus ejus, cui tribuitur, veluti cum alapam minantur, *auf die gosche schlagen*.)

GOUMAN, nemo Gloss. Gassari, quasi hodie *geman*, *geenman*, *gieman* nonnullis in usu.

GOUMAWIRKO, epulari Gloss. Lipsi. (inquir.)

GOUMEN, GOMEN, tenere, servare, Gassarus. (inquir.)

GROZZII, grossitudo, crassitudo Ker.

GRUNNI, Otfrido videtur esse terror, ploratus, stridor, vel simile quippiam. Fortasse

idem, quod Belgis *grynen*, *gryninge*. His non omnino alienum est Latinum *grunnio*, *grunnitus*, sonus porcorum, quando videntur indignari & quiritari. *Grunni* aliquando Otfr. quoque videtur esse caligo, obscuritas. (*Greinen* superioribus Germanis flere, est vox plebeja.)

GRUOVA, lacus Gloss. Lips. *grube* Germ. *groeve* Belgis adhuc fossa. (nempe *graben*, γεάφειν est sculpere, fodere.)

GUALLICHI, vet. Teuton. *guolike*, *guilike*, Gloss. Lips. honor, gloria, potestas. Inde forte Belgicum *goelick* pulcrum: honor enim & gloria res maxime pulcræ.

GUALLICHO, Otfrido valde, vehementer vel glorioſe esse videtur. *gewaltig* Germ.

GUNDFANO, Otfrido labarum, vexillum, signum militare, *gonfanon* olim Gallis; *fahne* Germ. hodiè, *vane* Belgis; *Gonfalonerius* in Italia pro signifero.

GUOLICAN SULINI, glorificabunt, Glossar. Lipsii. (quid si hæc ex gloria corrupta?)

GUOLICO, glorifico Gloss. Lips.

H.

HABERSTREICHET, veter. Teuton. vulpes apud Lazium.

HAFT, Otfrid. gravida, de fœmellis, forte ab *hefte*, vel *hechte*, id est affigo, recepto.

HAFTA, veter. Teuton. carcer, Gloss. Lipsat.

atque ita adhuc dici carcerem in Ubiis, addit Lipsius. vide *Hafte*.

HAFTE, Otfrido & carcer est: Belgis quibusdam & Saxon. *hefte*, *hecte*. (*Haft* hodieque Germanis carcer, detentio.)

HAILANCHA, occipitium Rab. Maur. (inquir.)

HAIRUWA, palatum Rab. Maur. (inquir.)

HALGA, veter. Britanno-Saxon. facer, & consecro, *heilig* hodie Germanis & Belg. *holic* Britannis. (forte a *heel* (totum) *heil* salus, ita, ut *heilig*, quod magna cura integrum salvumque servatur, ut sanctum olim Latinis.)

HALM, festuca Ker. (calamus, *halm*.)

HALOON, castrare Keroni. (inquir.)

HALTO, HALLO, salvo, servo Keroni. (*halten* hod. tenere.)

HALZE, claudus, Gloss. Gassar. *halte* Brit. Suedis, Danis idem. (Germanis nostris in desvetudinem venit.)

HARDO, valde, nimis, Glossar. Lipsii. (Hodie *hard*, durum.)

HAREET, clamat, *haremees*, clamamus Ker.

HARETUN, clamant, Gloss. Gass. (inquir.)

HARMAN, Otfrido videtur esse nocere, lædere: certe *harme* Britannis adhuc est noxa & noceo *Harma*, calumnia Gloss. Lipsii. Est

ſane calumnia maxima noxa. (*ſich härmen*, hodie Germanis eſt ſe affligere, mœrere.)

HATEGO, æmulatio Gloſſ. Lipſ. *haet* Belgis & Sax. infer. *hater* Brit. odium.

HATHA, veter. Britanno-Saxonibus nuncupo, *hete* hodie Sax. infer. & Belgis. (Germanis *heiſſe*.)

HATONGO, iracundia Gloſſ. Lipſ. (*Haten*, Saxonibus *haſſen*, Germanis odiſſe. *Haſſ* odium.)

HAUWEER, veter. Teuton. & Francis lorica ab *hau*, id eſt ictus, & *weer*, id eſt averto. (Eſt idem quod *hauberga*, *halsberga*, lorica, quæ collum tegit, ut *beinberga* tegit crura.)

HEFFAN, imponere de onere, Ker. (*heavre* Anglis ponderoſum)

HEFTE, imponat Ker.

HEGGE, vet. Teut. ſepes, materia, *hecke*, Germanis hodie, *hage* Sax. infer. & Belgis, *hedge* Britannis.

HEGISLICHUN, terribilis, Gloſſ. Gaſſar. vide *egislichon*, *egislike*. (hodie *heslich*.)

HEIDER, vet. Teut. clarus, ſplendens, perſpicuus, idem Saxon. *helder* Belgis. (*heiter* Germanis clarum, ut *hell*.)

HEIGER, pelicanus Gloſſ. Lipſ. *häger* hodie & Germanis avis nomen.

HEILE, vet. Teut. ſalve, *haile* Britannis, *heel* Suedis. Hinc Alem. & Belg. *heiland*, ſalva-

vator, ſalvere faciens, *heil* nobis ſalus. (*heel*, Saxonibus integrum, ut Græcis ὅλον.)

HEILICHO, ſalubre Ker.

HEILICO, ſanus Ker.

HEIMODI, & HEITMODI, furor Lipſii, quaſi *heitmoet*, *heetmoet* hodie Belgis diceretur, de animo æſtuoſo, fervido.

HEISSEN, vet. Teut. apud Willer. promittere, *verheiſſen* hodie Germanis.

HEIT, perſona Keroni. Neſcio, an inde Friſii ἐξοχως patrem vocent *heite*, quod unicuique perſona patris ſui ſit præcipue perſona quædam conſpicua.

HEITEO perſonarum Ker.

HEITINGA, vota; Gloſſar. Lipſii, atque inde forte (ut & Lipſius notat) hodie Gallicum *ſoubhaitter*, optare. (à *heiſchen*, *heiten*, petere.)

HEIZ, Otfrido ex ſenſu eſt aut notum, aut novum, aut calidum, *heis* Germ. fervidum.

HELFA, ſolatium, auxilium, Ker. *hülf* Aleman. *hulp*, Belgis.

HELINA, cubitus Rab. Maur. Germ. *Elle*. Hinc puto Belgis *ellen-booch*, quaſi *helin-boogh* pro eodem. *Helen* apud Saxones infer. ſunt compedes equorum.

HEOFONLICA, veter. Britanno-Sax. cœleſtis, *heavenly* Britann. hodiernis. (*Häven* ho-

dieque Saxonibus inf. cœlum visibile, forte à *heben*, elevare.)

HERA, ERA, antea, corona; Ker.

HERA, HEREN cilicium, quasi *hare*, id est pilus, Gloss. Lips.

HERASUN, Otfr. frequens pro huc; ab *here* Aleman. Belgisque hodie *hier*, Britannis *here*, hic, & à *sun* particula, significans motum ad locum. (*hehr-zu*, huc, Germani pronuntiatione distingvunt, *heer* exercitus, *hehr* huc, *her* vel *herr* dominus; sed non bene distingvunt Scriptura, secundum quam *hehr* posset esse exercitus, *här* vel *hær* huc; & *herr* dominus.)

HERBERGA, vet. Teut. castra, ab *here* exercitu, & *berge* recipio, servo, hodie *heer-leger*; *herberge* autem jam est Germanis Saxonib. Belgis diversorium, *albergo* Italis. (*herberga* fortasse, non ab *heer*, sive *hehr*, exercitu, sed *her* sive *er*, particula, & *bergen* tegere, ut sit, quod tegit, recipit.)

HERDUOM, HERTUME, vet. Teut. Princeps, nobilitas, quasi hodie dicas Belgice *heerdom*, dominatio.

HERISTO, senior
HERIRIN, seniori
HERIRONO, seniorum
} Keroni. (*Erste* est prior, anterior, *eher* anterius.

HERIZOHON, Duces Gloss. Gass. hodie *Herzogen* Germanis.

HE-

HERO, HORO, HORWE, veter. Teut. lutum, Gloss Lipſ (hodie deſuetum.)

HEROST, HERESTON, præfectus Gloss. Gaſſar.

HEROTI, dominium Gloss. Gaſſ. quaſi *herrſchafft* Germanis, *heerſchappie* Belg.

HEVODE, poſſeſſio Gloss. Lipſ. (hod. *habe.*)

HIERA, HERA hic Gloss. Lipſ.

HILU, abſconde Gloss. Gaſſ. hodie Belgis *heel*, *hele*, *verhele.* (add. *Hiluh.*)

HILUH, Otfr. celo, *verhehle* hodie Germanis, *hele* Belgis. (Etiam Saxones, *es iſt mir nicht hehl*, non habeo occultum. Item *der häler iſt wie der ſtäler*, occultator æquatur furi. add. *Hilu.*)

HINNOUILI, viſcera Rab. Mauro. (inquir.)

HINTERQUEMO, Otfrido eſt reminiſcor, quaſi retro venio, quod reminiſcentiæ eſt. Significat etiam circumdo ſepe, vel muro.

HINTERSCRENCHI, tergiverſatio apud Lazium: *hinter* Aleman. & Saxon. *behind* Britannis adhuc poſt, retro, *ſchrencken*, *ſchrancken* Belgis, *ſchrinke* Britannis adhuc varicare, abſcedere, recedere (*ſchrancken* à devaricatione tignorum.)

HIRET, cervus, Gloss. Lipſ. *hert* hodie Belgis, *hirſch* Germanis.

HIUN, HAN, illis Gloss. Gaſſar.

HIU-

HIUTU, hodie Ker. *heute* Germ. *huiden* Belgice.

HIUUISCE, familia Gloſſ. Lipſ. quaſi *huyſche*, a domo.

HIZ, IZ, veter. Teut. id; *het* Belgis, *es* Germanis, *it* Britannis.

HLAHTAR, riſus Ker. quaſi *lachter* hod.

HLAUFFO, curro Ker. *lauffe* Germ.

HLOSO, auſculto Ker. (*lauſchen, luyſtern.*)

HLOTHU, præda. Gloſſ. Lipſ. forſan ab *holo* veteri, hodiè *hohle* & Belg. *hale*, id eſt aufero, fero, adfero. Sic *Hludovic* ſcribebant pro Ludovico. *Lotu* præda, quæ ſorte contigit. vid. Lipſ.

HLUTRE, veter. Britanno-Sax. purus ſine mixtione, *lauter* hodie Alemann. *louter* Belgis.

HLUTTREISTER, clamoſus Ker. (*lautſchreier.*)

HOCHTUODI, captivitas Gloſſ. Lipſ. (dub.)

HODON, teſticuli, Rab. Mauro.

HOLCZGANGEL, veter. Teutonib. lupus apud Lazium, forte quaſi *holzganger*, quod ambularet & viveret in ſylvis (Lazius quasdam habet voces, quæ videntur factitiæ, ex lingua vagabundorum rott-welſch.)

HOLD, vet. Teut. *holt* Saxon. *houd* Belg. fidelis, omnino fidelis; *houd en trou*, Belg. quaſi bis fidelis. *Houde*, *holde* Belg. *halte* Germ.

Germ. est teneo. Igitur hæc vox sumitur, quasi tenax ejus, cui fidus quis est. (*Hold*, *huld* Germanis bene affectus erga aliquem. *Holdseelig*, amabilis, jucundus. *Huldigen* fidem promittere, est promittere animum bene affectum.)

HOORSAMII, obedientia Ker. (ab audientia, ut etiam obedire.)

HORECHE, Willer. auscultо, *horche* Germ. *hurke* Flandris adhuc perusitatum pro eodem, *harke* Britannis & vet. Fris.

HORO, HOROUUE, stercus Gloss. Lips.

HORRAMUR, audiamur, Keroni. (*hören* audire.)

HORSCOIN, vehemens, Gloss. Lips.

HORSKI, industria, Ker.

HORUGEBRUADER, Otfrido est leprosus: vox illius ævi. (inquir. forte à *horouue*, fœdo, de quo supra.)

HOSC, HOSCE, HOSCOUI, illusio, subsannatio, Gloss. Lips.

HOTTE, veter. Teuton. incedo, progredior apud Lazium. Hinc puto adhuc vox illa aurigarum, qua compellant in Saxonia & Belgio equos suos, cum eos instigare volunt ad incedendum *hott*, *hottó*. Nec errare me putem, si dicam, Belgis quibusdam hinc adhuc remanere, *het en wil niet hotten*, res non vult procedere. *Hotte* sunt hodie micæ caseariæ per coctum

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 10;Leibn. Marg. 10, [351] - 93
PUBLIC DOMAIN

ctum ſerum commeantes in provinciis Brunſvicenſibus, (*Hotte* aurigis præſertim in ſuperiore Saxonia eſt dextrorſum, *Schwude*, ſiniſtrorſum. Add ſupr. *Forthoro.*)

HREINII, caſtitas, mundities Ker.

HREINO, caſtus, mundus Ker. (hod. *Rein.*)

HRINAN, caſtigare Ker. (inquir.)

HUBIT, apud Lazium, *haubit* Ker. caput, *haupt* Aleman. *hooft* Belgis, *head* Britan.

HUDA, Willeramo tugurium: *hütte* German. & Belg. *hut* Brit. ab *hude* Bel. & *hide* Brit. tego, abſcondo, ſervo.

HUE, quis Gloſſ. Lipſ. *wie* Germ. Belg.

HUFFELON, vet. Teut. apud Willer. genæ, colliculi. Genæ quaſi colliculi in facie. *heuvelen* Belgis adhuc colliculi. Hinc *hufflattig* tuſſilago, quia colliculos amat. (à *heben*, elevare.)

HUFFPHI, clunes, coxæ, Rabano Mauro, hodie *heupen* Belgis. (*hüfte* Germanis.)

HUGE, Willer. memor ſum, *heuge* hodie Belgis.

HULPILOS, inops Gloſſ. Lipſ. quaſi *hulpeloos* hodie.

HUNDEFLIGA, cynomya, *hundesfliege*, Germ. *hondsvlige* Belg. Gloſſ. Lipſ.

HUORO, Otfrido proprie eſt mœchor, adulterium committo; *hoor* Suedis Danisque adhuc idem. Hinc *huhre* Germ. *hoere* Belg. *whore* Britannis meretrix. HUR-

HURSGHIT, Otfrido videtur esse exstinguit, Belgice *leschet*.

HUSEL, veteribus Britanno-Saxonibus est Sacramentum Cœnæ: puto, proprie esse mysterium, quod jam est Alem. *geheimnis* & Belgis *heimnisse*; ac uti *heimnis*, uti & *heimlick*, mysticum, tectum, ab *heim* domo est, sic *husel* ab *hus*, quod Teutonibus quoque est domus.

HUUABBAN, (forte *hwarban*) redire Ker.

HUUANTA, quare Ker. *Wente* Westfal. id. (*wente* Saxonibus interdum quandoquidem.)

HUUARABES, redeas Ker. alia dialecto *warbes*; inde *warvel*, *wervel*. (Germ. *Wirbel*) verticulum, spondylus, à vertendo, & in sese redeundo, ut puto.

HUUASLIHE, efficaciter Ker. (*wäslich*.)

HUUASSI, sagacitas, Keron. aliis *wassi*, quasi acumen ingenii: nam *wasso*, *vasso* acutus. (*wissen* scire.)

HUUELIHEMUS o, quilibet Ker.

HUUELIHO, quis, Ker. *welcher* Aleman. *welcke* Belg. *wilcke*, *quilke* Scotis, *which* Anglis.

HUUEMu, cui Ker. *weme* Saxon.

HUUENNE, quando Ker. *whan* Britan. *wanner* Belgis. (Germ. *wenn*.)

HUUEO, qualiter, Ker. *wie*, Germ. idem. (Saxones quidam inferiores pro *wie* dicunt *wo*.)

HUUIALIHHY, WEALIHNIS, qualitas Ker.

Ker. (quasi diceres *welchnis*, quæ foret vox Metaphysica non mala.)

I.

JAGELIH, JEGELIH, quivis vet. Teut.

JAGERE, fœnerator, Gloss. Lipſ. nisi forte legendum sit venator.

JAGILICH, quisque Gassaro, *jeglich* Germanis, *jegelick* Belgis idem.

JAGIWEDAR, quivis quisque Gloss. Gassar. (Germ. *iegweder*.)

JAMAN, Otfrido aliquis, *jemand* Germ. *jemen* Belg.

IBEWANDA, suspicatus, Gloss. Lipſ. a *wano*, existimo, suspicor.

IBU, si Ker.

JEHT, Willer. etiamnum; *ietzunder* Alem. *jet* Britannis.

IEMER, æternum Gloss. Lipſ. *immer* etiam German. & Belgis aliquando pro semper capitur, præsertim *immer meer*, *ever* Britan.

JEWESCON, EWISCON, æternus Gloss. Lipſ.

IH, ego Ker.

ILANLIHHO, festinanter Ker.

ILCA, YLCA, vet. Britanno Saxonib. idem: hodie obsoletum.

ILIGO, vet. Teut. festine, cito; *ilich* Sicamb. Clivensibus, *eilich* Saxon. super. *ilico* Latinis idem: *ile* Sicambr. festino verbaliter: affinia omnia.

ILUNGI,

ILUNGI, festinatio Ker.

IMBIZ, refectio, prandium Ker. *inbiten, ontbiten,* Belgis proprie est jentare, *inbyt*, *ontbyt*, jentaculum.

IMBIZZEN, reficere, epulari Ker.

IMBOT, mandatum vet. Teut. *gebot* hodie.

IMU, ei, Ker.

IM UNTAR IM, sibi invicem Ker.

INAU, eum Ker.

INDATI, malefacta, peccata, *unthaten, ondaden* parentibus nostris, Gloss. Gaffar.

INDI IOH, }
INDI, } atque Keroni.
INDI ROH, }

INDINI, INDI NOH, neque Ker.

INENTHES, vet. Teut. dum, donec, *hintdies*, *hentdies* hodie.

IN EWIN, in æternum Ker.

INGENO, veter. Teuton. machina, instrumentum: *engin* hodie Gallis idem: *engiaire*, qui peritus est parandarum machinarum, *ingenieur* vulgo.

IN HERIST, IZ ERIST, imprimis Ker.

INKANGUM, ad Kalendas Keron. Alii Teutones dixere *ingangum*, quasi introitus, (ut ego judico) quia Kalendæ introitus sunt mensis.

INNERONTHINGON, inferiora, Gloss.

Lipſii, quaſi *in-neere dingen.* (*neer* à *nider*, *neder* inferius.)

INNETHRON, viſcera, Gloſſ. Lipſ.

INNOTO, INNOTI, etiamnum Gloſſ. Gaſſar.

INSTUANDO, INSTUANO, Otfrido intelligo, *verſtehe* Germ. *verſtae* Belg. *onderſtand* Brit.

INTERETA, dehoneſtabat, Gloſſ. Gaſſar. *entehrete* hodie Germ. *onteerde*, *onteerede*, Belgis.

INTFAHO, excipio Ker. (*empfahe* hod.)

INTFIANGIN, acceptus Gloſſ. Gaſſ. Belgis *ontfangen.*

INTHABANII, aſſumtio Keron.

INTHABE MIH, Otfrido, commoror, habito, Belgis *onthoude my.*

INTHABO, ſuſtineo Ker.

INTHEKO, Otfrido, revelo, *ontdeke* hodie Belg. *entdeke* Germ.

INTHIN, Otfrido ſi, *indien* Belgice.

INTHUCTI, conſcientia, Keroni, quaſi *inheuging* Belgis diceretur. (Germ. *andacht*, attentio.)

INTLOHHAN, Keroni, *intlucon* Gloſſ. Lipſ. aperire, referare. (quaſi *entlocken*, *lok* eſt clavis.)

INTMACHO, disjungo, Ker.

INTRAHHO, excuſo Ker. ab *int* (hod. *ent*, *ont*)

ont) privandi & *rahha*, causa, culpa. (*rache*, ultio, pœna, *rechen* ulcisci.)

INTSEZZO, degrado Ker. *entsetze* hod.

INTSPRENITAZ, ablactatum Ker. nisi forte sit *intspenitaz:* certe *ontspenen* hodie Belg. ablactare est. (Germ. *entwehnen.*)

INTSUABAN, Otfrido est vitare, fugere, vel simile.

INUNU, itaque Ker.

IN UNWIZZIN WISAN, est Otfrido dæmoniacum esse, quasi hodie dicas *in onweten wesen.*

IO, semper, Gloss. Lips.

IO BIN, sum Gloss. Lips. *jo* Clivensibus, Geld. Saxonibus adhuc in usu pro utique.

IOH, nonne, nunquid, Gloss. Lips. ac Keroni.

IOH AUH, sed & Ker.

IOH AUH IBU, etsi Ker. quasi dicas *end oft ok sy.*

IOHH, jugum, Ker. *joch* hodie Germanis & Belgis.

IOURDHAY, vet. Teut. hoc anno, apud Lazium. Forte *jor*, *jour*, id quod hodie *jar*, *jaer*, annus. Inde per *enallagen* significationis puto, Gallis *jour* dies, & à *jourdhay* Gallicum *jourdhuy* vix dubitanter dixerim; mutata paulum, sed tamen non absimili significatio-

tione. Italis etiam ab hac profapia erit fuum *jorno*, dies.

IR, Otfrido ex.

IRBOLGONO, celo, abfcondo, Gloff. Gaff. forte *irborgono*.

IRELILENTE, Otfrido peregrinus, extraneus, ab *ire*, *ir* ex, & *lente*, id eft regio.

IRFANGO, increpo Gloff. Lipf. (dub.)

IRFERRO, obftupefacio Gloff. Lipf. *ververre* hodie Belgis eft terreo. (*fich verfehren* Sax. eft terrore corripi.)

IRGAZE, vet. Teut. oblivifcor, Aleman. *vergeffe*, Belgis *vergete*, *forgett* Britannis.

IRKOBORON, Otfrido videtur effe accipere, confequi, recipere; *recover* Britannis, Gallis *recouvrer*, obtinere, non tantum recuperare. Unde *vercovreren* etiam quibusdam Belgis.

IRLESGO, Otfrido exftinguo, deleo, *leſche*, Germanis & Belgis hodie. (*Erleſchen* de eo dicimus, quod fponte extingvitur.) Videtur quoque aliquando Otfrido effe frui, confequi.

IRMUAIT, Otfrido fatigatus, *veroeit* hodie Belgis.

IRQUEMUN, terreri. Gloff. Gaffar. quafi Germanice diceres *verkommen*, *fich verjagen*, Saxones inferiores eodem fenfu dicunt.

IRQUICKO, excito Gloff. Lipf. *erquicke* Germ.

IR-

IRRUORO, commoveo, Gloss. Lips. *verrore, beroere* Belg. adhuc idem (*rühren*, Germ. commovere, liquorem agitare.)

IRSCABORON, Otfrido est abripere, adimere, auferre, vel simile quid.

IRSCAL, increpuit Gloss Lips. (*schelten* hod. increpare.)

IRSCALLO, increpo Gloss. Lips. *geschàl* Belg. adhuc crepitus, sonus.

IRUA, sua, *iro* suis, Ker.

IRWELLU, Otfrido, suscipio, eligo, *erwele* hodie Alemannis.

IRZUANAMO, assumo Ker. *herzunehme.*

ISARNAZZASA, ferramenta Ker.

ISARNO, ferreus Ker. quasi *eisern.*

ITAL, vacuus Ker. *idel* Belg. (*eitel* Germ.)

ITLONO, retribuo Ker. *ontlone* Belg.

ITLOT, retributio Ker.

ITWIZ, opprobrium Ker. (inquir.)

IU, jam Otfrido.

IUIH, Otfrido vos, *ju* Saxon. & quibusdam Belgis, *jow* Britannis.

IUNGIZT, ultimus Ker. (*jüngste* hod. eodem sensu, etsi propriè significet maxime juvenem.)

IUUERU, vestra Ker. (*Euure* Germ.)

IZ, id Otfrido, *het* Belgis, *it* Britannis, *es* Germanis.

K.

KABET, KAPET, oratio Ker. (dub.)

KAGANAN, obviare, quasi *gegenen*, *tegenen*, hodie *begegnen* dicitur.

KAGANHORIUO, obaudio Ker.

KAHIRZO, concordo, Ker.

KAL, vet. Britanno-Saxonib. voco. Idem adhuc hodiernis Britannis: *Kallen* Belgis quibusdam est loqui; affine καλεῖν & Græcis vocare, accersere est. (An huc *chaland*.)

KALIDO, discedo, Ker. vid. *Farlido*.

KALIZIUN, caligæ Ker. (jam olim vox Gallica vel Celtica, quæ Cajo Cæsari nomen dedit.)

KANAP, pecten, Ker. hodie *Kam*.

KANGO, ambulo Ker. (*gang* incessus, hodie.)

KANKAR, peregrinus, quasi *gangar*. (incedens.)

KAPFAN, Otfrido aspicere, *gaffen* Alem. *gapen* Belgis, *kapen* Sax inferior.

KAPLUAN, verberare Keroni. vide *Bluan*.

KARGE, veter. Teuton. onero, forte à *carre*, ist est carruca, quasi carrucæ imponere: *charge* Gallis & Britannis hodie adhuc idem, *carico* Ital. *cargo* Hispanis.

KARTÍLING, parens, *kartilinga* parentes, *kartilingun* parentibus accentu in secunda, (ut opinor) syllaba, Ker. quasi *getéeling*, id est genitor; *telen* antiquitus, & Saxonibus infer. Belgisque adhuc est gignere; forte ab He-

bræo

יָלַד jalad genero, per inverſionem, ut Scriptura Hebræa nobis legeretur more noſtro: tum enim dalai eſt in Piel יִלֵּד jilled deli.

KARWE, induo Ker. unde *karwecamer*, *garwecamer*. (*gercamer* Hanoveranis, locus ille, ubi Sacerdotes miſſales induunt, veſtiuntque ſe ad miſſam.)

KASEWAZZAR, ſerum, Ker. quaſi hodie dicas *Käſewaſſer*, id eſt aqua caſei; eſt enim hoc ſerum: *Wey* hodie dicitur Belgis. Wakicke

KAST, hoſpes Ker. *gaſt* communiter etiam hodie.

KASTLUAMLI, hoſpitalitas, Ker.

KASTLUAMO, hoſpitio utor, Ker.

KASTREUUI, ſtramenta, Ker.

KASTREUUITIU, lectiſternia, Ker. quaſi *geſtroyede*; *ſtroyen* Belgis adhuc ſternere.

KATALLE, veter. Francis & Teuton. bona propria; *kateilen*, *katélen* Belgis quibusdam, *kattel* Britannis pecudes. (an à catulis? ut etiam *vieh* de bonis omnigenis, etſi proprie de animalibus. Sic pecunia à pecude.)

KAUGRO, vaco, Ker.

KAUKULAR, vet. Teuton. præſtigiator, *gauckler* Alem. *keugheler* Clivenſ. *guicheleer* Belg. *yugler* Britan.

KAWISSIM CITIM, certis temporibus Ker. (*zu gewiſſen zeiten.*)

KEABENTER, contentus, Ker.

KEARNEEN, mereamur Ker.

KEARNO, mereor Ker. (inquir.)

KEBSE, KEVESE, KEVITSE, vet. Teut. pallaca, concubina, hodie *Kebs-Weib.*

KEDANCHA, cogitatio Ker.

KEDUUINGE, coërceo Ker. *zwinge.*

KEDUUNGANO, restrictus Ker. (*gezwungen* hodie.)

KEFALDO, explico, Ker. *valden* Clivensib. *volden* Saxon. inferior. *vouden*, *vouwen* Belgis, *falten* Alem. plicare.

KEFREISOT WESAN, periclitari Ker. (risque, rifico periculum.)

KEHABO, abstineo Ker.

KEHIUKKEN, demonstrare Ker. (inquir.)

KEIL, elatus, Ker. (inquir.)

KEKARUWE, exhibet Ker.

KEKAT, pertinet, Ker. (inquir.)

KEKREMITER, irritatus Ker. à *kremo* irrito veteribus. (hod. *grim*, ira.)

KELA, CHELA, guttur, Rab. Mauro.

KELEISINO, imitor Ker. vid. *gelihsino.* (*gleichner*, *gleisner* hypocrita.)

KELIMFO, concedo Ker.

KELLERA, promtuaria, hodie *Kellers*, Gloss. Lipsi.

KELTAN, reddere, Ker. (*gelten*, *vergelten* recompensare.)

KEMAHHO, jungor, socior, forte inde hodie

die *maker*, *macher* Belgis pro ſocio. (dub.)

KEMEZLIHHAN, moderari, Ker. *gemäſſigen.*

KEMPFAN, militare Ker. unde adhuc Germanis *kämpffen*, Belgis *kempen*, *kampen* pugnare, *kampioen* pugnator.

KENEIZZO, affligo, quaſi *beneide*, id eſt invidia perſequor.

KENÉMO, (quaſi *giname*) invoco Keroni. (proprie nomino)

KEPARKO, reſervo Ker. quaſi *geberge.*

KEPEOTAN, jubere, Ker. *gebieten* Alem. *gebiden* Belgis, *bid* Britannis.

KEPLATER, inflatus Ker. *platen*, *blaten*, veteribus flo, ſufflo, *blaſen* hodie, inde *bladder* Belg. *blatter*, Alem. puſtula.

KEPOT, imperium Ker. *gebot* hodie.

KEPRET, trabs, Ker. quaſi *gebrét.* (dub.)

KEREHTII, vindicta, Ker. quaſi *gerechte*, id eſt jus, æquum: vindicta enim eſt jus injuriæ. (vindicta eſt *rache.*)

KERISIT, condecet Ker. convenit. (inquir.)

KERNII, diligentia, ſolicitudo, Ker. *keare* Britan. diligentia, ſolicitudo, item cura, nec diſſimile ipſum Latinum *curo.*

KERNISS, devotio, Ker. à *keran* ſolicitum eſſe, quia devotio fit cum ſolicitudine.

KERNLIHHO, diligenter Ker.

KERO, cupio, Keroni, *gere* adhuc Belgis idem, *gern* libenter Germ. *chero* Hiſpanis, convenit carus, *cher*.

KERTu, virga, Ker. *gerte* Aleman. *gerde*, *garde* Belgis.

KERYFFO, arripio, *greiffe*, hodie Germ. *grype* Belg.

KESAZTO, deputatus Ker.

KESCUAHTE, calceatus Ker. (*geſchuet*.)

KESPANAN, ſvadere Ker. (inquir.)

KESPANO, cohortor, Ker.

KESPANST, ſvaſio Ker.

KESTEGO, ango, forte à caſtigo, Gloſſ. Lipſ.

KETEMPRAN, temperare Ker.

KETTI, Otfrido videtur eſſe loculus cadaverum, vel arca lapidea, vel ſepulcrum.

KEVERA, bruchus Gloſſar. Lipſ. hodie *Käfer*.

KEVETSKINT, KEEBSKINT, vet. Teut. nothus, ſpurius.

KEUNNIUAZZAN, occupari Ker. quaſi *geunmoeten*, id eſt ſine otio eſſe; *muazo* antiquis *müſſe*, hodie *muuſſe* Germanis, *moete* Belgis tantundem, ac otium.

KEWIHTER, benedictus, conſervatus, Ker. *geweyheter*, hodie. *gewide* Belgis.

KEWISSO, KAWISSO, certus, certe, Ker.

KEWRAHTI, merita Ker.

KE-

KEZELIT, deputatus Ker.

KEZELO, imputo Keroni.

KEZIMBRI, materia, Ker. nempe ligna, & alia ædificationi apta. *Zimmern* adhuc Aleman. *timmeren* Belg. eſt ædificare, *timber* Britannis hodie adhuc idem plane, quod Keroni hic eſt *kezimbri.*

KIDANC, cogitatus, Ker. (*gedanke.*)

KIDEUUIT, digeſtus Keron. Hodie *verdauen* Germanis, *verduwen*, *verdouwen* Belgis digerere, tam de cibo, quam de indignatione dicitur.

KIGHUETO, dictus Ker. (*queden* Sax. loqui.)

KIHALTIDU, obſervantia Ker.

KIHALTO, ſervo Ker. *erhalte* hodie.

KIHUCTOLIHHO, ſolicite Ker. quaſi *geheuchlik*, *mit gedancken*, id eſt cum attentione, recordatione: nam ſolicitus memor & attentus ad id, quod agendum.

KIHUUORBAN WESAN, reverti, Ker.

KIHUUORVANISSI, converſio Ker.

KIHWERABO, converto Ker. diverto.

KIMAHHO, GIMAHHO, apto, aptus, idoneus Ker. (*gemächlich*, hodie commodum.)

KIMO, *germen*, Gloſſ. Lipſ (*keimen* Germanis, conſentit Gallicum *cime.*)

KINNI, CHINNI, mentum, Rab. Mauro. (hodie *kien.*)

KI-

KINOZSKAFFI, consortium Keroni, quasi *Genosschafft*.

KINUSTILLE, inquieto Ker. quasi *geönstille* hodie Belgice dicas. (Est enim *stille* quietum.)

KIPARAC, abscondo, Ker. *geberge* hodie Belgis.

KIPPO, compes, Gloss. Lips. *cippus* Latinis, *cip*, *kip*, quibusdam Belgis. Inde adhuc *cippier*. (vulgo perperam supier.) Belgis pro custode carceris, *ceps* Gall. hodie.

KIRECHIDA, expositiones Ker. (inquir.)

KIRIDA, concupiscentia, Ker. quasi *gerida*, desiderium.

KIRIHTIDA, correctio Ker.

KIRIHTO, corrigo, quasi *gerechte, zu rechte bringen* idem. (Germ. *richten*, *einrichten*.)

KISACHAN, objurgare Ker. quasi culpam imputare; *sabha* culpa, causa.

KISEZZIU, ordo, dispositio, Ker. (*gesez.*)

KISHIHTII, storea, Ker. (*küssen*, culcitra, coussin.)

KISIHTI, aspectus Ker. (*gesicht* hodie.)

KISTANT, fixus, Ker. *beständig* idem fere Germanis & Belgis.

KISTATO, colloco, Ker.

KISUAHHIDA, discussio Ker. (inquir.)

KISUNTO, sequestro, Ker. (inquir.)

KITAAT, actus, factum, Ker. (*ge-thât.*)

KI-

KITULDO, celebro, Ker. (inquir.)

KIVANGAN, repetere, Ker.

KIWALTIU, poteſtas Ker. *gewalt* hodie.

KIWIHTU, ſacratus Ker. *geweyhet.*

KIWIHTUO, ſacrata, Ker.

KIWIZZIDU, ſcientia, Ker.

KIWONE, ſoleo, unde Belgis *gewoonte*, ſolitum, conſvetudo, *i wont* Britannis adhuc in uſu pro ſolebam *yow wont*, ſolebas. (Germ. *gewohnheit*, conſuetudo.)

KIWONIN, ſolito, Ker.

KIZZE, veter. Teuton. agnus capellæ, capella, *kid* Britannis.

KLAGO, cauſor, queror, Ker.

KLEINO, Otfrido eſt purus. Vox hæc in reliquo Teutoniſmo fere obſolevit; Britannis tamen *kleave* adhuc eſt purus, mundus: tum verbum *kleinſen*, *klenſen*, cribro liquida mundare, Belgis adhuc in uſu.

KLEIPO, vide *Cleipo.*

KLEKON, Otfrido ex ſenſu videtur eſſe aut tædere, aut eſſe videri.

KNAO, Otfrido eſt cognoſco. Ei affine Britannicum *knowe*, *kenne* hodie Alemannis & Belgis.

KNIU, CHNIU, genu Rab. Mauro, *Knie* hodie Germanis & Belgis, *Knee* Britan. *genuil* Gall. *knåå* Suedis, γόνυ Græcis: affinia omnia.

KO-

KOBEL, vitta, tegmen ſuperius, idem Alemannis, *Kovel* Belgis. (*Kobel-Wagen* olim dicti currus tecti.)

KOCKE, vet. Teut. gallus gallinaceus; *gock* adhuc quibusdam Alemannis, *cocq* Gallis & Britannis hodie, *kokkert* etiam Belgis aliquando.

KOKARE, pharetra, Gloſſar. Lipſ. hodie Germ. *köcher*, Belgis *koker*, *pylkocker*.

KOLP, veter. Teuton. & Francis ictus, apud Haiminsfeldium, &, ut dicit idem, Alemannis quibusdam adhuc hodie *kolb* pro eodem. *Coulp* & *coup* Gallicum haud dubie inde: *Kloppe* Germ. & Belgicum ico, ferio, affine, *klop* ictus, *colpo* Italis.

KORAN, exquirere, probare, Otfr. *kören*.

KOSE, GEKOSE, loquela vet. Teut.

KOSON, loqui, fabulari Otfrido, *koſen* Belgis pro eodem. (*cauſer*, à cauſa vel *coſa*, re.)

KRAFT, CHRAFT, virtus Ker. hodie Belg. *kracht*, *kraft* Sicamb. & Saxonib. (Anglis artificium *handicraft*.)

KREMO, fuit veteribus irrito. (à *grim*.)

KREPINDE, reptilia Gloſſar. Lipſ. quaſi *cruypende* hodie vel *kriechende*.

KRIEDO, cognoſco Gloſſ. Lipſ. forte à credo, quia fides eſt firma cognitio.

KROZDARM, extales Rab. Mauro.

KUATLIHE, glorior, Ker. (inquir.)

KU-

KUMIGO, Otfrido eſt æger, morbidus, debilis, deplorandus: *Kuymen* adhuc quibusdam Belgis eſt gemere.

KUMO, vix, difficulter vet. Teut. *kaum* Aleman. *koum* Saxonibus adhuc idem.

KUMON, Otfrido flere.

KUNNI, vet. Teut. genus, progenies, conſangvinitas; *Kind*, *Kinderbed* Britan.

KUOSMEER, butyrum, Gloſſ. Lipſ. quaſi adeps vaccæ; *ſmör* Suedis.

L.

LAHCHIDA, medicamina, Ker. (inquir.)

LAHHAN, linteum Ker. *laken* Belgis hodie; item pallium Keroni.

LAISE, veter. Francis & Teuton. apud Lazium, ſinus.

LAMA, piſcina, veter. Teuton. apud Paul. Diaconum. *Lama* Latinis veteribus lacuna, apud Feſtum. *Lamen* quibusdam Belgis tueri, conſervare.

LANCHA, ilia, Rabano Mauro.

LANCHON, lumbi, Ker. *loenjeu*, *loenje* hodie Belgis, *loings* Gallis, *loines* Britannis. *Lenden* alioqui Belgis communiter ſunt lumbi. Hinc puto *flancqs* Gall. & *fianco* Ital. pro latere, quia lumbi ad latus, & hinc *flanquer*, *flanqs* Gall. *flanckeringe* Belg. pro latere propugnaculorum.

LANTSCEFFI, provincia Ker. *landſchafft* Aleman. *lantſchap* Belg.

LANTWALTON, Otfrido præfecti provinciarum.

LAP, ora veſtis, Gloſſ. Lipſ. (Germanis *lappe*, lacinia.)

LATHO, invito, veter. Teutonib. *lade* adhuc Aleman. & Saxonibus pro eodem uſitatiſſimum, at Belgis in nullo uſu: iis *lade* eſt onero currum vel navem. *Lado* I, Otfrido voco, accerſo. (*Beladen* etiam Germ. onerare.)

LAUGA, flamma Ker. *laey* Belgis *lagon* Suedis Danisque. (Germ *lohe*, hodieque)

LEBO, dego, Ker. vivere eodem ſignificatu ſumitur omnibus prope nationibus Teutonicis.

LECNO, lectionum Ker. forte *leczno*.

LECZEOM, lectiones Ker.

LECZUN, capitula Ker. librorum, ut puto, quaſi *leſſen*, lectiones.

LEERA, inſtrumenta Ker. (inquir.)

LEGERSTAT, cubile Gloſſ. Lipſ.

LEIB, veter. Teut. panis, *loof* Britan. idem adhuc, nempe panis aliqua formata maſſa: *klaf* Saxonibus, qui ante 1000. annos vixerunt, tam in Anglia, quam alibi, item erat panis. *Libum* Latinum affine *leib* veteri. *Leib* forte quaſi vita ἐξοχως: nam panis fulcrum præci-

præcipuum, &, ut S. ſcriptum loquitur, ſcipio vitæ. (*gleba* Slavis panis.)

LEISANO, imitor Ker. vide *gileiſo*, *kaleiſo*. (*gleiſner*.)

LENDIBROTON, renes Rab. Mauro. (inquir.)

LENTI, renes Ker. (inquir.)

LEOTH, lumen Ker. (*Licht*, hod.)

LEPERA, LEPSA, labra Gloſſ. Lipſ. *lippen* hodie, *leſſa* Keroni.

LESTERLIHHER, reprehenſibilis Ker.

LETISTON, noviſſima Gloſſ. Lipſ. *letſten* hodie: forte ſuperlativum à *late*, *laet*, ſerus.

LIB, converſatio, Ker. *leben* Alem. *leven* Belgis, *life* Britannis eodem modo ſumitur.

LIBBAN, partiri Keroni. (*kleven*, *ſpalten*, *clobe* Anglis.)

LIBLEITA, annona Ker.

LIBLEITON, alimenta Ker.

LICHE, veter. Teut. placet Belg. *dat gelycke my wel*, id eſt hoc placet; *ilike*, *i do like*, *it doth like mee* idem. *Liken* tamen Belgis eſt ſimilem eſſe.

LICHIZER, Otfrido hypocrita.

LICHTFAZ, vet. Teuton. *lampas*, quaſi hodie *licht-vas*, vas luminis.

LIHHAMUN, corpus Ker. *leichnam* Germanis, *lichaem* Belgis.

LIHHISARRO, Sabaitarum Ker. puto, item Sibaritarum.

LIHHITOD, mora Keroni.

LIHISAR, Sarabaita Kero. Puto esse debere Sibarita, id est mollis, delicioſus: tales erant Sibaritæ. Et sic simile erit nostrum *lecker* hodie, id est delicioſus. *Lichery* puto Britannis esse ingluviem; affine.

LIMPHIT, Otfr. decet, convenit. Vide *Gilimpho*. (inquir.)

LINEBERGA, veter. Teut. apud Willeramum, fulcrum superius sedilis, cancelli alicujus, aut clathri, quasi hodie diceremus, *leneberge*, a *lene*, *line* innitor, & *berge* servo, præservo.

LIOBLIHHO, Otfrido amanter, amabiliter, *lieblich* Aleman. & *lieflik* Belg. *lovingly* Britannis.

LIPPANTI, parcenti Kero. etsi forte legendum sit partienti. vid. *Libban*.

LIRNE, disco, Ker. *lere* Belgis, *lerne* Germanis & Britannis. *Lirne* item est meditor apud Keronem.

LISE, vet. Teut. lego, colligo, congrego, de omni re, etiam de hominibus: hodie Germanis & Belgis *leſen* est colligere, de rebus inanimis & fructibus.

LISNO, veter. Teuton. lenis, *liſe* hodie Belgis, & *liſelik* leniter: quia autem nomen pro-

proprium muliebre *Liſbet*, & contracte *Lys*, eſt ſimile *liſe*, ideo *Lys* & *Lysbet* uſurpant pro leni & tardo.

LIST, veter. Teuton. ars, ſcientia; hodie *liſt* plerumque in malam partem pro dolo malo accipitur.

LISTMEISTER, LISTAR, veter. Teuton. artifex.

LITE, veter. Franc. & Teuton. apud Lazium ſervus. *Litz* hodie Germanis, inquit Lazius, idem; à *liſſen*, *loſſen*, id eſt redimere vel ſervare. Alibi etiam Lazius & *latz* hodie Germanis dicit idem eſſe, à *laſſen*, id eſt ſinere. Neſcio, an hinc Britannis ſuum *lad*, puer, ſit, an ab Hebræo יָלַד jalad pario, vel יֶלֶד jeled puer per aphæreſin. (liti, litones olim, & laſſi, liberti.)

LIVE, LIB, vet. Teut. vita; Belgis *leven*, Alem. *leben*, *life* Britannis, & *live* vivo.

LIUMUNT, vet. Teuton. fama, celebritas; forte à *luyt*, id eſt ſonus, clariſonus, & *munt* os: fama enim quidam ſonus eſt oris. (Hodieque Germanis *leymunt*, exiſtimatio; *verleimen* calumniari.)

LIUTHI, Otfrido lux, luceo, *liecht* hodie Germanis & Belgis.

LIUWO, LEUWO, vet. Teut. conduco: *loue* hodie Gallis idem. (à locare.)

LOBDUAM, Otfrido laus, quasi *lobdum* Germanice diceretur.

LOCKIS, capilli, *locka* capillis; Gloss. Lipf. *Locken* Saxonibus & Belgis cirri capillitii.

LOOTH, LOON, merces Ker.

LOS, fors Gloss. Lipf. *los* & hodie Germ. *lot* Belgis.

LOSAN, auscultare Keroni. (*lauschen* hod.)

LOSING, dolus Gloss. Lipf. *loosheit* hodie Belgis.

LOSO, libero Ker. *erlöse* Germ. *verlosse* Belg.

LOTHER, vet. Teut. latro, voce non absimili.

LUAGO, vet. Teut. video, *loke* Britannis adhuc idem, ut & Frisiis veteri lingua sua propria utentibus.

LUCKO, falsus Ker. forte & *lucko* fallo, *liege* German. & Belg. mentior, *lügen* Aleman. *leugen* Belgis, & *lye* Britan. *lögnen* Suedis mendacium.

LUCTIKA, pusilla Gloss. Lipf. *lüttik* Saxon. inferioribus hodie adhuc pusillus. (*litzel* Germ.)

LUCUCUMIN, paulo minus, Gloss. Lipf. nos *luttel kenmin*.

LUDO, tono Gloss. Lipf. Inde *lude* Belgis, (*leüten* Germ.) campanas sonare, *luyt* sonorus, *geluyt* sonus.

LUI-

LUIKANTER, fallitur Ker. (inquir.)

LUKKA, vet. Teuton. foramen, *luccha* item; *loch* hodie Aleman. *lock* Saxonibus. Hinc non dubie *luik* Belgicum pro foramine navis aut tabulati. (Germ. *lücke.*)

LUME, veter. Teutonibus populus apud Lazium *luy*, *luyden*, *lien* Belgis idem.

LUNGUN, pulmo Rab. Mauro, *lunge* Germ. *longe*, *longer* Belgis.

LUOGINDA, LOUENDA, rugiens Gloſſar. Lipſ. *loeien* hodie Belg. rugire, boare.

LUSTIDI, delectatio Ker. *luſt* Germ. & Belgis.

LUSTIM, libet Ker. *het luſt* Belgis.

LUSZAM, vet. Teut. amœnus, hodie *luſtſam*, *luſtich.*

LUTCILMUATE, puſillanimus Ker. quaſi *luttelmœdigh.*

LUTRI, puritas Keroni.

LUTZER, vet. Teuton. purus, clarus, *lauter* hodie Alem. *louter* Belg. *lutter* Ker.

LUWETHU, præſtitiſti Gloſſ. Lipſ.

LUZZILO, LUTIKO, puſillus Gloſſ. Lipſ. *litel* Britan. hodie, *luttick*, *lutke* Saxonibus (inferioribus) *lyts* priſcis Friſiis idem, *luttel* Fland. paucus.

LYFUARA, cibaria, quaſi *lyfware*, Gloſſ. Lipſii. Putem ego, à *lyf* vita, vel corpus, & *fuara*, quaſi *für* ſive *voer*, id eſt alimentum.

M.

MAAZE, Willer. vel *ebenmaaze*, ut legit MS. Voſſii, comparo, parem facio: *match* Britannis adhuc in uſu pro conferre, componere, parem eſſe alicui. Notæ in Willeramum editionis Merulanæ quaſi à *mezen* vel *mäſſen* Alem. deduci verbum putant, id eſt metiri, menſurare, quod, qui comparatur, quaſi commenſuretur: nec vana etymologia eſt.

MACHO, jungo Ker. *intmacho* disjungo.

MALE, vet. Teut. quævis macula in re quacunque; Belgis jam proprie ea, quæ eſt in corpore. *Male* autem & *macula* valde cognata.

MAMMUNTI, Otfrido & Willeramo mollitudo, humanitas, ſuavitas morum, lenitas, manſuetudo.

MAMMUNTO, Otfrido videtur eſſe molle, lene.

MAN, Otfrido non modo pro viro, ut hodie Alem. Belgisque, ſed & pro homine uſurpatur: ſic & hodiernis Britannis.

MANAGII, multitudo Ker. *menichte* hodie Belgis, *menge* Germ.

MANAHEIT, munuſcula Ker.

MANCREFTE, MEGINCRAFT, MEGINCREFTI, majeſtas Gloſſ. Lipſ. quaſi *manns-krafft* Germ. *manskrafft* Belg. fortitudo viri. (*Megincraft* differt à *mans-krafft* & ſignificat ma-

majorem quandam seu sublimem potentiam & convenit Majestati.)

MANE, veter. Teut. moneo, quod affine est; hodie non nisi compositè *vermahne* Aleman. & Belgis pro moneo in usu est. *Mane* Germanis & Belgis est exigo.

MANEGE, veter. Britanno-Sax. plurimi, *menige* hodie Belgis, *many* Britannis hodiernis.

MANGEN, maxillæ Gloss. Lips. forte erit *wangon*. Certe Germanis Belgisque *wangen* sunt genæ, maxillæ.

MANIRE AD MALLUM, Lazio teste, fuit veter. Francis in Lege Salica, in jus vocare, *manire*, hodie *manen* monere est, *mallum* cœna vel prandium, *mael* hodie. Judicibus enim actor cœnam præbebat usque ad litem finitam; cujus tum sumtus adjudicabantur ei, qui causa cadebat. (mallum non cœna est, sed locus conventûs, inde translatum ad convivium.)

MANNIHLIH, vet. Teut. quivis, quisque *ieder mennichlik* hodie.

MANODO, mensis Gloss. Gassar. *monath* German. *manet*, *maent* Belg. *month*, *moneth* Britannis, μὴν Græcis.

MANSLAGO, homicidium apud Otfrid. *manslacht* veter. Holland. *manslaughter* Britannis.

MARC, medulla R. Mauro. Hodie *march*,

mergh Belg. *marck* Saxon. *marowe* Britan. *mergh* Suedis Danisque.

MARI, celebris Gloss. Gassar. etiam celebritas, fama, *mare* Belgis.

MARUN, celebrare Gloss. Gassar. *vermaren* Belgis idem. (*mähre* Germanis fama.)

MAYR, veter. Teuton. Dominus apud Lazium; item supremus alicujus loci; *maire*, *majeur* hodiernis Gallis, *mayour* Britannis consul aut aliàs præcipuus. (translatum etiam ad patrem familias, & hoc sensu in inferiore Saxonia Emphyteutæ prædiorum appellantur *Mayer*.)

MAZARA, veter. Teuton. ensis equestris, Gallis usitatus. *Messer* hodie Aleman. *mes* Belg. culter, gladius, μάχαιρα Græcis haud dubie ejusdem originis.

MEINAN, Otfrido videtur esse annunciare, vulgare, divulgare, quasi dicas *gemeinen*.

MEINO, Otfrido quoque videtur esse vulgatio, annunciatio.

MEISTER, maximus Gloss. Lipsi. *meeste* Belgis.

MEISTRATUAM, magisterium Ker. quasi *meisterthum*.

MELM, pulvis Gloss. Lipsi. Idem hodie Saxon. inferior. *mulm*, *molm* hodie Belg. attritura ex ligno, vel simili molliore materia (à molendo *mülen*, *malmen*, *zermalmen*.

MEN-

MENDEN, SICH MENDEN, vet. Teut. gaudere, lætari, exultare.

MENDISSE, lætitia, exultatio Gloss. Lips.

MENNISKO, Willer. homo, *menscb*, Alem. *menſche*, *menske* Belg. *menniske* Suedis & Danis.

MERA, major Ker. *meerder* Belgis idem, ſed *meer* nobis eſt plus, amplius, etſi vulgus *meerder* etiam pro amplius abutatur.

MEROD, mixtum, mixtum poculum Keroni.

MERRON, Otfrido eſt contriſtare, unde Gallis adhuc ſit *marri* triſtis; aut perdere, corrumpere. Unde Britannis adhuc *marre* perdo, corrumpo. (*merry* Angl. Add. *Morno.*)

METAMUNSCEF, medioeris, Ker. (*mittelmäſſig* hodie.)

MEZ, modus, menſura, *maſs* Alemann. *maet* Belg. *meſure* Gall. & Brit. Hebr. מַד mad, מָדוֹן madon, מְשׂוּרָה meſuhrah, etiam menſura. Affinia omnia.

MEZHAFTIU, menſuratus, moderatus Ker.

MEZZINTI, pendens Ker. Credo de animo dici, quaſi dubitans; quaſi Belgice diceretur *middende*, quaſi in medio ſententiæ pendens, ἐν δοιῇ Græce.

MIAS, menſa Ker. (an à Latino?)

MICHIL, MICHOL, veter. Teuton. magnus, totus, omnis, multus; unde & *michelik*

lik Clivenſ. & Sicamb. omnis, *al te michelike mael*, omnino omnes, totaliter omnes. In vet. Chron. Rhytmico libr. 3. cap. 47. *Ginder komt op ons een michel dict. Mikhel* Scotis magnus quoque hodie eſt. *Gimiliho*, magnifacio Gloſſ. Lipſ. à *mihil*, magnus. (μεγάλη magna, Græcis.)

MIDAN, latere Ker. hodie *meiden*, *miden* eſt vitare.

MIDDELOTHE, Willer. medium, mediétas, quaſi jam diceres Belgice *middelte*.

MIETE, Otfrido conduco; *miede* Clivenſibus, & *miethe* Saxonibus adhuc in uſu, proprie de famulis & operariis. (imo Germanis etiam de ædibus, equis & aliis.)

MIH, me, Ker. *mich* Alem. *my* Belg. *mee* Brit. pronunciant, ut Belgæ *my*.

MIHILU MER, multo magis Ker. (quaſi diceres, multo plus vel magnopere plus.)

MIHILU MIN, multo minus, Ker. (eodem modo.)

MILLU, miliare Ker. *myl*, *myle* Belg. *mile* Brit. *meil* Alem. a mille paſſibus originarie, ſed Germanis quadruplum circiter.)

MILTZI, ſplen. Rab. Mauro: *miltz* Aleman. *milte* Belg. *milta* Italis.

MIN, ne, Keroni.

MINDENNE, nedum, Ker.

MINEOWEHT, nequicquam Ker. (dub.)

MIN

MIN HWAZ UNMEZ, ne quid nimis, Ker. quasi dicas, *niet wat onmatich.*

MIN HWENNE, nequando, Ker.

MINNIRA, minor Ker.

MINNO, Willer. amo, *minna* amor, *minne* Belg. amo & amor.

MINSIU, minime Ker. (satis consonant Latino. Habemus hodieque *minder*, *minste*, minor, minimum.)

MISK, vet. Teut. misceo, *mische* Alemannis מָסַךְ masach Hebr. & in Piel מִסֵּךְ missech.

MISSI, erro, male Gloss. Gassar.

MISSIDUAT, delictum Ker. *missethat* hod. Germ. *misdaet* Belg.

MISSILIHHO, diversus, *missilihhem* diversis Keroni. (hodie *mislich* Germanis est de re mala, vel certe suspecta.)

MISSITUAN, delinquere Ker. *missedoen* hodie.

MIT, cum, apud, Ker. *met* hodie Belg.

MITHEWARA, Willeramo videtur esse suavis, mitis: *medewaerdich* hodie Belg. idem significat. (consentit Latino mitis.)

MITHEWISTE, Willer. non est conscientia à *mede* cum, & *wete* scio, ut explicat & transfert editio Merulæ; sed præsentia à *mede* cum, & *wesen* esse: Sic sensus postulat. Vide *Samawista.*

MITHONT, Otfrido videtur esse modo, jam

jam modo, vel ſimile quid. Si bene obſervetur, compe i tur, eo fere ſenſu ab Otfrido vocem hanc ſumi, quo nobis hodie *met* in tali ſermone; *met quam ick angaen:* ut forte noſtrum *met*, hoc ſignificatu non tam præpoſitio ſit cum, quam truncatio quædam hujus *mithont.* (*mithand*, ut hodie *zur-hand*, ad manum, id eſt ſtatim.)

MITTILOD, medius Ker. (quaſi *mitled.*)

MONDOHSO tantum, Keroni. (*Mand*, dialecto Misnica hodie, id eſt, tantum *nur.*)

MORKANE, manè Ker. Belg. *huiden morgen.*

MORNO, Otfrido videtur eſſe, triſtis ſum. Certe *morne* eſt Britannis triſtem, mœſtum eſſe. (Etiam Gallis tale quid ſignificat. Add. *Merron.*)

MUADEE, laſiſcat, Ker. Puto legendum laceſcat. (dub.)

MUAS, MAZ, Otfrido cibus, res eſculenta, Britan. *meate*, Suedis *maat*, Belgis quibusdam *miet* idem, ματύη Græcis delicatus cibus, *mattya* Latinis, *mete* veter. Britanno-Saxonib. *muſs* Saxonibus eſt plus, *maz* Thuringis ruſticis genus acidi caſei fluentis, cadis conditi.

MUATER, mater Ker. *moeder* Belgis, *mutter* Alem. *mother* Brit. μήτηρ Græcis.

MUA-

MUAZI, otium, Gloss Gassar. *musse* Alem. *moete* Belgis.

MUFFELA, veter. Teuton. manica, chirotheca hyberna, *moffel*, *moffe* Belg. *muffe* Saxon. *moufle* Gallis. (Apud Chymicos & rei fusoriæ peritos *muffel* est operculum cupellæ seu catini separatorii: itaque est quod tegit.)

MUNDIBUR, vet. Teuton. tutor apud Lazium, *momboor*, *mondbor*, hodie Belgis; forte quasi *mundtbeur*, quod pupilli os gerat in eo defendendo. Nam cum pupillus extra tutelam est, ipse sibi os est, & tum dicitur *mondich* Belgis, id est quasi dicas oratus, os habens.

MUNIH, monachus, Ker. *munnik* hodie Belg. *munch* Alem. *monke* Brit.

MUNISTER, monasterium Ker. hod. *münster.*

MUOD, mens, Gloss. Lips. hodie *muth* Germ. *moet*, *gemoet*, Belg. *muat* Keroni.

MURMULODI, murmuratio, Ker. *murmererringe* hodie Belgis.

MURMULON, murmurare Ker.

MUSI, lacerti, Rab. Mauro: si bene scriptum est.

MUTE, præmium, merces, veter. Teut. apud Lazium. Hinc puto, Hollandis aliisque quibusdam Belgis *moete* (vulgo *moeite*, sed male.) *maken van yet*, id est pro re aliqua mercedem dare, proprie pro opera aliqua præbi-

bita. (*Muthen*, vicinum τῷ *miethen*, quod est conducere, subarrhare. Qui fodinam metallicam à se inchoandam profitetur, & de ea quodammodo investitur, is dicitur jure metallario *muthen*. Conductores publicorum redituum superioribus Germanis ad Rhenum & Danubium dicuntur *Mautner*. Germanis *anmuthen* est alicui aliquid faciendum proponere.)

N.

NABULO, umbilicus, Rab. Mauro, *nabel* Alem. hodie, *navel* Belg. Brit.

NAGE'MO, videtur Otfrido esse posterus, *nachkomme* Germ. *nacomeling* Belg.

NAGO, veter. Teuton. equus vilior apud Lazium: *nag* Belgis & Brit. idem. (imo equus in solennibus productus, atque adeo non vilis dicitur Naccus in diplomate, quod Ducangius citat.

NAHEMU, vicinus Ker. quasi nahémich; *na* prope *heme*, *heim* domus. (*naheim*, cujus domus vicina, hodie *nachbar*, vel *nachbaur*, vicinus colonus.)

NAHHUDO, nudus, *nacket* Germ. *naeckt* Belg. *nakid* Britannis.

NAHTLOB, Psalmus nocturnus, Ker. (hymnus serotinus, nocturnæ laudes. Vox digna resuscitari.)

NAIO, pene Gloss. Lips. (Angl. *nigh.*)

N'ALES, Otfrido nullatenus.

NAL-

NALLES EININ, non ſolum Ker.

NALLESGIN, non jam Ker.

NAMUN, nomen Ker.

NATARA, Otfrido, ſerpens, diabolus. (*Natter*, hodie.)

NAUFFA, NOFFA, veter. Teut. feretrum, ſarcophagus, apud Haiminsfeldium.

NAVO, ſed, Gloſſ. Lipſ.

NE, NI, veter. Teut. neque, ne quidem, non.

NEFKIRI, avaritia Ker. à *kiran*, *geren*, Belg. id eſt cupere, avere. (inquir.)

NEHEIN, veter. Teut. nullus: *nien* Helvetiis; *nene* Saxon. inferior. *keiner* Alem. *gene* Belg. *none* Britan.

NEMMAN, appellare, Ker. *noemen* hodie Belgis, *nennen* Aleman. *name* Brit. *nommer* Gall. etiam nominare Latin.

NENDIT, Otfrido videtur eſſe accedit, appropinquat.

NENWIHT, nequam, Gloſſ. Lipſ. putatque Lipſius dici, quaſi *geen wicht*, id eſt nullius ponderis. Sed puto ego dici, quaſi *geen whit*, id eſt nihil plane, ſcilicet valens. (forte quaſi nullius ponderis, Anglo-Sax. olim *nithe* malitia, hinc opinor ductum. Add. infra *Niewiht*.

NEOK, nec, neque Gloſſ. Lipſ. quaſi *neok* non etiam.

NEOMAN, nemo Ker. *niemand* German. *nieman* Belg. *noman* Britan.

NEOWIHTMIN, nihilominus Ker. vide *niwehte.*

NERIANDO, ſalutare, liberator, Gloſſ. Lipſ. (*Nergend uſſer*, Anglo-Sax. antiqu. redemtor noſter.)

NERIO, Otfr. eſt libero, ſervo, tueor.

NERUKIAT, NERUOKIT, nolite, Gloſſ. Lipſ. *ne ruoki*, noli, ibid. quaſi ne cures; *ruoko* veteribus eſt curo.

NETHEN, NITHANA, Willer. infra, Belgis hodie *beneden*, *beneath*, Britan.

NEWANNE, veter. Teutonib. nunquam, *wanneer* Belgis eſt quando; *wan*, cum; *wenn* Alem. *when* Britan. quando & quum, idem *quand* Gallis. Omnia autem iſta nec prorſus aliena Latinis vocibus *quando*, *quum.*

NEWETHER, Willer. neque, *nether* Britan.

NICHTE, veter. Britanno-Saxonib. *nachta*, *nab*, vet. Teuton. *nacht* hodie German. & Belg. *night* Britan. *nuict* Gall. *notte* Ital. *natten* Sued. νὺξ Græcis, nox Latinis. Omnia affinia.

NI CHURIT, nolite, Ker. à *chuiro.* (ni fallor) curo, volo. *Keare*, & Britannis adhuc eſt curare (*küren* eſt eligere.)

NIDARSTEIGAN, deſcendere Ker.

NIEDE,

NIEDE, Willer. gratus ſum. Inde adhuc *niedſaem* Belgis quibusdam, amabile, gratum. *niedlich.* (Germanis hodieque de re concinna.)

NIEWERGIN, NIERGIN, usquequaque, Gloſſ. Lipſ. Otfrido videtur uſurpari pro nusquam, & Belgis *nergen*, *nergens*, adhuc eſt nunquam.

NIEWIHT, pravum, Gloſſ. Lipſ. (add. ſup. *Newiht.*)

NIEZAU, Otfr. uti, frui, *genieſſen*, Alem. *genieten* Belg.

NIHEINER, NOHEINER, nullus, Ker. quaſi *nicht einer.*

NIHILUH, Otfr. non celo, quaſi Belgice dicas: *nen hele ick.*

NINNEHT, NUUIEHT, non. Gloſſ. Lipſ.

N'IST, non eſt, Gloſſ. Gaſſar.

NIUN, novem, Ker.

NIUNTO, nonus, Ker. (hod. *neunte.*)

NIUNZEGOST, nonageſimus Ker. (hodie *neunzigſt.*)

NIUWI, nova, Ker. *nieuwe* hodie Belgis, *new* Alem. *newes* Brit. νέος Græc.

NIWEHTE, NIEUWEHTE, Willer. *neowieht*, *neowehti*, Ker. nihil, quaſi, *ni, ne, wat; no whit.*

NIWI, noviter Ker.

NIWICHEMO, novitius, quasi *nieugeco-men.*

NIWILLU, nolo, Ker.

NOHHEINUMEZZU, nullatenus, Ker. quasi *nach keiner masse.*

NORTHALVON, aquilonis, Gloss. Lipf. (*halben* hodieque Germanis de eo, quod aliquid respicit. *Seinet-halben*, in ipsius gratiam *deshalben*, hujus respectu: ita *nort-halben* foret, quod respicit aquilonem.)

NOSAN, impedire Gloss. Lipf. (inquirend.)

NOTAGAN, Otfrido videtur esse captivus, comprehensus, vel simile; Brit. *take*, Sued. *tage* adhuc est capio, prehendo. (*notagan*, qui necessitate seu coactus incedit, captivus trahitur.)

NOTDURUFT, necessitas, Ker. *noodruft*, Belg. *nothdurfft* Germ. necessitas & sufficientia. (quod sufficit ad necessitatem.)

NOTI, Otfr. non libenter, ægre, *noo*, *noy*, *node*, Belgis. (necessitate, & coactè.)

NOUANTHOG, veruntamen, Gloss. Lipf. (à *Novan* supra, *Nævo* sed, & *thog.*) hodie Anglis *though.* (tamen.)

NU, modò, Keroni; *nunc* Latin. *nung* Dordracenis Batavis, *nun* Aleman. νῦν, νυνὶ Græc. *nu* Belg. *now* Brit. Omnia affinia.

N'UBIZ, nunc etsi, Alem. *nu ob es*, Belgis *nu of het*, Gloss. Gassar.

NUI-

NUILA, vertex capitis, Rab. Mauro.

NUNIGELDE, vet. Teut. mulcta quædam pecuniaria, qua res furto ablata novies reſtituebatur; quaſi *nun* (novem) *geld* pecunia, apud Lazium.

NUNOH, adhuc, Ker.

NUTUN, poſſidere, *niet* poſſide Gloſſ. Lipſ. *nutten* Belgis & Sax. infer. hodie uti, frui.

NUZ, veter. Teut. *nuſz* Alem. *neut*, *noot* Belg. *nut* Brit. *noix*, Gall. *noce* Ital. *nueze* Hiſpan. Omnia affinia, ex Latino nux.

O.

OAHCHASA, aſcilla, Rab. Mauro, *for-oahchala* debet eſſe: certe *axel* Germanis, *oxel* etiam Belgis hodie eſt axilla.

OBA, OBANA, ſuper Ker. *oben* Alem.

OBEZ, Willeramo eſt omnis fructus arboreus; *obſt* Alem. *ooſt* Belgis.

OBONO ONTIKII, culmen, Ker. (inquir.)

ODEGUN, ſatur, dives, plenus, Gloſſ. Gaſſar.

ODHWILA, ODOWILA, forte Ker. (& *weil*, *etwan*, id eſt aliquando, forte.)

ODO, OTHER, aut, veter. Teut. *oder* Alem. *other*, *ether*, Britan.

ODWILA UNKIWARU, fortuito caſu, Ker. (*unkiwaru*, quod hodie Germanis *ungefähr*, pro quo dicere deberent *ungewär*,

quod non expectatur, vel cavetur, *unerwartet*: affine eſt Anglicum not. à *ware*.)

OFFANAN, publicare Ker. (*öffnen* dici ſolet, cum teſtamentum publicatur, aut epiſtola aperitur.)

OFFANLIHHO, publicus, publice Ker. *offentlich* Germ. *opentlik* Belg.

OFFENBURTZEL, felis, catus, vet. Teut. Swevis, apud Lazium. (vereor ne ſit vox factitia, *rott-welſch*.)

OFFENTUAN, pateſacere Ker. quaſi *offenthuen*.

OFTO, interdum, ſæpe Ker. *ofte* Aleman. & Britannis.

OKKERET, OCCERET, Willer. videtur, proinde tantum, ſolummodo, capi. Obſolevit plane hæc vox. (inquir.)

OORUM, aures Ker. hodie *ohren* Germ. Belg.

OPARAR, ſuperior, Ker. (*oberer* hod.)

ORDON, habitare, Gloſſ. Lipſ. (Anglo-Sax. antiq. *eardian*, habitare.)

ORLOGHE, bellum, *orloghan* bellare vet. Teut. apud Lazium. Idem adhuc plane Belgis.

ORTFROM, auctor Ker. quaſi primus factor, ab *ort* ſignificante initium, principium & *fruamo*, *fromo* (*frame* hodie Brit. *vorme* Belg.) facio, conficio. Ubi notandum, quod cum particula *ord*, *ort*, affine quid habeant *orior*, *or-*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 10;Leibn. Marg. 10, [390] - 132
PUBLIC DOMAIN

ordior Latina, quæ etiam initia & principia denotant. Sic varia alia ſunt vocabula, quæ Teuton. & Belgis ab *or* pro *ord*, *ort*, euphoniæ cauſa, incocantur, in quibus *or* aliquam ſignificationem initii aut principii habet: *Orſake* cauſa, quaſi prima cauſa; *orſprunk* ſcaturigo, quaſi initium fluxus, fluminis. *Ooraene* abavus, principium generis, quaſi *oraenhere* proavus. *Oorhave* Sicamb. & Saxonib. origo, principium, uti & Kilianus notat. *Oor* pro herede (unde *hoir* Gall. pro eodem) etiam affine quid habet cum hac initii ortusque ſignificatione (imo, aliunde.) *Or* tamen & aliam, in variis aliis vocibus, Belgis habet ſignificationem, reſpondentem veterum Teutonicorum particulæ *ur*; de qua poſtea in *ur* agemus.

OTAKER, dives, Keroni. (An ergo hinc Odoacer?)

OTMUAT, humilitas, Gloſſ. Gaſſari, *ootmoet* hodie Belgis, ab *ot* antiquo, vilis, & *muat* animus, ut bene obſervant notæ in Willer. Merulanæ. *Od* Britannis adhuc eſt vilis, nihili. Servantur adhuc Belgis hujus quædam reliquiæ in voce *olik*, *oyelik*, nihili, nullius pretii, quaſi *odelik*. Qui autem humilis eſt, ei animus eſt vilis.

OVEN, vet. Teut. ſupra, *obem*, Alem. *bovem* Belg. quaſi *be oven*; ut *beneden*, *above* Britannis.

OVERTHRUZE, Willer. tædium, *verdriez* Alem. *verdriet* Belgis (*überdruſs* hod. Germ.)

OUGHAN, EROUGHAN, Willer. *oigho*, *augho*, Gloſſ. Lipſ. oſtendo, quaſi dicas *ogen*, ante oculos ponere. Affine eſt hodiernum Belgicum *t'ogen*. (Hodie *zeigen*, oſtendere.)

OVIRANUNGISCOHT, ſupervacue Gloſſ. Lipſ.

OVIRHORIGA, prævaricantes Gloſſ. Lipſ. (*ober-hörend*, inobediens, auribus transmittens.)

OVITA, pomorum Gloſſ. Lipſ. (ab *obſt*.)

P.

PADE, ſemita Gloſſ. Gaſſ. *pat* Belg. *pfad* Aleman.

PALDAN, præſumere Ker. quaſi *bolden*, *bouden* Belg. vide *Baldo*.

PANKHERT, ſpurius, Laz. (*bankert*, hodieque uſitatum.)

PARAFRETEN, veter. Teut. angariare, apud Lazium (id eſt equum exigere.) *Parafredus* de equo occurrit.

PARN, puer, filius Ker. alias *barn*; haud dubie à *bären* gignere: Brit. & Friſ. *barn* hodie idem בַּר Chaldæis eſt filius.

PAUCHAN, BAUCHAN alias, adnuere Ker. quaſi *beaugen*, *beögen*.

PAZ, melius Ker. *baſſ* Alem. & quibusdam Belgis *baz*, *bet* vulgo.

PEDI,

PEDI, vestigium, Gloss. Gass.

PEITAN, exposcere Ker.

PENZZEN, vet. Teut. stomachari, apud Lazium, qui & Austriacis idem adhuc esse asserit.

PEREG, BERG, hodie Alem. & Belg.

PETLIN, videtur Otfrido significare tramitem, semitam, *pat* hodie Belgis, *petlin* Germanis quibusdam diminutivum à *pat*. (semita.)

PEZZIR, melior Keron. *besser* Alem. *beter* Sax. infer. & Belg. *better*. Brit.

PHUOZ, pes Rab. Mauro, *fuss* hodie Alem. *voet* Belg. *pied* Gall. *fote* Brit ϖδς Græc. Omnia affinia.

PI, pro, ad, per, Ker. (propter.)

PIACHSTABE, litera Ker. *buchstabe* Germ. hodie, *boeckstave* Cliv. Saxon. & quibusdam Belgis.

PIBOT, mandatum Ker. (*gebot* hodie idem, forte legendum *Gibot*.)

PICURT, cinctus Ker. quasi *begürtet*, succinctus.

PIDACHAN, operire, Ker. *bedecken* hod. Germ. & Belg.

PI DIU, eo, quod, Keron. *bithiu*, Rhytmogr. (*bey dies*, id est, propter hoc.)

PIFALDAN, provolvere Ker.

PIFEHALEN, committere, commendare, Ker. (*befehlen* hod. idem.)

PIFINDUNGU, experientia Ker. *befindung.*

PIGIHTI, promiſſio, ſponſio Ker. (etiam *beichte* confeſſio aſſonat.)

PIHALTIDI, obſecratio, Ker. (dub.)

PIHUCTI, ſolicitudo, Ker.

PIHUCTIGAER, ſolicitus Ker. vide *Kahuctii.*

PIIUUFFAN, mergere, Ker. (*βάφειν*, mergere.)

PIKIRNEEM, cœperint Ker. (*beginnen*, incipere.)

PILADI, exempla Ker. (*Bilad* exemplum, id eſt *bild*, forma.)

PILADI, forma, Ker. *bild* Alem (add. *Piladi* exempla.)

PILAD QUEDAN, verbi gratia Ker. proprie exemplo dicendi.

PILDE, vet. Teut. ſimulacrum, apud Laz. *bild* hodie Alem. *beelt* Belg.

PILIBAN, manere, Ker. *bleiben* German. *bliven* Sax. infer. & Belg.

PILIDAN, formare Ker. Alem. *abbilden*, Belg. *afbeelden.*

PILINNAN, ceſſare Ker. forte quaſi *belinden; linde* Belgis quibusdam remiſſus, *linderen* remittere (*pilinnan*, ſive wilinnan, eſt *weilen*, ceſſare hod. *verweilen*, *weile* eſt mora.

PILOCHANEEN, incluſi Ker.

PILOH, clauſura, clauſtrum Ker. quaſi *belok*, *lok* hodie Britannis eſt clauſtrum, & claudo, *luiken*, *toeluiken* Belgis quibusdam claudere. (*lok* eſt clavis.)

PIMENTARE, Willer. aromatarius. Idem fere Latinis pigmentarius.

PIMENTON, vet. Teuton. apud Willer. aromata. Idem Hiſpanis. (à pigmento; pigmenta enim ſeu colores aliis mercibus exoticis nomen fecêre.)

PINNAN, ligare, affigere Ker *pinnen* Cliveni. acicula quid affigere, *pin* Britan. idem, & acicula ipſa. Alem. binden

PIPORAGEEN, cavere, Ker. (inquir.)

PIPORAKAMES, cavemus Ker. vid. *Poraken*. (*befurchten*.)

PIPORAKEN, pavere, Ker. (*befurchten* hod.)

PIQUEMAN, provenire Ker. (*beikommen*.)

PIRCK, mons, Ker. (hod. *berg*.)

PISAUFFEN, abſorbere Ker. quaſi *bey ſauffen*.

PISCOUUAN, conſiderare Ker. *beſchouwen* Belgis.

PISMERAN, irridere Keron. vid. *bismeri*. (*besmieren*, *besmizzen*, eſt aliquem fœdare, macula aſpergere.)

PISPRAHHI, detractio, Ker. obtrectatio, ac si dicas *beyſſprache* hodie.

PISPRÉHHAR, detractor Ker.

PISUERRAN, obſecrare Ker. hodie *beſchwehren* adjurare Germ. id eſt vehementer, velut per juramentum petere: cui ſimile Latinum *obſecrare*, quaſi ſacro, *ob ſacrum*, petere.

PISUICHANER, deceptus Ker. f. deceptor. *beſchwicken* pro decipere vulgus Sax. infer. hodienum uſurpat.

PITEILAN, privare Ker. *bedeilen*, *misdeelen* hodie Belgis.

PITERBAN, expedire, utile eſſe, Keron. *derven* Belg. neceſſe eſſe, *bedürffen* egere Aleman. (Hinc *biderve man*, unde factum *biderman*, vir utilis, bonus.) ſup. Bitherve p. 23 +

PIUURUHTI, merito Ker. *bei recht*, propter jus.)

PIWERAN, PIWARTAN, Ker. prohibere, *weren* hodie Belg.

PLATAN, flare, Ker. vide *blatan*. (*blaſen* hod.)

PLIUUO, plumbum, Ker. (hod. *blei*.)

POLISTAR, capitalis, Ker. hodie Sax. infer. *polſter* eſt cervical, *bol* Teuton. variis caput.

POTO, Apoſtolus, Ker. nuncius, quod Alemannis *bote*, Belg. *bode*.

PO-

POTOLIH, apoſtolicus, Ker.

PRANHAN, redigere Ker. *prangen* hodie Belgis idem fere.

PREDIGII, prædicatio Ker

PREITER, elatus, ſuperbus, Ker. *prowd* Brit. *preuits* Belg. idem. (proprie largus, amplus, *der ſich breizet.*)

PREITII, ſuperbia, elatio, Ker. *preid*, *preidneſs* Brit. *preuitsheit* Belgis.

PRIAFO, brevis, Keron. epiſtolam vult; *brieff* hodie Aleman. *brief* Belg. *breve* Ital. quod epiſtolæ debeant eſſe breves.

PRISNA, uſura, Gloſſ. Lipſ. forte quaſi *priſena*, à pretio: uſura quoddam uſus pretium.

PRUAH, femoralia Ker. hodie *bruch*, *brock* Sax. inf. *broek* Belg.

PRUAHHAC, bracile, Ker. Puto, velle dicere armillam, brachiale; vulgo hodie *bracelet*.

PRUANTA, victus, *proſiant* Alem. *provande* Belgis, Gloſſ. Gaſſar.

PRUCHAN, uti Ker. *brauchen* Alem. *bruiken* Belg. *broke* Brit.

PRUSTI, mammilla, Rab. Mauro; alia dialecto *bruſti*; hodie Germ. *bruſt*, & Belg. *borſt* pectus & uber.

PUAH, codex, Ker. *buch* Alem. *boek* Belg. *boke* Brit.

PUAN, degere, habitare, Keron. (proprie *bauen*, colere, *bauer* colonus, incola.)

2. QUAT-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 10;Leibn. Marg. 10, [397] - 139
PUBLIC DOMAIN

Q.

QUATTE, KUATTE, Otfrido est cædo, scindo, *cute* adhuc Britannis, inde *coupe* Gallicum, κόπτω Græc. affine. (Respondet culter.)

QUEDAN, dicere, loqui, Otfrido.

QHUEDO, clamo & dico, Ker. *chede* Carnis & Stiriis adhuc idem, teste Lazio : *quetteren* multis Belgis, præsertim Brabantinis adhuc est garrire, *quittern* Sax. inf. (*Kedderen*, contractè *kören*, Brunsvicensibus est loqui.)

QUEMO, veter. Teut. apud Otfridum venio; *come* Belgis, *komme* Alemannis. Westfalis à *quemo* adhuc in usu imperfectum *quam* veniebam; *com* Britan.

QUENUM, vet. Teut. mulier, *quinnam* adhuc Suedis Danisque. *Quene*, *queen* Britannis (pronunciant *quyn*) pro uxore regia, regina adhuc in usu ἐξόχως, alioqui de nulla alia fœmina. Belgis in contemtum hæc vox abiit, de vetulis contemtim, *de oude quene*. Saxones Frisiique usurpant *queen* pro juvenca vacca. Sup.

QUERCA, gurgulio, Rab. Mauro. (inquir.)

QUIK, Willer. vivus; Belgis hodie agilis, mobilis, idem Britan. quibus & *quikly*, cito, celeriter, agiliter. *Quikko*, *quekko*, veter. Teut. vivo, verbaliter : jam non nisi active & transitive sumitur *queken*, *quikken*, educare, fouere, ver-

verquicken reficere, refocillare. Hinc *quick-ſilver*, argentum vivum, quia ita ſemper in motu eſt, ac ſi viveret. (*queek*, id eſt vieh, animalia Sax. inf.)

QUIKHAFFE, animalia, quaſi *quiksvee*, pecudes vivæ; Gloſſ. Lipſ. Ego potius dixero quaſi *quik have*, viva bona; *have* bona. (An potius, quaſi vitam habentia?)

QUIST, Otfrido damnum, perditio *quiſten* hodie adhuc dilapidare, inutiliter ablumere. Forte ejusdem etymologiæ ſunt *waſte* Britannis, *gaſte* Gallis, *guaſto* Italis, eodem fere ſignificatu. (it. *quaſe* Sax. inf. convenit vaſtare.)

QUYT, veter. Teut. in plusquamperfecto, *quoth*, *quath*, Britan. *quad* Suedis, *cout* Belgis, *cuath* priſcis Britanno-Sax. *quit* veter. Latinis eſt inquit, inquiebat.

R.

RACHEBURGE, veter. Teuton. ſponſor litis, apud Lazium: a *racha* cauſa. & *burge* ſponſor: hodie *rechtsburge*. (*Rathinburgii* interdum Scabini.)

RACHO, Otfrido loquor, verba facio, narro, refero, *verrekenen* Belg. referre. (uti ex computare factum *conter*, *raconter* ita à *rechnen* calculare hæc vox ad ſermonem translata. Add. inf. *Rahhom.* ſic *zehlen*, numerare, *erzehlen*, narrare.)

BA-

RADES, veter. Teut. citus, agilis; *ras*, *rat*, Belgis, *rasch*, *risch* Sax. infer, *rade* Gallis: ῥάδιος facilis Græcis affine. (Anglis *rather* est citus, potius.)

RADIWAGEN, currus, Gloss. Lips.

RAF-STAN, Otfrido objurgare, increpare, *reffan* Gloss. Lips. *straffen*, *bestraffen*, Germ. & Belg. per transpositionem aliquam.

RAFSUNGI, castigatio, Ker.

RAHHOM, fabulis, Ker. (add. sup. *Racho.*)

RAHHOMES, referamus, Ker.

RATAN, irritare, Gloss. Lips. (hod. *wrath* Anglis ira. Hodie Germanis *reizen* etiam irritare est.)

RATANUSSI, irritatio Gloss. Lips.

REBARNUSSI, revelatio, Gloss. Lipsii. (dub.) hod. *offenbarung*. (add. infra *Ribaren.*)

REBE, REVON, vet. Teut. vitis, apud Willer. *reben*, *rebstock*, Alem. idem, *rebfeld* vinetum.

REDIE, paratus, *gereet*, *reed* Belg. *redie* Brit. Notæ editionis Willerami Merulanæ ad Gloss. Gassar.

REDIHAFTU, rationabilis Ker. quasi *redenachtich* Belg. *redelik* in usu Belg.

REDIN, REDINAN, recitare, legere, Ker. Inde Britannis adhuc hoc suum *reede*, lego.

REDINA, ratio, Ker. *reden* Belg.

REF, venter, *reve* ventre, *revis* ventris, Gloss.

Gloss. Lipſ. *Ref* Sax. infer. ſceleton eſt.) Sax. antiq. *hryſe* vel *hrif*, venter, alvus.)

REFANGAN, arguere, Gloss. Lipſ. (inquir.)

REHTUNGU, REGULU, regula Ker.

REITGESINDE, veter. Teut. ut legit MS. Willer. quod à Vulcanio habet Voſſius; ubi *reidewaganon* editio Merulana Willer. quaſi Belgice dicas *rytgeſin*; proba vox pro omni eo, quod pertinet ad equitatum, ut *huisgeſin*, quicquid pertinet ad familiam, *hofgeſin*, quod pertinet ad aulam.

RESPIAN, arguere Gloss. Lipſ. hodie *berîſpen* Belgis idem. (dicteriis laceſſere.)

RESTI, requies Ker. *ruſt* Belg. *reſt* Britannis.

REWANTELINGE, vet. Teut. mulctatio apud Lazium. (*wandelen und keren*, eſt emendare, unde *amende* mulcta.)

RHITAGE, Otfrido videtur eſſe rego, judico; *richten* Germ. & Belg. forte à *rhit*, alias *rheit*, id eſt jus, & *tage*, veteribus capio. Hodie adhuc Suedis *rheit* pro jus, & *tage*, pro accipio eſt in uſu.

RIBAREN, denudare Gloss. Lipſ. *bar* Belgis adhuc nudus, *barfuſs* Germ. *barvoets*, nudis pedibus, *openbaren* Belg. *offenbaren* Aleman. uſurpatur pro revelare, ſed metaphorice, proprie eſt aperte nudare. (add. ſupra *Rebarnuſſe*.)

RICHTUNG, vet. Teut. inquiſitio, informatio apud Lazium, hodie *unterrichtung*.

RIE-

RIEZAN, Otfr. pœnitere, Gloſſ. Gaſſ. (*Reue* hodie pœnitentia.)

RIHHE, regnum Ker. *reich* Alem. *ryk* Belgis.

RIHHIDA, tyrannida Ker.

RIHHIDIM, tyrannidis, Ker. regni.

RIHTI, vindicta, Ker. (*racke* hod.)

RIHTO, vet. Teut. doceo, commonſtro; hodie Belgis *onderrichte.*

RINAN, Otfrido ferre, tolerare, Gloſſ. Gaſſ. (inquir.)

RINDE, Willer. cortex; ſic & Aleman. hodiernis, *rin*, *rind* Belgis ille cortex, quo coriarii corium condenſant.

RINIT, purgat, fluit, Otfrido, quaſi *reinet*, *reiniget*, quod hodie adhuc eſt purgat, vel quaſi *rennen*, quod Saxon. & Belgis adhuc eſt currere, fluere, *run* Britannis.

RINKIR, levis, *ringirom*, levioribus, Ker. *geringe* hodie Alem. & Belg. idem. (Germani etiam dicunt *ringe* eodem ſenſu.)

RINO, Otfrido, circumdo, cingo; *ringe*, *umringe* Germ. & Belg.

RIPOTON, maturitate, nobis *ryp* manſit; Gloſſ. Lipſ. forte maturuêre.

RITHA, torrens, Gloſſ. Lipſ. (*Rith* Anglo-Sax. antiq.)

RIU, veter. Teutonibus *quies*, Alem. *reuw*, Gloſſ. Gaſſar. Saxonibus *ruhe.*

ROD-

RODWARTHAN, moveri Gloss. Lips. (Galli dicunt *roder.*)

RORIU, calamus, Ker. (*Röhre* Germ. est tubus, *rohr* est canna.)

ROSOM, ærugo, Ker. *Kupferroſt* Alem. *coperroot* Belg. *roeſt* Belgis rubigo, ferrugo.

ROZAGA, Otfrido lugens, plorans.

ROZAGOMO, pavidus, tristis, consternatus; *tsagen*, *vezagen*, pavere, consternari, *verzaeght* pavidus, *verzagt* Alem.

RUABA, RUAVA, numerus, Ker. (inquir.)

RUACHA, cura, res, causa, Ker. (*rügen* hodie est movere negotium, inquirere, forte à *reegen*, movere.)

RUAGSTAB, Otfrido crimen, causa accusationis. (*rüge*, etiam de judicio, *wroge.*)

RUAHALOS, negligens, Ker.

RUAHALOSO, negligent. Ker.

RUAHLIHHO, curiose, Ker.

RUAM, gloria, Ker. *ruhm* Germ. *roem* hodie Belgis.

RUARO, Otfrido tango, *rühre* Germ. *roere* Belg. tango & moveo.

RUECAN, fumigare, Gloss. Lips. *roken* hodie Belgis, *rauchen* Germ.

RUHHIU, villosus, Ker. *ruich* hod. Belgis, *Rauh*, Germanis.

RUMO, Otfrido, cedo, *ruime* idem fere Belg. (*Raum* est locus Germanis, *räumen* est locum facere, cædere.)

RUNDAN, susurrare, Gloss. Lipf. (*raunen*, hodie Germanis idem; est deliberare, capita conferre, ratiocinari; forte à *reden*, *rechnen*, loqui, computare. An hinc *Runæ* veterum id est literæ jam apud Venantium Fortunatum?)

RUNNON, Otfrido videtur esse favere, alicui bene cupere. Id hodie Belgis est *gunnen* (dub.)

RUNSTABE, eulogia, laus, Keron. (forte *Rumstabe*.)

RUOCHEN, Willer. curare, observare, *roecken*, *rochten*, *ruchten*, (ut annotant Notæ Merulanæ in Willer.) Belgis quibusdam idem. Inde adhuc nobis *roeckeloos*, negligens, cura vacuus, *ruchloss* Germ.

RUWE, vet. Teut. quiesco, *ruge* Germ. tempore Taciti, ut notat Altham. in Taciti Mor. German. *ruhe* hodie Alem. & Saxon.

RUZI, ploratio, tristitia, Otfrido, Gloss. Gassari, *ruse* Belgis Gallisque aliquando molestia mista cum tristitia. (An consentit *Reue*, pœnitentia)

RYFFII, maturitas, Ker. (hod. *reiffe*.)

S.

SABON, Otfrido syndon, *en doek* Belg. (dub.)

SAGE, vet. Teut. & Aleman. hodie dico; *segge* Belg. *say* Brit. *säger* Suedis. Quidnî indè Latinis *saga*, fœmina per incantationes præ-

prædicens, prophetiſſa? Quin & hinc Latinis præſagire? Animus præſagit, id eſt prædicit.

SAION, vet. Gothis & Francis præpoſitus, Hiſpanis hodie *ſayon* apparitor, lictor, ex Gothorum reliquiis, apud Haiminsfeldium.

SAISIR, veter. Teuton manum injicere; *ſaiſer* apud Haiminsfeld. *ſaiſir* hodie Gallis idem.

SAKAN, ſuggerere Ker. *veruhrſachen* Germ. & *veroorſaken* Belgis aliquando idem. (dub.)

SALDA, ſalutare, Gloſſ. Lipſ *ſalida*, ſalus Otfrido. (ex Latino opinor.)

SALERTHIU, tabernaculum, Gloſſ. Lipſ. (hodie *Saal*, de aula, atrio, loco amplo tecto.)

SALMSANGA, pſalterium, pſalmodia, Ker.

SALU, SALO, vet Teut. niger, ſpurcus; *ſale* Gallis hodie idem. (Germani non amplius habent.)

SAMAWISTA, vet. Teut. concilium, congregatio, apud Lazium, quaſi *zuſammen-weſung*.

SAMFTES, poſſibilis Ker. (quaſi facilis.)

SAMFTO, SAMPFTER, facilis, Ker. *ſanfft* Alem. *ſafft*, *ſacht* Belg. *ſoft* Brit. mollis. *Sacht* Belgis quoque pro facili, quod ad mores ſumitur.

SAMMELIHO, Otfrido omnino. Inde forte Belgis quibusdam *ſemer* pro certe, *ſemmer*

mer Clivenſ. *Sammeliho*, Otfrido quoque aliquando videtur eſſe idem.

SAMMUNG, Gloſſ. Lipſ. *ſamanung*, Ker. ſynagoga, Eccleſia, *Rumiskiu ſamanung*, Romana Eccleſia Ker. Germanis hodie *verſamlung* à *ſamen*, *verſamen*, congregare. Eſt Keroni quoque Cœnobium.

SAMO, vet. Teut. ſicut, ad ſimilitudinem. Inde puto, Britannicum *ſeem*, ſimilis ſum. (*ſammen*, ſimul)

SANGARI, cantor Ker. hodie *ſänger*.

SAR, vere, certe, Gloſſ. Gaſſ. Brit. *ſur* verum, *ſurely* vere (à ſecuro.)

SARF, aſperum, Ker.

SARIO, Ker. *ſar* Otfrido, extemplo, omnino.

SARPHI, Willer. acerbitas, auſteritas *Sarp*, *ſerp*, Belgis adhuc acerbum, auſterum, *ſarpheit*, *ſarpte*, auſteritas, acerbitas. (hodie *ſchärfe* Germanis.)

SAUMA, veter. Teut. clitellæ mulorum, aut burdonum. (Equus *ſaumarius*, *ſagmarius*, *ſaumroſſ.*)

SCACHO, pudor, Gloſſ. Lipſ.

SCALC, ſervus, unde *mariſcalcus*, curator equorum, Gloſſ. Lipſ.

SCAMA, reverentia Gloſſ. Lipſ. *ſcham* Germ.

SCA-

SCAMELU, ſcabellum, Ker. *ſchemel* Germ. *ſchamel*, *voetſchamel* Belg. affinia.

SCAMI, verecundia, Ker. *ſchaemte* Belg. *ſcham* German.

SCAMLIHHO, SCEMLIHHO, breviter.

SCAMMER, SCAMMOS, brevis, Keroni.

SCAPHO, ovile Gloſſ. Lipſ.

SCARA, vet. Teuton. turba, *ſchare* hodie.

SCARSAHS, novacula Gloſſ. Lipſ. à *ſcar*, tundo, & *ſahs*, *ſachs* culter Friſiis adhuc iis, qui in Embdana regione utuntur vetuſta ſua lingua, derivata à veteri Saxonica. Eſt enim novacula tondens culter. *Scaerſche* hodie Belgis novacula. A *ſahs*, dicit Withikindus, Saxones eſſe dictos.

SCAUUUNKA, conſideratio, Ker.

SCEDUUON, obumbrare, Gloſſ. Lipſii, *ſchaduwen* hodie Belgis.

SCEFTI, SCEPFTI, ſagittæ Gloſſ. Lipſii, *ſchafften*, *ſchachten*, *ſchichten* hodie Belgis, idem.

SCEITHLO, SCETLO, vertex Gloſſ. Lipſii, *ſcheitel* German. *hooftſchedel*, *hooftſcheel* Belg. idem, à *ſcheide*, *ſchede*, ſejungo, quia in vertice capilli ſejunguntur aliquo modo.

SCEMMAN, breviare, imminuere Keron. *ſcemar* Italis idem.

SCEMMI, brevitas, Ker.

SCERIN, ſcurrilitas, *ſcurra*, Ker. *ſchurre.* (*ſchurke*) quibusdam Saxonibus idem.

SCERU, SCERNI, ſubſannatio Gloſſ. Lipſ. *ſcerno* Ital. pro eodem, reſervatum à Gothis aut Vandalis: *ſcorn* Britannis contumelia, irriſio.

SCHATAN, damnare Gloſſ. Lipſ *ſchaden*, German. & Belgis hodie eſt damno afficere.

SCHERCZER, veter. Teuton. *ſciurus*, quod eum eo luderetur, apud Lazium; *ſchertzen* Alem. adhuc eſt ludere.

SCIERI, SCIERO, lucidum Gloſſ. Lipſ.

SCILPOR, armiger, Paulo Diacono, à *ſcil*, ſcuto, & *por*, *bör* gero. Hinc adhuc *ſciltbortige mannen*, ſcutigeri, id eſt, nobiles.

SCIMO, ſplendor; nos *ſchyn*, Gloſſ. Lipſ.

SCIORO, Otfr. poſtea, poſthac; Belgis *ſchier*, *ſchier oft morgen.* (*ſchier* eſt mox, cito.)

SCIUMO, cito, Gloſſ. Lipſ.

SCOLAN, SCULAN, debere, Ker. *ſchuld* Germ. & Belgis hodie debitum, at verbum obſolevit. (*ſollen* hodieque Germanis debere.)

SCOLO, Otfrido videtur eſſe reus, *ſchuldig* Alem. & Belg.

SCONO, Otfridus uſurpat adverbialiter pro pulcre, egregie; *ſchoon* Belg. *ſchon* Alem. pulcer, egregius.

SCOUUAN, conſiderare Keron. *ſchauen* Germ.

SCRAM,

SCRAM, ſcamnum Ker.

SCRIMBRE, protector, Gl. Lipſ. *ſchirmer* Germanis, *beſchermer*, *beſchermheer* Belg.

SCUALA, ſchola Ker. *ſchole* Germ.

SCULDABEN, Rector provinciæ, Paulo Diacono.

SCULDAN, increpare Gloſſ. Lipſ. hodie *ſchelden*, vel compoſite *beſchulden*.

SCULDEIZO, uſurpat Otfridus non ſemel pro centurione; *ſchult*, *ſchultis*, (quæ voces tamen eædem videntur) uſurpant Alem. Belgæque pro prætore.

SCULDI, noxa Ker. (debitum.)

SCULDO, Otfrido mereor; quaſi Belg. dicas, *make het my ſchuldich*. *Schuld* Teutonibus debitum (*verſchulden*, demereri, hod.)

SCULTYRA, humeri, Rab. Mauro, *ſcholderen*, *ſchouweren*, hodie.

SCURGO, averto Gloſſ Lipſ.

SCURT, tonſura Ker. (*ſchären*, tondere.)

SCUTTAN, excutere Gloſſ. Lipſ. *ſchudden* Belgis & Sax. infer. concutere, *ausſchütten*, *uytſchudden* excutere.

SEDALUM, ſedilia, Ker. *ſetels* Belg.

SEHSIM, ſex Ker.

SEHTIU, ſextus, Ker.

SEIME, vet. Teut. favus, *ſeem* Belg. (Germanis, *ſeim*, *honigſeim*.)

SEKIL, vet. Teut. crumena, ſacculus, quaſi *ſackel* Belg. *ſeckel* hodie Germ. idem.

SEKILARI, Otfr. qui crumenam aut ſacculum geſtat: vocat ſic Judam Iſcarioth.

SELBSAUNA, arbitrium, Ker. (inquir.)

SELIDON, Otfr. atrium, manſio, domus, *ſael* Belgis atrium.

SELLAN, tradere, Ker. Hinc puto, remanſit Britannis *ſell* pro vendere; venditio quædam, traditio, forte & veteribus eo ſignificatu quoque uſurpatum fuit.

SELPWILLIN, ſponte, Ker.

SELTKALNAFFIu, rarus Ker. (inquir.)

SERAVEDA, cremium, Gloſſ. Lipſ. (Angl. *ſeare-wood*, lignum ſiccum, nam *ſor* eſt ſiccum.)

SERO, tribulatus Gloſſ. Lipſ. *ſeren*, *verſeren* Germ. & Belg. dolore afficere, affligere. (*Sorry* Anglis. Convenit *Sorge* hod. cura.)

SETHELGANG, occaſus, Gloſſ. Lipſ. à ſedendo & abeundo. (*ſich ſezen* eſt conſidere, ut in liquore turbido, quod in fundum cadit.)

SETII, ſatietas, Ker. affinia.

SEVE, mare Otfrido, *ſee*, *zee*, Alem. & Belgis, *ſea* Britan.

SHLEICHER, vet. Teut. vulpes apud Lazium, qui Swevis idem adhuc eſſe dicit, à clandeſtino inceſſu. (Factitia eſt nomenclatura, ut multa alia, quæ ex Lazio.)

SI,

SI, ſit, Ker.

SIBBA, GESIBBA, vet. Teut. conſanguineus, conſanguinitas, *ſibbe*, *ſibſchap*, Saxon. & Friſiis idem.

SIBUNFALTA, ſeptenarius, Ker.

SIEN-OGUN, Gloſſ. Lipſ *ſeha* Rab. Mauro, pupilla oculi.

SIGALE, SECALE, veter. Teut. frumenti genus, Gallis hodie *ſeigle*.

SIGIMARI, victor Gloſſ. Lipſ. quaſi celebris ob victoriam. *Sigmarswurz* achimilla.

SIGU, Otfr. victoria: *ſieg* Alem. & Saxonibus hodie idem.

SIMBLUM, SIMBULUM, ſemper, Ker.

SIN, ſibi, ſe, veter. Teutonibus Belg. hodie *hem*, *him*, Angl. *ihm* Alem. Sed Dordraceni præcipui inter Belgas adhuc utuntur *ſin* (vulgus pronunciat *ſing*) pro *hem*.

SINALASÂT, legumina, Ker. (inquir.)

SIND, SINDE, SINTHE, Otfr. modus, *des ſindes*, eo modo, ita, adeo: *deſſins*, Sax. & Belgis quibusdam. Eſt etiam particula loci veter. Teuton. & iter, via Keroni; *des ſindes*, illac; *ſynes ſindes*, in loco ſuo. Unde Belgæ adhuc *alleſins* ubique. (ita & ſenſus voce utuntur ſemilatini, Galli en tous ſens, in omnes partes, in omne latus.)

SINEMU, ſuo, Ker.

SINO, Willer. ecce; quasi *siene* Belg. diceretur, *siet* idem.

SITA, latus Rab. Mauro, *seite* Germ. *side* hodie Belgis Britannisque, Hebræis צֵד & cum affixis צִדִּי latus.

SITHER, vet. Teut. exinde, *sint*, *seit*, Germ. (vel *seither*, item *sider*.) *sichtent*, *zedert* Belg. *sitthen*, *sith* Britan. *sidor*. Otfrido.

SITO, SITU, Otfrido, *side* Gloss. Lips. *sittiu*, Ker. consuetudo, mos; *sitte* Alem. *sede* Belg. non tam pro consvetudine hodie, quam pro moribus ethicis usurpatur. *Sedich*, bene moratus. (imo Germanis pro consuetudine, v. g. *ländlich*, *sittlich*.)

SIUCHI, ægritudo, Ker. *seuche* Germ. *siekte* Belg.

SIUCHO, æger, Ker. *sieck* Belgis, *sik* Brit.

SIWOLVATDUN, septuplum, Gloss. Lips. nisi legendum *siwowaltdun*, ei respondet Alem. *siebenfaltig*, *sevenvuldich* Belgicum.

SKIRMAN, defendere, Ker. hodie compositum *beschirmen*. *Schermen* Belgis hodie est digladiari; *escrimer* Gall. *scermare* Ital. retentum à Gothis; id autem est quoddam defendere. Unde idem Britann *fence*, voce defendo truncatâ. Hinc *schermutsen* Belg. *escarmoucher* Gall. *scarmuzar*, Ital. *skirmuch* Brit. velitari.

SLAFFII, desidia Ker. *slapheit* Belg. idem.

SLA-

SLAHON, occidere, percutere, Ker. *ſlay* Britannis adhuc occidere quoque eſt.

SLAHTI, occiſio Ker. *ſlachten* Belgis occidere quoque eſt, ſed non tam de hominibus proprie dicitur, quam de majoribus animalibus. *Manslaughter* Britan. homicidium.

SLEHTIU, blandimenta, Ker. (*ſchlecht* eſt læve, æquabile, *ſchlichten*, lævigare.)

SLEHTO, leniter, Ker.

SMALIH, vilis Ker.

SMALIHHI, vilitas Ker.

SMECHAR, delicatum Ker. à *ſmechen* ſapere, *ſchmeken* Germ. *ſmacken* Belg.

SMEREN, adeps, Gloſſ. Lipſ. (hod. *ſmeer.*)

SMIZZAN, inficere, contagiare, Ker. *beſchmitzen* Germ *ſmetten, ſmitten, beſmitten* hodie Belgis.

SNIUMO, SLIUMO, velociter, confeſtim Gloſſ. Lipſ.

SNIUMOR, citius, Ker.

SO DEI, utique, Ker.

SO FILU SO, quantum, Keroni.

SO HUUAZ SO, quicquid, Ker.

SO HUUER SO, quisquis, Ker.

SOLARI, Otfrido atrium, aula, cœnaculum. Hinc forte *ſolder* Germ. & Belg. tabulatum, ſuperior pars ædium, quod ibi communiter cœnacula eſſe ſoleant, ut adhuc ſunt in Germania.

SOLRE, ſolium, an ſolarium? Gloſſ. Lipſ.

SO

SO MANKARE CITI, quanto tempore, Ker.

SONNALITU, Otfr. videtur esse singularis, singulariter, quasi *sonnerlich*, *sonderlich*.

SORCHAFTER, suspectus, Ker.

SO SAMA, quasi, Ker.

SOSI, amen, Ker. sic hodie Galli, *ainsi soit il*.

SOSO, prout Ker. quomodo, sicut.

SOTHLIC, veter. Britanno - Sax. certe; *sothly*, in *soth* Britannis hodiernis adhuc idem.

SOWILIC, SOWELIX, quicunque Gloss. Lipsi. quasi *so welck*.

SPAHER, sapiens Ker.

SPAHII, sapientia Ker. (*spähen* est spiare, epier.)

SPANAN, svadere, suggerere, Ker.

SPATO, tardus, serus', Ker. *spät* German. *spa* hodie Belgis sero.

SPEL, fabulatio, *spelle*, parabola Gloss Lipsi. Anglis *Gospel*. (quasi *Gottes spel*, Evangelium, verbum Dei.)

SPENO, Otfr. solicito, instigo. Inde *spigno*, Ital. pro eodem, & *spinto*, instigatus.

SPENST, SPENSTI, GISPNONI, GISPENSTI, solicitatio, instigatio, vet. Teuton. apud Otfridum.

SPENTA, Lazio teste, vet. Teut. convivium; forte à Latino dispendo, expendo; vel à *spento* Teutonico. (*spenden*, depenser, dispensare.)

SPEN-

SPENTAR, diſpenſator, Ker.

SPENTO, vet. Teut impendo, conſumo; *ſpendo* Italis, *ſpend* Britannis, *deſpend* compoſite Gallis idem.

SPENTUNGU, diſpenſatio, Ker.

SPIET, haſta, Gloſſ. Lipſ. *ſpies* Germ. & Belgis hodie, *ſpeit*, Sax. inferior.

SPIHIRI, legebant *ſpichiri* vet. Teut. horreum, granarium. Belgis & quibusdam Sax. inferior. adhuc *ſpycker*.

SPILDAN, corrumpere, decoquere, Ker. *ſpillen* hodie Belgis. (*verſpilden* Germanis.)

SPILDANTER, prodigus, Ker.

SPRAHHI, loquela Ker.

SPREHHAN, loqui, Ker.

SPRENGAN, ſpargere, Ker. *ſprengen* hodie de ſale, aqua, pulvere.

SPRINCO, locuſta, Gloſſ. Lipſ. *ſprinckhaen* hodie Belgis.

SPUNHAFT, vet. Teut. copioſus, lacte plenus.

SPUNNE, vet. Teut. lac. Idem adhuc Flandris.

SPUNON, Otfrido videtur eſſe exponere.

STADE, Otfrido litus. (*Geſtade* hodie.)

STADIGH, ſtabilis, Ker.

STADIGHI, ſtabilitas Ker.

STAL, vet. Teut. cathedra Epiſcopalis, apud Lazium. In Belgico *drieſtal* pro ſedili, quod ha-

bet tres pedes. Apparet, olim *ſtal* Teutonfuiſſe uſurpatum pro ſede, ſedili. (*ſtelle* locus, ſedes, ita *ſtallus* in choro & locus in capitulo.)

STANE, vet. Britanno-Saxonib. lapis, rupes; *ſtein* Alem. hodie, *ſtone* Britan. *ſteen* Belg.

STANNE, ſurgere, Ker. (hod. *aufſtehen.*)

STANTAN, ſtabilire, Ker.

STEDINUSSI, ſtabilitas, Gloſſ. Lipſ. (*ſtädniſs.*)

Adducis præterea eadem & ſequenti paragraphis, quàm inveſtigationes vocabulorum multis iisque doctis contemplationibus anſam præbeant. Sane & hoc verum eſt. Ex quo enim tempore huic me ſtudio, *Tuis perſuaſionibus potiſſimum*, addixi, dicere poſſum, nunquam me jucundius, (ut in talibus nempe) horas ſæpe transegiſſe. Adeo voluptuoſa eſt & deliciarum plena conſideratio & inveſtigatio intimior vocum. Quod vero exemplum à Te adductum attinet, nempe vocis *Weld, Werelt*, in eo veniam dabis, quod non adſentiar. Ingenioſa equidem ſunt, quæ adducis. Sed quæ mea deſuper ſententia ſit, audi paucis.

Soleo igitur in voce aliqua, cujus origo eruderanda eſt, conſiſtere ita, ut primùm omnium

ex variis dialectis vocis pronunciationes ſive orthographiæ variæ, & deinde ex collatione verior pateſcat. Idem factitandum eſt cum voce *Weld*. Verum eſt, quod ais, majores noſtros ſcripſiſſe & pronunciaſſe *Werelt*, ſed cum accentu ſupra primam ſyllabam acuto, ut ſit *Wäreld*, vel, uti ego ſcribo, *Wèrelt*. Sed & ſcripſerunt *Wèr-old:* ſcilicet ita exſtat apud Otfridum *Worold;* & *Werold* eſt Belgis ſeculum, à *Weorulde* ſeculum ſcil. veteribus, mundi ſenectus. In Pontani Gloſſario habemus *Werolti* in ſecula. In Paraphraſi Bibliorum de æterno *Wèrend*, *Wèrnde*, ubi agit de pœna Lucifero dicta:

Got ſi in die helle ſtis,
Und ſeine volgere:
In jener *Wèrnde* ſwère
Iſt ingnade thewre
In dem heiſſen hellen vewre.

Hoc opere peracto, ſequitur, ut quam maximè & commodiſſimè fieri poteſt, origo vocis accerſatur, non longè petita ea, ſed quam ipſa vocis ſcriptio & permutatio oſtendunt, exſerto velut digito. Reſolvo conſequenter hanc vocem *Wèrold*, & eſt *Wèren* durare, & *old*, id eſt, diu durare. Hinc in Paraphraſi eleganter *Welt* dicitur *in jener Wèrend*, id eſt, in futuro mundo damnatorum æternùm duraturo.

Hæc

Hæc cum pateant, tum in aperta luce positam sententiam gentilium de mundo exprimunt. Sc. credebant, mundum ab antiquo, id est, æterno existere & durare, & duraturum in secula; unde *Werold seculum*, & nos dicimus, *so lange de Welt steit*, expressuri durationem longissimam.

Adducis consonam w, inque ea vim etymorum ponis, nempe notare posse motum aliquem & spirationem lenem. Respondeo: consona w propriè non pertinet ad essentiam vocum; hinc ab aliis populis omittitur, ab aliis præponitur; [*Etiam radicales literæ sæpe ab iis omittuntur, qui eas commodè pronuntiare non possunt.*] Quando verò præfigitur, notat aliquam vehementiam, ut in *Wètern, Werold;* & in eô distinguitur à *Vau*, quod w notet, quid asperius. Huc pertinet *Wráke*, *Wrangen*, wringen. Item vox irati & actio ejus, pro *ráke* vindicta, reken, Wrake, Wreken. [*Vehementia hic est ab adjecta litera canina.*] Patet idem in vocibus *Werre*, *gewerrel*, *gewél*, tumultus, *verwarren* turbare, *Warvelwind* ventus impetuosior. [*Hic litera* w *non vehementiam, indicat, sed flexum, involutionem, motum circularem.*]

Quæritur porro, an de rotundiori circumvolutione, mundo universo quicquam applicari

cari; an mundus universus, quatenus compages est, & systema universitatis creatæ, id est, cœli & terræ, dici possit rotunde globi in modum circumgyrari, & an hoc veteribus creditum sit? [Welt, *non solet nobis semper accipi de universo, sed sæpe de globo terrarum. Cæterum fateor mihi sententiam Meierianam*, Welt, Wereld, *proprie esse seculum, & dici à durando*, wören, *non displicere.*] sed finiendum est, plura proximè. Te nunc rogo, ut scripturam æqui bonique consulas, nec fastidium in legendo prolixam epistolam tibi obrepere patiare.

Bremis die V. Febr.
A. cIↃ IↃc XCVIII.

P. S.

Quæsitum est olim inter nos, quod genus armorum esset *glavie*, *glevie*. Invenio vocem extare in Belgico & Misnico, & est lancea, hasta, Gallis gladius; a *glanz* splendor. *Gleave*, *glève*, & gladius idem sunt. Pertinent ad Hergewède in statutis Brunsvicensibus aliisque.

Ex responsione G. G. L.

NEscio, an satis tuta resolutio vocum gentis *Duringer* in Dürn & *ingen* prata; cum Ing sæpe sit terminatio tantùm ut in

Flä.

Fläming, *Bünting*. Thuringi non ſemper in regione illa habitarunt, quam hodie Thuringiam appellamus. Mirum foret, ſi nihil eſſet in lingua noſtra confuſaneè poſitum. Scis, quæ ſit vis in linguis uſus plebeii. Ericus, dum noſtra ex Græcis ducit, hactenus ſaltem prodeſt, ut conſenſum oſtendat utriusque linguæ: nam utra altera prior, alia quæſtio eſt. Cum de Scytho-Celticorum appellatione à me diſſentire videaris, dicam, quis mihi hîc ſenſus. Ego ſub Celtarum nomine comprehendo Germanos Gallosque veteres, atque adeo etiam, quod hodie eſt in Cambrica vel Aremorica. Quod ergo commune Germanico, Latino vel Cambrico, id Celticum mihi: Latino, inquam, quâ Græco differt. Nam Italiæ populi, qui non à Græcis vel aliis transmarinis, certè à Celtis venere. At Scythicum mihi potius, quod diffuſum per ſeptentriones, ſeu quod in pluribus ſeptentrionalibus, aut quod ſimul in ſeptentrionali lingua & Græca. Ut enim Latini à Celtis, ita Græci à vicinis Scythis. Quod ſi quid commune Germanis, Cambris, Sarmatis, Græcis; vel Germanis Latinis, Sarmatis, id mihi Scytho-Celticum. Idem, ſi pro Sarmatis nobis Eſtones, Finnones, Hungari, Turcæ conſentiant.

Quæ Celto-Scythica

Scandinaviæ Aborigines puto fuiſſe Lappo-finnones, à Germanis deinde, maritima occupan-

pantibus, in loca remotiora pulsos. Nec dubito adeò, Scandinaviis, atque horum Colonis Islandis, quædam Fenno-Lapponica adhæsisse; neque illos adeò sinceros arbitror, quam sibi videntur. *Aborigines* voco, quos ultra nullum est indicium aliorum habitatorum, quasi origine carentes.

Probabilitate, Tua de Saxonibus, non carent; certi quid in tali quæstione vix habetur. Axioma tutum non est, originem appellationis cujusque gentis ab ipsa petendam. Imò sæpe ab aliis nomina Nationibus imponuntur. Scis, Ungaros sibi & Turcis esse *Magiares*, Tartaros & Sinenses ea, quibus nobis noscuntur, nomina non agnoscere, præterea Saxones non tantum vicinis, Romanis, Gallis, Francis, Wallis, Hibernis, sed & sibi ipsis non Saxones, sed Saxones dicti sunt, superantque in Anglia Middel-Sex, Est-Sex vel Essex.

Dissertatiunculam meam extemporaneam *de linguæ Germanicæ cura* gaudeo Tibi non displicere. Vellem aliquis, cui otium, hæc ampliaret illustraretve magis.

Quod de piscium Etymis, collatione cum piscatoribus habita, notasti, egregium erit; & velim deduci per exempla. Mechanicorum organis & laboribus egregia nomina imposuisse Germanos, ostendunt res metallicæ. Et in hoc genere, & in universum in his, quæ, sensi-

sensibus subjiciuntur, regnant nostri. At in abstractis (qualia moralia & civilia) indigent adhuc culturâ & supplemento; in quo vellem nonnihil ab iis elaborari, ad quas ea res pertinet. Causa neglectus, quod, ex quo cultus genti accessit, civilia & abstracta ferè tractavimus, tractamusque alienis linguis.

Malim sine discrimine Dialectorum corrogari Germanicas voces. Puto, quasdam origines ex superioribus Dialectis melius apparituras; ut ex Ulfilæ Ponto-gothicis, Otfridi Francicis. De voce Werelt dispiciemus amplius: nam Werolt & Werelt forte sola Dialecto differunt, ut Anholt & Anhalt. Non ita amplector meam conjecturam, ut non putem, & tuam habere probabilitatem; &, si à durando descendit, & seculum potius significat, malim *Werend & Wereld* idem esse, omisso supervacuo illo *Old*.

Mihi videtur w minus asperum esse, quam V vel F. Et sanè cum pronuntiatur *w*, labia minus sibi appropinquant, adeoque minore vi exprimitur Spiritus. In *Wraeke* & similibus violentia ab addito est, ut in Werre, ab *r* scilicet, ut in Windt à *dt*. Alioqui winden, wenden, wehlen, wühlen (versare, movere.) wollen, weisen, weiss, wissen, wesen, waschen, wage, wegen, wimmeln, &c. nihil habent per se violenti, sed plurimum motus.

Meie-

Meierus Bremis 12. Octob. 1698.

GLoſſariorum Magdeburgo accipiendorum ſpes mihi facta eſt per Cognatum Dominum *Meierum* Pro-Cancellarium.

Subjungis, Dominum *Ericum*, cujus Anthropogloſſogoniam videre deſiderem, Tibi dixiſſe Venetiis, Saſſoniæ inferioris dialectum ſibi videri antiquiorem Germanica ſuperiore lingua. Dico, id in univerſum verum eſſe: conferenti patet. Scilicet noſtra dialectus quam proximè accedit veris vocum radicibus, easque retinet paſſim; demonſtraturque fruſtra eas quærentibus Saſſonibus ſeu Germanis ſuperioribus in ſuis Vocabulis, prout ea exprimunt; quod ſignum eſt deflexionis & corruptionis. Rectum vero antiquius eſt corrupto. Nec dubitare licet; cum Tacito indicante, & comprobante omni hiſtoria, navibus in littora Germaniæ appulerint (*) ſaltem poſt diluvium, terrarum noſtrarum incolæ; quin Saxonum Friſonumque terræ prius & antiquiùs fuerint habitatæ mediterraneis: confeſſumque eſt, noſtros Amiſim & Albim mareque intra concluſos Saſſones, in finitimas terras immi-

(*) Imò potius dicendum antiquiſſimos incolas terra veniſſe, quia prius homines ambulare, quam navigare ſciverunt. Et difficillimum eſt magnum hominum numerum navibus transferre.]

immigraſſe. Unum nunc exemplum cito vocis *Saxonum*: Saxen enim pronunciant Germani; nos vero non Saxen, ſed *Saſſen*, *Satz*, *ſitten*, *beſitters* regionis alicujus. Sed de eo latius agam mox edenda diſſertatione prima de origine vocis Saxonum (erroneè) rectiùs Saſſen, rectiſſime *Saten*. Sed & confirmat ſententiam meam, quod omnium judiciis (**) Helvetica dialectus præ cæteris intemerata remanſit, quæ nobiſcum in multis ratione enunciationis convenit, ut dín, mín, wîv, uxor &c. Sed & obſervandum eſt, quemadmodum & dialectum in aliis Saſſonicam, in aliis vero pronunciationem Germanis ſuperioribus uſitatam ſequitur Codex argenteus: ita & olim & hodie easdem gentes, inter ſe promiſcue habitantes, diverſimodè enunciaſſe. Ita Saſſonica noſtra lingua dicimus *ók*, etiam; ſed & vicini noſtri dicunt *auk*. Ita nos dicimus *vlote* pagum ad Veſarim; ſed Weſtfali & pagani *vlaute*, *dón* facere, *daun*. Unde pedetentim exſurrexit lingua ſuperior Germanica, quæ plena eſt diphthongorum, *auch* etiam, *buk* venter, *bauch*; *dón*, *daún*, *thún* &c.

Hevde, *caput*, eſſe ab elevando, patet inde, quia, ſi omnes, quæ centenæ ſunt, denomina-

(**) Dubito: veteres Helvetii alia longe gens: hodierni ex Burgundionibus & Alamannis.

tiones compoſitionesque inde ortas, percurras, omnes illæ indicant, quid ſupremum ſupra alia elatum; unde & nobis & Anglo-Saxonicum *Heven* cœlum. Quo pertinent *over-hévd*, ſupremum omnium principium. *Hevd* an dem Waterſtrom (agger eminens, quo fluminum vis coërcetur) de hóvden, de hévden. artificialis portus ex aggeſtis molibus; *hevd-los hér*, exercitus capite deſtitutus ſeu rebellis. Statut. Friſ. It. capo *di latte*, coloſtrum, flos lactis. Hévdman, Hevdling Friſonibus veteribus Dux belli, qui unus tantum erat, ſolusque Hevdling vocabatur, teſte Mullero MS. Friſ. Indice. Eſſe vero duplicem τῦ (a) *Hévd* & *Kopp* radicem, oſtendit etiam lingua Græca. Ad Hévd pertinet τὸ ὕπατον, ὑψὲς; ad Kopp, caput, κεφαλή, vox dicta à figura, ſe ovaliter efferente. Quod vocem adtinet *Hérde*, notum eſt, eſſe gregem; hérder eſt cuſtos, ſed non (b) *hirte*, ſed Hirter. Ita Anglo-Saxonibus eſt *herden* paſcere pecus; &, qualis revera eſt, Belgis hérder, vervex ſectarius, vir gregis, aliàs *hérman*.

Nomen pertinet ad *hérd* focum, ὁμοκάπνους, uti in Holſatia. V. App. Hartm. *de Jure aggerum*, p. 9. Notat diſtrictum in communitate viventium. Hinc phraſis vunv-hardslide.

Hinc

(a) Res problematica.
(b) parum intereſt.

Hinc & hérde grex. Vel ergo hérder eſt paſtor ; vel ſubintelligenda eſt vox *héder*, hérde-héder.

Quod *éber* ſit ab *én bèr*, verres, multa confirmant exempla indubitata. *a lauda* vocab. Gallicum ſecundum Sveton. in Cæſ. en *lude vogel*. Αιγὶς, ene *geite*, (geiſſ) capra. Abacus, ene bank, (richtebank.) Acerbus, v. g. cibus, ene herbe ſpiſe. Apud Otfrid. *Arunte* nuncius, quaſi *én-rennende*. Ἀγαθὸς bonus, ex privativo α & γηθῶ, Doricè γαθῶ gaudeo, conſentientibus omnibus Græcis. Lingua Weſtgothica *aringo*, quod jejunè Ferrarius deducit ab arena : eſt enim *en ring*. *Ahorn* arbor, a cornua duritie, *én horn*. Ἄρουρα rura, ὄνομα nomen, ἀστὴρ ſtern.

Pergis ad vocem *Sinke*, buccinam (male *Zinke*, non enim habemus z) putasque huc pertinere Gall. *ſanglier* & Ital. Cinghiale, & exiſtimas notare falcem vel curvedinem. Ingenioſa hæc ſunt; ſed malim pertinere ad vocem generaliſſimam, cujuslibet cantus indicatricem, *ſingen*, canere; habere vero *n*. in medio liquidam, ſoni cujuslibet propriam. Sing enim peculiares ſibi adtribuit liquidas, inprimis *m* & *n*. Eſt inde & Latinis *concha*, Jun. ad Willeram. *Sink, concha*; à κόγχη, concha-buccina. Ergo radix pertinet ad ſonum. Venio nunc ad voces, ab Ampliſſimo *Ludolfo* in medium poſitas. Feci examinandarum ini-

tium. Sed nimium temporis censura requireret, initium saltem feci; quod cum literis transmitto.

Probo Tuas additiones, & paucula ad sequentes noto. Ad *Anger* pratum. Rectè addis, quia & Sueci habent, non ideo sequi, nostrum esse ex Suecico. Omnis enim etymologia debet habere principium ex Philosophia & rationem fundatam. Male inde Junius & alii cum ipso, hanc v. g. vocem esse ex Græco, cum idem per idem probetur; penes nos est vocis *Anger* etymologia, aliàs *enger*, Angerers, Angrivarii, Taciti Ingævones. *Ing* enim est pratum; quo pertinent Taciti Ingævones. [*dubito.*] Idem est enge: prata enim sunt ad marium fluviorumque littora & ripas, & ibidem veluti in *angustum* (eadem est vox) coguntur. Sed & notandum est, *Ang*, *eng*, *ing*, per liquidam & sonum gratum, notare terras elegantiores & amœniores.

Quérn, *quernitze*, (c) quæ notat Amplissimus Ludolfi, nota sunt. Nomen est à comminuente vi, qualis est molæ. Exstat in Suedica & nostra lingua radix verwêren, comminuere. Unde & *ekhorn* nobis corruptè, meliùs Angl. Sax. *ac wera* sciurus, quia *verwèret* comminuit de *ekkern* glandes. [*Nolim nos nimis fugere latinas græcasque origines, cum sunt*

(c) Querl, quern, wirren, à motu.

sunt manifestæ. SCIURUS haud dubiè dictus, quia sibi cauda umbram facit. A SCIURIOLO, diminutivo, factum est Gallicum ecurkil, unde corruptum est nostrum EICHHORN.]

Gverre. Non puto, indigere vocem elucidatione, est enim indicatrix naturalis bellorum progressus. Latrones erant, (quo pertinent Risii & Rekkii) qui invadebant cives; & vim vi, naturali jure, depellentes, qui se defendebant, de sik Wèreden. Notum præterea est, Latinis nostrum w vel in *gv.* vel *v.* converti.

Quelle, fons. Rectè omnia. Pertinet vox ad *wallen*, bullire. Sed litera q (ex literis enim prima etymologiæ principia sunt haurienda) vel potius k (non enim habemus q) dicit vim aliquam naturaliter insitam se fortiter movendi. Ita vivarium piscium dicunt Longobardi *qualam.* Unde recte notas, huc pertinere *quek*, *quik.* Scilicet k in primis cum r. Kreuz, item cum *W.* multa cum oris vi enunciatur.

Arkebusse, non tam est ab *háke*, quam ab *arke*, *arcus.* Unde *Arkener.* Scil. uti Ferrarius rectè ex Polyd. Vergilio, successit in locum arcuum, der bógen. *Büsse* vero est nomen generalissimum, notans quodlibet vasculum, quamlibet pyxidem, quia formantur ex busk-bómholt. [Italis *arco bugio.*]

Ad vocem Mareſchalki egregiè obſervas, non tantùm notare *ſcalc* ſervum, ſed & quemlibet curatorem, adminiſtratorem, id eſt, miniſtrum principem. Varia exſtant exempla: Godskalk, miniſter Dei. Suedis Adelskalkar Regis miniſtri. Notandum enim, ſolitos fuiſſe Reges vel Principes miniſtris ſuis bene de ſe meritis prædia concedere. Hoc notat vox *Adel*, *odal* poſſeſſio. Quo pertinet vox allodii. *Druthines Skalche*, Domini Apoſtoli Sued.

Invenio aliam adhuc inter meas chartam, in qua itidem de vocibus quibusdam agitur. Noto paucis, nullam eſſe vocem in Teutonico, quæ abuſum vel vitium notet. Adeo ſignum eſt, in ſtatu integritatis primævæ linguam noſtram fuiſſe in uſu. Ita *Bold* non notat audacem, audacia enim vitium eſt: ſed notat generoſum, vivacem, qui ex arena & promtè novit, quomodo conſilium ſit capiendum. Hinc *bolde*, citò. *Verbolgen minſch* eſt audax, qui & nimis & minus juſtè eſt temerarius. *Boldemans* Septentrionalibus cives & ſubditi, promti ad auxilium. Talis fuit denominatio Balthorum familiæ. Ad Bold pertinet *pollentia*, pollens Latinorum; Leopoldus, promtus uti leo. Rectè ideo Ampliſſimus Ludolfi, male ſcribi per p. Sed tales errores in orthographia ſunt infiniti.

vid. ſupr.

Hè-

Hèven cœlum, vox nobis, uti rectè obſervat Cl. Ludolfi & Anglo-Saxonibus uſitatiſſima. Sed potiſſimum dicitur *hèven* cœlum metaphoricè non tam ob altitudinem, quam excellentiam. Hinc ſcil. hæfur eſt, excellens. *Mikil hæfur* magnificus. Addis, intelligi ſolum ſpectabile cœlum. Reſpondeo: aliud non noverant gentiles, quos apud vox hæc locum habebat. [Plebs noſtra *heven* non niſi de ſpectabili cœlo accipit, Angli & de cœlo beatorum.]

Vox *ánden*, and,ond, male facere, malum, ex particula and,quæ idem eſt, quod *ἀντὶ*, oritur, contra, contrario. Videtur nobis hæc particula iſthoc in ſenſu eſſe deperdita; verum exſtat adhuc in lingua Run. and-ſælis contra ſolem | andſpilli reſponſum, & nobis *andvvort*, reſponſio, *andlitt* facies. At vero ex contrario malum oritur. p. 274

Sequitur vox *reiſ*, ſurculus. Vides, ex hac voce rurſus, quam Germanica ſuperior lingua non noverit radices. *Rís* eſt vera pronunciatio, unde *ríſen*; & riſen propriè réſen gigantes, in magnam molem ſuccreſcentes homines. [*Vocales variant, etiam Angli Riſe pronuntiant, ut* Reiſe.]

Nap, ait Ludolfus, eſt in Thuringia urceus roſtratus. Rectè putas ſæpe S. eſſe *ποδητικὸν*. Belgis eſt *nap holder* pocillator. Sed

addo, τὸ S. omnino ad essentiam vocis pertinere, maleque omitti. *Snappen* refert rostratum, v. g. avis, motum ad quid arripiendum, quod idem & nos homines facimus. Quo pertinent *snappen*, *snibbe*, sneppen, & in Thuringia Sneppkanne.

Quæ ad vocem *schere* forfex, & *schèren* notas, egregia sunt; quo & pertinet *schèren* abradere. Notat sc. in genere vox *scheren* quamlibet motionem, atque à motione exortam separationem. Quo pertinet & vox scurra, scurriliter agere, Wandscherer.

Sed noto, hanc radicem pertinere ad sonum naturalem, qui editur, quando partes anni ab invicem vi separantur. Hinc pergo, non pertinere ad hanc radicem *en schur*, neque ad securum; (somniant enim, qui voces nostras a Latino vel Græco derivant) sed ad lucem & tenebras, id est, sensum visus. Scripsi enim alias *a. e. i.* vocales, symbola esse lucis, & per metaphoram, ejus, quod gratum amœnumque est; *o* & *u* vero esse symbola tenebrarum. Ratio patet in naturali oris compositione, aliâ cum illæ, aliâ vero cum hæ pronunciantur vocales. A, e, i aperto, o & u concluso ore formantur. Ita in hac voce *skur* tectum, utrumque observo. *Skír* est quod klár, skír *Water*, *skúr*, obscurum Latinorum, â natura itidem & ú. Hinc, quando aër ob exsurgentem tempe-

sta-

ſtatem collectasque immaniter nubes penitus obſcuratur, dicimus: *dar kumt én digte ſkur*. *SK.* notat celerem & impetuoſum delapſum.

Pergo ad vocem *Wied*, Svec. Wedh, lignum. Quo fine allegat Ampliſſ. Ludolfi *Erd*, *Wid*, *vid*. *Nagel-veſt*, quo ſignificantur res, quæ pro immobilibus habentur. Reſpondeo, propriè non notare quodlibet lignum, ſed proprie *Wid* (vimen idem cum noſtra voce) ſalix, reſtis, funis, *Wéke*, ſtrikke, darmit man binden un vlechten kan; Lingua Septentrionali *Widh* lignum, Widakaſt ſtrues ligni. Sed NB in eadem lingua radix explicatur. *Widund* eſt inflexum, incurvatum. *Widiu* inflexa vincula ex vimine vel alia materia. [Weit, Wid, *ſunt ampla, flexa, capacia.*] Et habemus nos inter ſpecies agrorum én *wîd*, dar *widen* up *waſſet*, dar man mit vlechtet. Radix eſt ab *amplo*. Solent enim in amplum excreſcere & dilatare ſe in infinitum ſaliceta. Hebræi habent nobiſcum פָּתַח aperuit, & Latini *Pateo*. *Rabani Gloſſar.* paſſim *uuito*. Jam dicam, unde inter immobilia cenſeantur, quæ viminibus ſunt adnexa & alligata. Primis temporibus viſcera terræ non ſcrutabantur mortales. Hinc nulla ferri notitia, nullus uſus. Hinc ut nunc ferreis clavis, ita tunc figebatur, & fixum cenſebatur atque immobile, quod vimine erat adligatum. Funes reſtesque poſtmo-

dum temporis arte contortæ idem fuere, quod vimina, & ad eosdem usus fuere adhibitæ. Accessere clavi lignei, quibus notum est compaginari adhuc hodie rusticorum ædiculas. Et quam omnia hæc vimine, vel fune, vel clavo ligneo potuerint peragi, patescit, si simplicitatem Architectonices majorum nostrorum consideramus. Non habebant eorum domus contignationes sibi impositas, & ab se invicem separatas, da waren keine boden inn. Sub tecto habitabant, sub tecto dormiebant. Scis, unde hoc probem? Respondeo, quia adhuc hodie in summa contignatione prope tectum posita trabs vocatur *de Hanebalke*, in quam evolabant galli cum gallinis adventante vespera. Ergo non fuit ulla interposita contignatio.

Sequitur vox *quer*, *quérenmèle*, (observabis, ut hoc obiter addam, me duplici accentu notare τὸ e vocalem literam é & è; illud acutum notat, ut *mèle* mola, hoc obtusius, ut in *quéren*) Quid igitur sit *quér*, patet ex dialecto nostra, dat *dwér herdèr geit*. Idem est versus, transversus. Ita apud nos platea quædam dicitur de quérnstrate de quér dèr twe straten geit & duas alias plateas veluti dissecat. Radix allegata superiùs jam est, &, si ad prima Philosophiæ nostræ Etymologicæ principia lubet progredi, *qu.* pronunciatione quadam con-

contorti oris formatur, quemadmodum & *dv. dw. dwars*, *verd wars*. Notamus vero ex antiquitatibus, & ſeptentrionalibus & noſtris, majorum noſtrorum quemlibet domi ſuæ talem habuiſſe manualem molam.

Progredior nunc ad pronunciationem τῦ C. C et K. & reſpondeo, primùm: non novimus Saſſones, nec habemus. Secundò, ex hoc C. & K. v. g. in voce Cæſar, patet, linguam noſtram eſſe Latinæ matricem.(*) *Kaiſer* enim eſt vera & radici proxima vox, à *Keſen* eligere. Egregiè Lund. notis ad LL. Weſtrogoth. p. 130. Antiquam eſſe vocem Latinam, τὸν κυρίαντα ſignificantem, Salmaſius evincit in Plinianis exercitat. *Kæſa* eſt eligere; unde Kiäſari, Cæſar, in confirmatione LL. Uplandicarum Regis *Birgeri*. Ad Deum hanc vocem applicarunt veteres Poëtæ *Her Rudolf vom Rotenburg* c. 1. §. 6. Der *Himmel Keiſer*. [*Hæc minus rectè.*] Nos verò non habere literam C. patet ex enumeratione vocabulorum. Mollities fecit, ut Italis K. robuſtum & virile in C. effœminatum mutaretur. Quod quidem de majoribus noſtris dicere non licet; exploratum tamen eſt, quod nos ſcribimus per C. & ch. id veteres per K. SK. item Sg. ſcri-

(*) Hæc nolim dici. Cæſar haud dubiè initio adoptatione in familiam Jul. Cæſaris, qui ipſe non utique ab eligendo.

ſcripſiſſe. Ita *in Hovleden* non *Burchart* ſed *Burkard*, von Hohenfelſs. Ita *Skár*, non ſchár, turma. Unde Itali ſcribunt quidem Scaramucciare, levi prælio congredi; c. tamen revera eſt K. Skaramucciare. Pro *welcher* Speculum Saſſon. habet *welker*.

Addit Ludolfus quædam de V. Latinorum, referente noſtrum w. Et veriſſima hæc ſunt: W. ſcil. & V eadem ſunt litera. Diverſitas inde eſt orta, quod alia gens aliâ aſperius pronunciet. Inde Junius Alph. Goth. ad literam Q. reſpondet, ait Anglo Saxonibus cum vel *vau* duplici, vel exprimit etiam aliquando Græcorum ὑψιλὸν. Cæterum generaliter, quod Latini per v. ſcribunt, nos per w. efferimus, compreſſis veluti labiis, ut *vinum win*, *ventus*, *wind*, *vela*, *wellen*, velitari, walten, bullire & bulliendo præliari, waden vadare. Addis, non tantùm wegen, *vvogen*, wage, ſed & wallen, wellen, wenden, winden, à motu. Recte. Ratio vero eſt in litera V. quæ dicit motum à loco ad alium; quod pronunciatio τῦ V. oſtendit. Hino *av*, *ab*, & tot centena vocabula, *avgán*. Illud obſervatum ſolum velim, nempe nos rectius per *av*, quam Latinos per b. ſcribere τὸ *ab*. Sed & rectius Latini per v. quam nos per w. ut *ventus*, wind.

Quod ad vocem *órt*, rectè CL. Ludolfi refert eò *ordnunge*. Rectè item, notare terminum,

num, addis: Ita ſpeculum Saſſon. órt eſt rand, ort-iſern, an ener ſwert ſchéde. Sc. in collocatione vel unius vel plurium, ubi quis ordinatur, ut ſit, (am órt und ende) ibi terminatur motus & ſiſtitur.

Atque hæc ſunt, quæ in Ampliſſ. Ludolfi Tuisque chartis, conjecta atque adnotata ſunt; quæ ut æqui bonique conſulatis, quæſo. Id enim in hoc ſtudio maximè actum oportet, ut ad certa principia, eaque prima & ſimpliciſſima, omnia reducantur. Unde, ſi quâquam in lingua, certe in Saſſonica vel Satonica noſtra (hæc enim ultima vera eſt & gentis noſtræ & lingvæ pronunciatio) Philoſophia vera datur Grammatica.

De voce *Bèren-héder* (juxta noſtram pronunciationem) ſileo. Alias Berenhüter lingva Germanica ſuperiori; & poſtea, quia hi omnes fere voces diphthongicè pronunciant, Bêrenheuter. Notiſſimum enim ex ſpeculo Saſſonico, Statutis Brem. Hamburgg. Brunſvicc. aliis, *Bèrn* eſſe *ſwin*, & quidem verres (vox eſt *verres* eadem cum bèr.) Latini b. cum v. commutarunt.

Placuit notatio Tua ingenioſa ad vocem *Hánreh*. Quæro, qua quæſo dialecto *reh* vel *réde* eſt caſtratus? Habet enim *Spaten* in Lexico quidem ſuo Rè laſſus, ſed non in notatione caſtrati: Sed nec inelegans eſt ejus ſuſpicio

ſpicio in *reiern* prurire, Venereum æſtum pati, ut *hánrei* vel *hanreier* ſit tolerans ſubſeſſorem uxoris ſuæ. Nihil addo, niſi ſuffixum *rei* notare qualitatem alicujus rei vel perſonæ. Ita veteri lingva Anglica *Englecerie* dicitur vetus jus Anglicum juxta *Skinnerum*. Unde Galli etiam *cocu* vocant.

Biderman, eſt vox compoſita ex *bider* & *man*, & contracta: proprie enim, uti recte notas, eſt biderveman (ita ſcribitur apud Poëtas veteres Germanos) uti eleganter & vere explicas, vir probus. Radix eſt *darven*, *derven* non tam audere, audacem eſſe; ita enim jam ad abuſus protracta erat vox; quam à virtute ipſa, id eſt, probitate, fortitudine, integritate. Hinc fortes viri ſunt viri virtuoſi, v. g. Suevis, es iſt ein tapferer mann. Notare vero *Bidermann* virum probum, qui opponitur infami & ſcelerato, patet ex egregio loco in Landr. l. 1. art. 98. Die ſache bleibet burglich, und der beklagte bleibet *bider*, das iſt, *baur und burger*, id eſt, in numero honeſtorum porro cenſeri debet. Poſt dicitur: wird unrugtig und *unbider*, das iſt, bleibet weder baur noch burger, hoc eſt, fit infamis & habetur inhoneſtus.

Artz, medicus refert Ampl. Ludolfi ad artiſta. Dico vel ſentio, antiquiùs longè eſſe vocabulum Germanicum barbaro Latino. Confero ſcriptionem & pronunciationem antiquam,

quam, quæ est in vet. Saxon. *Arst*. *Artse* etiam vetus Belgicum Kiliano mederi. *Arstedie* medicina, apud Otfrid. III. 14. 22. *Arzat* medicus apud Willeramum. *Arzat-Wurze* mandragora. Hæc omnia conveniunt cum *árt*, *árd*, ár, *erde* terra; & in genere terræ fructibus, qui ex ea proveniunt, in specie vero spicâ, aristâ. (Unde *jár* annus; *Aran, monat* veter. Theotiscis mensis Augustus.) Inde vox à naturali (uti omnia vocabula talia) ad animum translata, notat, *árd* indolem hominis, & fructus ex indole progerminantes. Item *ardig* frugifer, qui fructus fert ingenii, laborioſus; *unardig*, homo perversæ indolis, id est, sterilis, qui sine fructu est. Huc refero vocem antiquam Saſſonicam *Arst*; quia, uti notum est, veterum medicina domestica, quod & de Danis demonstravit *Bartholinus*, in adhibitione herbarum congrua consistebat. Idem est Latinis *Aromatarius*, qui herbis curat. Præfigitur *W*. & fit wurts; unde Herbipolis, Wurtzburg. Neque enim majores nostri ante retectas Indias, aromata alia noverant, quam terrarum nostrarum indigetes fructus. [*Ego malim cum Ludolfo* Arzt *esse ab* Artista.]

Verdammen, döma, dammen, judicare. Ita est. Hæc enim cum τῷ damnare Latinorum idem sunt. Condemnare enim est in genere, ju-

judicando partes obligare. Quo pertinent formulæ ſolennes Romanorum: *Hæres meus damnas eſto.* Pertinent huc infinita, quæ in antiquitatibus & noſtris & Saſſonicis Friſicisque occurrunt. Ita in inſula Bornholm *Landsdömere* ſunt judices inſulæ. *Demſters*, teſte *Skinnero*, judices in Mannia inſula. Heſychio, δημιῶν, ὁ τὸν δῆμον διοικῶν. Et certum eſt, vocem à poteſtate oriri vel jurisdictione qualibet, (unde & Domini vox Latinis) habereque conformitatem, ſeu eſſe eandem cum *damm* aggere, *temmen*, *tèmen* domare, coërcere, radicem. Hinc in Scandico apud Veſtelium *Kongdomur* eſt poteſtas Regia; & A. Saxonibus *dam* idem eſt, quod dome judicium.

Ex literis G. G. L.

ROgo, ut ſilentium meum non quidem magnis, ſed tamen multis diſtractionibus meis imputes. Nihil inde affectui decedit. Vota annua ex animo reddo, & in multos annos, omni ex parte felices.

Dn. *Erici* Gloſſogoniam nondum vidi, ſed alia olim præludia, cum Venetiis mecum loqueretur.

Neſcio, an ſuadere audeam, ut pro diſſert. aliqua præliminari in ſpecimen, aliquid eligas minus controverſum, quam eſt Etymon Saxonum

xonum vel Saſſonum. Etſi enim Tua ſententia mihi valde plauſibilis videatur, non auſim tamen contemnere alteram de brevi gladio. Sic & derivatio τ̃ *haupt* ambigua, utrum à *heben*, an potius conſentiant *caput* haupt, ut *cornu*, horn, *cervus* hirſch, *canis* hund, κορη (puella) huhr. *Arquebuſe*, an Italorum arco bugio? arcus (id eſt, eminus feriens) ſeu cavus. Perplacet *Anger* ab Eng. Quern, querl, *Korn*, niſi à granum, wirren, wellen, omnia à motu. *Schuhr*, *Scheure*, locus ſejunctus à ſchehren, dividere, ſeparare. Sed *Schur* pro pluvia ſubita Saxonibus inferioribus, puto magis à *Schier*, id eſt, promtè. Forte tamen ipſum *Schier* promtè à Scher; nam pura & minuta promtè tranſeunt moventurque. Weit, wid, weide, vimen, ut ampla & flexa ſunt capacia. Reh vel rede caſtratus eſt noſtris plebeiis; nec dubito id noſſe & veſtros equiſones. Nempe diſtinguunt *Hengſt*, *Reh*, *Stutte*. Hertha jam Tacito *Erde*, terra. Unde dubito, an Herd focus à grege, Herde, ſeu congregatione ad focum.

Dubito etiam, an non habeamus Z. vel ts. Iam apud Scriptores Carolinos eſt witsan. Tute citas Arzat. *Zinke*, ut *Zancke*, *cinghiale*, *Sanglier*, *Zacke*, *Sica*, *Sichel*, *Sachs* pro gladiolo, ſecare; probabilius puto, quam zincke à ſingen. Eſt enim zincke peculiare inſtru-

mentum muſicæ, à figura dictum. K. generaliter curvedinem videtur ſignare, ut *Hake*, uncus. Nam ipſo ſono obſtaculum denotat, ut hamis & uncis res ſiſtuntur.

Quædam malim concedere nos ex Græco habere, cum notitia rerum, ut *Engel.* Verendum enim Tibi, ne talibus negatis excedere videare. Idem dixero de Cæſar, Kaiſer.

Angrivarii forte Engerbauern, ut Amſivarii, p. 263 Embsbauren, ad Amaſum. End, And pro malo, ἀντὶ, ante, ahnden, ahnde thun; antlitz, andwort, &c. conſentire & ipſe putem. Neſcio an *Ris* veſtrum melius, quam *reis* ſuperiorum; nam & Angli *riſen* pronuntiant *Reiſen.* ~~Ne putas~~, *Arzt* pro medico videri antiquius barbaro Artiſta; ſed ſuſpicio eſt, id jam declinante Romanorum lingua fuiſſe receptum, ut multa, quæ poſtea barbari uſurpavere. *Hanebalcken* ingenioſe notaſti.

Metallariis noſtris hodieque *Orth* eſt terminus. *Vor dem Orth arbeiten*, ſignificat in loco, ubi cavitas in terræ viſcera acta deſinit. Hæc ad longam & doctam Epiſtolam Tuam dicere nunc vacavit.

Gerhard. Meierus ad G.G.L.

PUtas, vocem Saxonum eſſe controverſam. Quod equidem nos, qui in *terra antiqua Saſſo-*

Saſſonum habitamus, id eſt, patria Saxonum, qualis *Wolltero* aliisque Hiſtoricis vocatur, non ita judicamus. Saltem id principium eſt naturale equidem, ut non à peregrinis exoticisque, quorum proprium eſt ad ſuas Dialectos inflectere, immo detorquere adſumtas auditasque voces, eas mutuemur, ſed à domeſticis originariam & immutatam vocis alicujus pronunciationem. Quodſi vero eam gentem, quæ Saxonum hodie dicitur, animis noſtris ſiſtamus, id apud omnes in confeſſo eſt, triplici-ter eandem dictionem à variis, imo & ab eodem populo eſſe enunciatam: (1.) *Sate*, quod exſtat in Holtſatze, Hollſatia, Allſatia, (2.) *Saſſen*, *Alſatia*, *Allſat*, *Ellſaſſers*, & noſtrum *Saſſen-Chronige*, *Saſſendimg*, *Saſſenhagen*. (3.) *Saxones*, quales poſterioribus primùm ætatibus pronunciati ſunt iidem Saſſones; quod nemo mortalium negabit, cum Satorum, id eſt, Marſatorum quidem mentio fiat apud Tacitum aliosque, nulla vero Saxonum; qui tamen iidem cum *Satis*, *Setis* *Satonibusq;* ſunt. Scilicet Monachatu prævalente, & in lingua quadam, neſcio qua Latina, gloriam eruditionis ſuæ aucupante, id itidem continuatum eſt, quod alias antea obtinuerat, ut noſtrum S. in KS. mutaretur, duriusque & virilius pronunciaretur more Romano, (v. g. *aſſe* axis, apud Baluzium Notis ad Capitularia Friſo, ubi Latini

Codices habent *Frixon*, *buſſe* pyxis; *Briſte* Brixia, *braſſen* braxare, *buſsbóm* buxus, Taſſanders, qui juxta Becanum Taxandri. Martianus Capella regulam format, X. quicquid C. vel S. firmarit, exſibilat. Quo fit, ut antiqui Saxones diſtinxerint ſuas ſedes (unde *Saxen*) in Angliam ingreſſi, in Weſt-Eaſt-Süd-Nord-Saxens (ita enim ſcribit vulgus, cum X tamen nunquam habuerimus) à plaga, ſcilicet, quam inſederunt. Sed cum hæc principii inſtar ſint, non arbitror, de iis eſſe diſputandum. Dolendum potius, alterum ex altero, qui mos noſtrorum eſt, audacter ſine aliqua ulteriori inquiſitione deſcripſiſſe, & uſum illum Monachorum à Doctis Viris, effati inſtar oracularis, adſumtum eſſe.

De capite *hévd* itidem non ambigo, quin ſit ab *heven*. Radix enim noſtra in aprico eſt. (NB. ipſa aſpiratio H. attollit vocem in ore, & illud dilatat. Hinc *hóg* altus: uti *n* deprimit, unde *nedder*, *neddrig*.) Sed unde eſt miſeræ & Babelicæ Latinitatis, nullis principiis nixæ, caput? Sed & ipſum Græcum rem confirmat. Itali habent Capolatte, coloſtrum, caput quaſi & flos lactis. Spec. Saſſ. quod populi, qui reſiſtebant Nabuchodonoſo, *ſikk hebben hèvedet*, ſeſe erexerunt. Adeo notat nobis in matrice noſtra lingva, quicquid elatius eſt, & naturaliter & moraliter præ alio. Quo itidem cum

cum centum aliis pertinet *Hèvdmann*, *hevdvaa*.

Quod vocem attinet *Skur*, *Skire*, kórn, ſkíre. (ch enim non habemus, quia caremus ח c) horreum; pertinet ad *ſkiren*, antiquam vocem Saſſonicam & noſtrum, *ſkèren* (hinc de fracto & ſeperato: ett iſs geſköret) quod eſt, uti Junius vult, & cum eo alii, dividere, ſeparare; quo reducenda eſt etiam pagorum in Anglia diviſio, ab *Alfredo*, ut fertur, inſtituta in *Scheirs* ſive Satrapias. In Anglo-Saxonico eſt *Scyran* partiri.

Sed & ab illa ſeparatione reliquæ affectiones, nempe citum eſſe, citò venire, lucidum eſſe, latum eſſe (qualiter dicuntur piſcatoribus noſtris Skír-laſsgárn, quod latius eſt, opponitur dem enngen Laſsgarn) item, mundum apparere, facili operâ deducuntur &c. Per u. effertur ſkur (u enim vocalis nota eſt obſcuri tecti, tenebroſi; unde apud veteres, v. g. Plautum *ululare* ad *u* refertur) quia tecta eſt, indeque obſcurior domuncula. Pergo ad *queren*; & noto, omnia conſonantia k. d. t. cum v. vi pronunciationis oralis notare, quod non rectum, non æqvum, non planum, ſed diſtortum, â recto abſcedens, violentum, ut *qvernſtrate*, quernhameln, dwaddſchen, Kérl, Kuannt.

Subjungis, *Ré* eſſe tertium genus, equi nem-

pe caſtratum. Ita equiſones noſtros dividere equos in *hinngſten*, *Ré*, *Stute*. Sed reſpondeo, per accidens capo, equus, canterius taliter vocatur. Nimirum vox pertinet ad aliquid, quod eſt velox & celer; unde & Re, Rebukk, capreolus nomen habet, Rabò glis. Recho capreolus (ſine dubio *Rebo*) & pertinet (quia lineâ rectâ fugit & movetur, veluti breviſſima) ad *Ré*. *Rédig*. Reddig. Vel (2.) quod à motu nimio laſſum eſt & fatigatum, ut dicimus *das pferd iſt ré geritten*, id eſt, à nimio præpete curſu laſſum, *wann ein pferd alſo abgeritten iſt, daß ihme die beine ſtumff und ſteiff geworden*. Unde videtur orta vox *Hanre*, *Hanrei*. Dicunt itidem Miſnici Hanreer. Laſſi galli, Stump-gerèden.

Quod ad *Zinnke* adtinet, Cinghiale, ductum ab incurvo dente, quem aper habet; agnoſco convenire cum Sakhſe. Neque enim Sakhſe eſt fuitque unquam genus armorum militarium, ſed in ſemicirculi modum formata falx (nos dicimus Séſſe) qua veluti cultro quodam incurvo demetuntur fruges. Neque enim credo, quemquam mortalium *Sakks* (unde Saxones dici ſomniant) ad arma unquam militaria retuliſſe. Molanus in Indice Saſſonico habet Seſel falx in LL. Sal. *Saxandrus* vero & *Seiſſe* & *Saider*, quia cæſim. Wendel. Gloſſ. ad LL. Sal. p. 187. *Currus falcatus* erat *mit uppſtánde ſnidende ſeiſſen*.

Vid.

Vid. in Gloſſ. meo magno Anglo Sax. *Saex* culter. Lingua Scandica *agnſax* culter, quo piſcatores eſcam hamo imponendam dividunt. Quod vero Græcam linguam adtinet, non vereor in eo poſſe nos Germanos errare, ſi pleraque, id eſt, maxumam vocabulorum Græcanicorum partem nobis, matri & fonti Græcanicæ linguæ, tribuamus, qua & mille aliquot annis antiquiores ſumus. Et ſane, ſi mare hoc vaſtum introgredi libeat, conſtabit, nihil eſſe magis lacerum deperditumque: adeo ſuis excidit illa lingua penitùs radicibus, quoniam noſtræ, id eſt, originariæ ſuæ linguæ oblivionem penitùs cepit. Sed & maneamus in voce *Angelus*. Quid habet, quæſo, Græculus, quo vocabulum hoc ſibi, ut *οἰκεῖον* tribuat? Sed in noſtra lingua eſt radix *Enngen*, quæ ad non abuſivos ſenſus, (quò & tyranni vox pertinet teſte Æmilio Probo) ſed ad primigenium eſt reducenda. *Enngen* eſt aliquem reſtringere, id eſt, imperando & jubendo intra terminos certos aliquem redigere; quod olim fiebat moderata voce & veluti rogando, poſt vero *angariando*, quæ in Scripturis vox Perſica allegatur, ut notet coactivam vim aliqua tenus cum equis proficiſcendi. Nota vero eſt in multis conformitas Perſicæ cum noſtra. Cum ergo *Enngen* in ſe ſit obligare aliquem ad quid peragendum, ex ſe inde oritur *Engel*, nuncius,

Angelus; à qua etiam reſtrictione Angli *Enngelerſs*, veluti coërciti intra reſtrictiores fines dicuntur. Gloſſ. A. S. *Angel, hamus. Angelcyn*, Anglorum gens.

Dubitas, an *riſ* gigas ſit à noſtro *riſen*, & an noſtrum *Riſ* melius ſit, quam *Reiß* ſuperiorum Germanorum. Quæro Te, cur dubites? Nonne & vos ipſi gigantes vocatis *Riſen*; & quod Scandis eſt *Rekinn*, nobis eſt *Riſin*, terræ filia, mulier ſtatura gigantea. Numquid habetis, *Riſenhavvt*, *Riſenbar?* Quod vero Angli habent *Reiſer*, facile explicatu eſt. Eadem enim provincia, idem fere pagus, & absque & cum diphthongo, voces itidem apud nos easdem exprimit. Si in ſuburbicaria noſtra egredimur, confeſtim per diphthongum pronunciari reperiemus a. e. i. o. u. *Vlote*, *vlaute*; *bi*, *bei*. *min*, *mein*. *&c.* Sed & Alamannos veteres per i. expreſſiſſe, patet ex antiquo carmine *Herr Hennrich von Velldig*. §. 8.

Swer *mir* ſchade an miner Vrauen,
Dem wunnſche ich deſs Riſes,
Darann *di diebe* nèment ir ennde.

Et Scandi habent *Riſar* gigantes. *órt* non metallariis veſtris tantum, ſed & nobis in re etiam agraria & alias, notat limitem; unde *órtſtein* eſt *ekkſtén*, *órtmál*, lapides angulares, in principio & fine limitum ſtatuti.

Binas Diſſertatiunculas, alteram de *Arrvexen*,

xen, ad Dominum Procancellarium Halberſtad. alteram de voce *Matt*, *Madd*, proxime per amicum mittam.

De Tomo Scriptorum Germanicorum egregiè mereberis. Quod mihi non licet, id divina favente gratia per juvenum aliquod par eruditorum molior. Nempe Corpus aliquod LL. antiquarum veteris Saxonum populi, quo pertinent multæ numero ſtatutariæ leges Brunſvicenſium, Friſonum (Codicem habeo antiquiſſimum membranaceum) Hadeloenſium, Hamburgenſium, Bremenſium, Oſterſtedingiorum, Cellenſium, Stadenſium. Huic velim Corpori talia ſervari. Mira ſane prodibunt, quæ ad Antiquitates noſtras pertinent. Sed vereor, ne mihi, quod Craſſo in Parthos pergenti admodum jam ſeni ab hortulano oggerebatur, quod hora diei duodecima in Perſas iret, objici queat. Quicquid ſit, ſufficit aliis oſtendiſſe, quid factum oporteat illuſtrandis rebus noſtris, quidve faciendum ſuperſit. Addis, Te ſubmiſſurum ex Bibliotheca Paulina Lipſienſi meis uſibus quædam. Ita facies optimè. Meminit mei eodem fine Auctor der Monatl. Unterredung. menſis Nov. A. 1698. p. 938. Vide, ut nanciſcar talia, primo die remittentur, idque Lipſiam, ſi ita vis, per mercatores noſtros.

Unum nunc addo, idque non absque dolore

quodam, non tam ob materiam ipſam, quàm ob Germanorum noſtrorum φ κακοζηλίαν. Expiſcatus nimirum ſum per Ampliſſimum Procancellarium Halberſtadienſem, Magdeburgi in Bibliotheca Capituli reperiri codices hoſce, quorum catalogus transmiſſus eſt, nempe ſunt

1. Iſidori Hiſpalenſis Synonyma ſive Soliloquia MS. cum annexis, & inter alia Vocabularius Latino-Germanicus MS.

2. Vocabularius Latino-Germanicus 1414. MS. Verſio vocum Latinarum facta eſt in idiomate Sax. infer.

3. Alius Vocabularius Latino-Germanicus MS.

4. Lucianus, id eſt, Gloſſarium, difficilium dictorum obſcuritates producens. A. 1412.

5. Diverſa Vocabularia Theologica A. 1449. Auctore Antonio Haſen.

Difficile dictu eſt, quot literis ultro citroque Domini Procancellarii & Domini Abbatis *Wolffhardi* res eo tandem perducta ſit, ut indicis copia fieret. Sed dum communicationem operimur, ecce Tibi decretum Summi Capituli: Domino Abbati Bergenſi Wolffhardo communicari poſſe, ſed ea lege, ne extra urbem Codices emittantur. Velut ſi hic de Cereris myſteriis, vel ſacris Cæſarum Pontificumque ageretur. Reſcripſi ad Dominum

Pro-

Procancellarium, ut ex ſingulis Codicibus vel unam paginam, à Domino Abbate deſcriptam, transmittat, ut in quo cenſu ſint, experiar. Quod ſi quædam momenti alicujus continentur, ſi Tibi alia via non ſuppetit, vel Domino Procancellario, mediatoria opera Ampliſſimi Domini Syndici *Maſtricht* utar, ut per Illuſtrem *Fuchſium* Berolino accipiam. Interim talia, crede mihi, non me leviter afficiunt: faciunt enim ad eſſentiam operis mei.

G. G. L. ad MEIERUM, d. 10. Maji 1699.

QUid ſit *Ordnung der Kilfer marck*, quam olim tibi a me miſſam ais, & nunc iterum deſideras, non memini. Mitto vero aliud, quod tibi non ingratum puto. Liber eſt Germanicus MStus in membrana, non ſanè recens, quem mihi transmiſit amicus. Laudes ſunt Beatæ Mariæ virginis, carmine ſcriptæ. Vel vox *Drechtin* (quod alias druthin) pro Domino, quæ paginâ ultimâ occurrit, *dat helf hir unſir drechtin*, de antiquitate teſtatur [*Eum librum nunc accepit Cl. Eccardus*] Multum fateor eſſe probabilitatis in tua Saſſonum vel Saxonum Etymologia. Agnoſco hodie inferioris Saxoniæ dialecto, SS. ſæpe uſurpari, ubi ab aliis X. Unum maximè obſtat, quod aliter

aliter Beda & alii veteres ex ipſa gente Saxonum. Pro genere armorum uſurpatum, dubitare non debes, ob teſtimonium vetus de Anglo-Saxonibus; qui in Epiſcopum quendam inſurgentes, inter ſe dicebant: nemet jue ſaxen. Sumite ſicas veſtras. Veriſſimum eſt, literam h ſignificare naturaliter elevationem, quæ ipſi pronunciationi ineſt; & valde probabile eſt, *hoch* heben, heaven, hevet, haupt, caput, hinc fluxiſſe, quin & Hebræis גאה gaha, altum eſſe חבר Habar, ſiderum obſervator. הר Har mons, Græcis ὄρος, Ruſſis gora. Sed tamen viciſſim & K. naturali quodam valore ex pronunciatione ducto, ut (ni fallor) itidem ſcripſi, ſignificat obſtaculum, adhæſionem, quæ in efferendo apparent; ut in uncus Haken, Zacken, ζάγκλη Zinke, Sica, Sichel, camp Κάμπτω flecto, cyclos, ſcapha, ſcyphus, curvus, Krum, gyrus, querquern, querl, cubitus ἄγκων, (unde urbs Ancona) angulus, eng, Angli; arcus, arctus, κοῖλος, cælare, celare, occultus, κρύπτω; כף caph, curvaturæ כפף caphaph, curvare, cavus, cappa, capere, capulus, caput, kopf, haupt, κεφαλή, cophinus, cofre, cupa. Etiam κακὸς malum, nempe curvum, oppoſitum recto τρία κάππα κάκιστα. Hæc comparare non injucundum, & velut venari occultantem ſe veritatem; ſed certi aliquid eligere, difficile.

Opti-

Optima sunt, quæ habes de *shire* divisione. Interim nobis etiam *schur*, *schover*, *schier*, subitum, quod de pluvia transitoria; & febrili friguſculo solemus usurpare. An autem id, quod subitum significat, ejusdem originis sit cum eo, quod divisionem notat, amplius deliberandum. Sanè subdivisa atque adeò tenuia sunt etiam mobiliora.

Angelum ex nostro petere non ausim, sed malim contra. Idque veritati consentaneum puto; & verenda præterea hominum judicia arbitror. Per se satis iniqui sunt hujusmodi laboribus; quid futurum putas, si nos ipsi speciosos ipsis prætextus carpendi nostra præbeamus. Ego mirifice faveo Græca ex Scythico vel Celto-Scythico fonte petentibus; sed tamen est modus in rebus. Non negem ἄγγελον esse à radice, quæ apud nos superſit. Interea *Engel* nobis non puto usurpatum nisi Græcorum aut Latinorum imitatione. Dubitare me, an Ris, Reisen, Reis, (surculus) Riese Gigas, ab eodem, non memini. Reisen & Risen non distinguo, nisi dialectis. Tuo ortstein pro lapide angulari, addo ort und ende. Sic ort idem, quod Kante, Canton in Helvetia & Svevia. Præclarus labor suscipietur in legibus antiquis Germanorum vel mediis illustrandis; sed cum non omnia per TE possis ob rerum copiam, id rectè devolves in amicos.

Ca-

Capitulum cathedrale Magdeburgicum in communicandis MSCtis difficile esse non miror. Ita mos est ab antiquo, præsertim, apud non examinantes.

Mitto dissertatiunculam *Ottonis Sperlingii*, viri docti *de crepidis veterum* ab auctore acceptam: Ridebis curiositatem: Risit & Dux *Rudolphus Augustus*, cui per me destinarat. Disquirit inter alia de origine Pantoufforum. Budæus dixit παντοφθλλὰς, quasi totos exsubere, secutus *Janum Lascarim*. Schilterus antiquis *ban* esse pedem, *tofel* tabulam. An ex eo potius, quod *staufen & stifel* est capacitas, cui manum vel pedem inserimus. Unde erit Wandstaufel, calciamentum domesticum, ut soccus ex Wand, id est, panno laneo vel alio molli. Scis, stoffel & toffel æquipollere, ut in Christophoro. Stieffel ex eodem fonte. Generaliter Stauffe de re capaci, cui quid inseras; ideo *stauffe* etiam scyphum significat superioribus Germanis, unde Stübicken. Saxones inferiores dicunt *ein Stoop*. Hæc animi gratia & per lusum. Seriò enim nimis talia tractari nolim.

Mat Elegantissima sunt quæ disseris de voce *mat*. Solent sæpe permutari potentia, scientia & voluntas. *Mat* nobis est debilis seu potentia destitutus; sed *matto* Italis destitutus cognitione & judicio. Sic *arg* olim homo inutilis, Lon-

Longobardis, (apud Paulum Diaconum) ut & Græcis; hodie ſumitur pro malo. Itaque olim pro eo, cujus imperfectio conſiſtit in ipſius potentia & intellectu; hodie pro eo, cujus vitium eſt in voluntate; ſic *tögen*, *degen* (id eſt Held) olim de viribus & robore, prorſus, ut latinum virtus. Sed hodie tugend (ut & virtus) magis de rectæ voluntatis habitu. Probus homo, preud-homme, nunc de viro forti, nunc de viro bono, quemadmodum viri ſtrenui & nobiles olim *gute Mannen*, boni homines dicebantur, quæ expreſſio hodie in contemtum abiit. An *mat* pro ſocio, & *mad*, vel *matt*, pro debili, ſtulto, ab eodem? hæreo. Sane mit, μετὰ, metten, muthen (occurrere) meeting, mate (unde matelot) conveniunt; quemadmodum ab altera parte modde, mudde, (pro limo) maza, (pro cibo) maſſa, mad pro molli, debili, matte (polſter). Sed a mazzare, mattar, puto eſſe à mazza, maſſa, maſſive, Streitkolben; cui nomen a craſſitie vel maſſa ſua in extremo. Nempe ut bovem, ita & damnatum, ictu maſſæ, id eſt, clave occidebant. Et tale quid Italis hodieque in uſu eſt. Forte tranſitus factus *à mit* vel medio ad maſſam, quales medullæ. Non auſim tamen quicquam affirmare. In vocibus aliquot hujusmodi ſpecimina dari inquiſitionis (Claubergii exemplo) non inutile putem.

Legens

Legens, quæ habes de Erf-æxen, jam recordor, quid ſit ordnung der Kilfer marck, quam iterum petis; nempe, quod tibi miſeram ex communicatione hæredum Domini *de Voſs*, Cameræ noſtræ Directoris. Neſcio, quo nunc loco jaceat. Sed ubi ubi ſit, latere non poteſt; repertum certo mittam.

Excerptum ex Meieri Epiſtola, de voce ERB-EXEN.

NUnc accedo ad Tuos *Arrv-exen*, de quibus quemadmodum Eruditæ Tuæ cogitationes ad primas cultæ Germaniæ, ſed adhuc ſylvis obſitæ, origines procedunt; ita ego ſubſiſto in iis, quæ ad Caroli M. tempora, eaque præcedentem ætatem (quam voco Germaniam jam nunc habitatam, & hoſpitam factam; qualis fuit temporibus Taciti) pertinent, quo ſpectat eruderatio der Arrv-exen, quid illi ſint fuerintve, quidve per illas in vetuſtiſſimis documentis intelligatur. Atque ut videas, quemadmodum in cæteris præcedam partibus, utque ad prima voces reducam principia; ita & idem in verbo hoc arrv-exen demonſtratum dabo.

(1.) Itaque conſtat, vocem eſſe compoſitam ex arve & exe. (2) Quid hodie notet prior vox, nempe arrve, notum eſt. Sed progredior ad vetuſtiſſimos majores noſtros. Iis arven

[Er-

[Erbe,] derivabatur à veteri arrve, ſagittas & quælibet arma denotante vocabulo. Hæc enim arma venatori hominum beſtiarumque populo, ſola erat hæreditas. (V. Loccenii Antiqq. Sueo-Goth. l. 1. c. 2.) erantque adeo arrven indigenæ gentis, cives, inhabitatores prædiorum à parentibus inſeſſorum, & morte eorum acceptorum. Tales vocabantur aliàs ab *ode* proprietate, *odalls* proprietarii terræ (uti hodieque in lingua Scandica) nobis vocantur *Edellüde*, qui in ſuo nativo ſenſu nihil ante tempora Karoli M. aliud quid erant, quàm proprietarii terræ, vel provinciæ inhabitatores, atque ideò præcipui & ſummi; ex quibus proinde Comites, Duces, Gravii, id eſt, judices eligebantur. Quod idem hodieque ex antiqua gente Friſica ejusque inſtitutis patet. In ea enim, cum coëmta qualibet proprietate fundi, coëmitur quaſi & transfertur in poſſeſſorem ſeu emtorem jus quodlibet Provinciæ; fitque talis ex ordinibus unus; item nobilis (ex terræ illius ratione) & quorumlibet honorum capax.

Exe vero quid ſit; rectè enotaſti. Sed & ex hiſce jam poſitis ex ſe ſequitur eluceſcitque, quid ſint arrv-exen, nempe proprietarii in terra aliqua, *gau* vel *marcke*, qui rei proprietariæ poſſeſſionem habent, & certum jus vel certa jura *mit der exen, de ſe gearvet hebben* à majoribus

ſuis, in ſylvis quid peragendi. Qualia verò ſint ea jura, illud ex antiquitatibus Germaniæ voci huic eſt adaptandum.

Didici verò ego ex MStis, quæ multo numero ſunt ab amicis communicata, inprimis ex manuſcripto quodam, cujus titulus ordnung der Killfer marck, locoque nunc principii pono (id enim ex ſe patet) in terris Weſtfalicis trans Veſarim continentem verſus, à Karolingis diviſas eſſe terras vel terrarum portiones in marke; cujus diviſionis veſtigia luculentiſſima extant in Epiſcopatu Osnabrugenſi, terrisque finitimis. [*Diviſiones illæ videntur Carolo M. priores*] In qualibet verò Marca antiquiora & eminentiora prædia habebant jura der arrv-exen, ſuntque peculiaria jura prædiis certis competentia & dignitates adhærentes fundis certis, adeo, ut cum prædiis venditis transferantur in emtorem. Ita in der Killfermark ſin drey erb-exen. (1) poſſeſſor prædii Altenbokel. (2) poſſeſſor domus Wackhorſt. (3) poſſeſſor domus Killver. In der mark Diſſen Epiſcopatus Osnabrugenſis nobiles ſunt arrv-exen, habentque Præſidem Majorem videlicet des Háveſto Diſſen, qui eſt der arrv-exen arrv-richter, (uti patet ex diplomate conceſſo huic villæ, cujus ectypon penes me eſt.)

Ut porrò pateant jura der arrv-exen, ea taliter deſcribuntur: non habent tales ullam in mar-

marcam ſuam jurisdictionem, ſed his gaudent privilegiis. (1) Sie mögen ſo viel vieh in die marcke treiben, alſs ſie des Winters über auſsfuttern können (2) zu ihrer nothdurfft (hinc verò primario denominantur,) ein ſtücke-zimmer-holtz ohnangeweiſet hauen, ſed tamen nicht überſchreiten; quia ein ieder marck muſs verſchonet bleiben von ſchädlicher verwüſtung. Ita in marca Diſſen hat ein Edelmann macht 12 bäume zu hauen, ſi ſcilicet prædium eſt *eine volle wehre.* (3) Sind die arrvexen ſchuldig für der marck gerechtigkeit und Auffnahme zu ſprechen (ſcilicet ſunt adſeſſores in judicio foreſtali, im holtzgericht.) (4) Es lieget den arvexen ob, für ihre eigenbehörige leute zu ſprechen, oder dieſelbe zu vertreten, da einer oder ander an deren Gerechtigkeit geſchmählert würde. (5) Nemo alius in marca absque conſenſu & præſcitu der Arvexen poterat ligna cædere. Ita concedebantur monaſteriis jura cædendorum lignorum congruis temporibus; ſed ad talia conſenſus neceſſarius erat der arvexen (Vid. Chron. Montis Sereni p. 38.) Unum addo; ſi ex inſtitutis diverſarum gentium, iisdem vel ſimilibus (inprimis in rebus arbitrariis) concluſio fit, ejusdem eſſe originis gentes, patet ex hoc etiam capite, Scandinavios Saſſonesque noſtros eandem eſſe gentem (abſtracturus, an hi ab illis, an verò il-

li ab his ſint oriundi.) Habent enim & Gothi arv-exen in diſtrictibus, qui ipſis vocantur Boll-axe (à Boll, prædio) Definiuntur tales *Exen* ſecures majores, prædiis adhærentes, & jus concedentes ferendi ſecurim, id eſt, oxabyrd, cædendi in ſylvis vel ſylvam. V. Locc. l. Sueo-Goth. p. 117.

Quæ de voce *Rode* obſervas, ea itidem cum antiquitatibus noſtris Etymologicis in omnibus conveniunt. Habent nobiscum communem vocem Sorabi, quibus ſimiliter Rodaja & Rodajen eſt ex ſylva novale facio. Vid. Frenzel. Origg. Sorabb. p. 733. ſed & huc refero terminationes urbium ſeu arcium Ruſſicarum Ivannogorod, Novogorod Veliki, Novogorodum magnum; quanquam ad garde etiam referri poſſit; Latine enim exprimitur Neogardia. Huc itidem refero nomen cœnobiorum Wallsrode vel Walprode, Gerenrode. &c. Gorod non à rodk, ſed gard

Excerptum ex Epiſtola Meieri de voce MAD, ejusque cognatis, in ſpecimen Etymologicum.

NUnc progredior ad ea, quæ vi regulæ Etymologicæ, omnes ejusdem expreſſionis voces ad eandem eſſe originem transferendas, & ex unis radicibus petendas, in appendicem literarum

rarum tuarum conjeceras; in quo uti convenio, quodque principium ſemper urſi, ita illud ſuppono, potuiſſe fieri, ut ſolis literis non præterea ſenſu, voces quædam conveniant, ſenſuque maneant differentiſſimæ. Ita quod nobis *batt*, *bater*, *béter* melior, eſt Perſis *batar* pejor, ſed & (II.) poſſunt voces convenire literis, ſed ſenſus gignere diverſos, quorum in certo tertio convenientia non appareat. Adduco vocem mark, & ejus varios totoque cœlo diſtantes ſignificatus. In quibusdam enim conveniunt, verbi gratia quatenus marck ſignum, notam, forum, vexillum bellicum, Mercurium, limites, fines, monetam marckſülver, regionem in finibus ſitam, jurisdictionem territorialem, Landwere, ſignificat. At pergo, quomodo ad fines referemus mark medulla, mergel, Latinis Marga, Margen, vel morgenlandes; quo ſenſu notat juxta Plin. l. 17. c. 7. medium & intimum rei, & id, quod eſt quaſi nucleus; & Gallis hodie marc ſunt fæces vini, quæ poſt unam alteramque torturam remanent acina; id eſt quaſi medulla, medium & nucleus in acinis, unde & medulla Latinis, quaſi medium. Addo mark equus, orſus, ors, roſs im Heldenbuch. Poſſem proferre centum alia, ut *runa*, *equus caſtratus* & Runer, Allruner, ſapiens myſta; *rinde* cruſta, & *rind* pecus; *bund*, fœdus, & *bunt* verſicolor.

Sed (III.) ne quidem hinc infero, quin convenire queant in certo tertio, tertiumque illud à ſagaciori indagatore reperiri queat. Aſt hoc (IV) ſequitur, ſeu contingere poteſt, ut multæ habeant voces eandem pronunciationem, quæ tamen in duas claſſes dividi, atque ad duas radices diverſas referri debeant, vel etiam ad plures. Ita pergo ad conſiderationem & elucidationem vocis propoſitæ *Matt*, *Mat*. Ita ſcribis, nempe per (t) ubi noto, ſcribendum eſſe vocem hanc per (d.) Sic ſcribunt Islandi, ſic itidem Dani *madd*. Idem poſtulat etiam declinatio hujus vocis, & quæ alia epentheſis, *madd*, feſſus mede, item *mad* cibus *medder*, *midder made* vermis, *mad* menſura (quanquam nos à Germanis ſuperioribus adſumpſerimus τὸ T. quod in multis vocibus obtinuit.) Scribimus enim model, menſura, regula; item mad, inteſtina, dat midde, dat in der midde is, Latinis itidem medium. (II) Noto, celeberrimum *Morhofium* non ſatisfacere mihi, quod quatuor tantum acceptiones vocis *mad*, *madd* adduxerit. Vult enim ille notare, (1) cibum (2) mede, feſſum, laſſum, (3) ſocium & collegam, (4) menſuram. Putat itaque, haſce quatuor ſignificationes ad unam eandemque radicem referri poſſe. Reſpondeo itaque juxta Philoſophicæ meæ Grammaticæ regulas, antequam vox radicalis, id eſt, quæ ſit principium reli-

reliquarum derivatarum, firmiter conſtituatur, omnes & ſingulas ſub capite hoc collocandas eſſe, non aliquas tantùm ; quòd aliàs inſufficiens eſſet partium enumeratio. Compoſitum enim aliquod ratione omnium ſuarum partium tale dicitur, neque fontem aliquem ſufficienter deſcribimus, niſi omnes ex eo manantes venas, fluviolos, flumina enumeremus. (III.) Hoc poſito, progredior, & demonſtro, vocem *mad* in innumeras ſe diffundere voces & varios occurrentes ſenſus. Incipio à vocali a. Certum enim nobis eſſe debet, vocalium omnium permutationem in ſingulis dictionibus occurrere poſſe, id eſt, τῷ a. e. i. o. u. Incipio igitur à vocali A. Occurrit ibi (1) mad, mat, cibus, NB. non quilibet ſed mollior. Inde Islandi e. g. met, matte, lambo eſcas (ſc. molles) madſak pera, mate Isl. cibus, eſca E. à molli. (2) madd *feſſus mollis mèr wek.* (3) madd, matt, ſocius, unde nomen habent Selandi, *Mattiaci* dicti, teſte Lemnio, à ſociali concordia, dictique non tam à Belgico, quàm antiquo Gothico; pertinetque vox ad *mitt*, *midd*, *cum*, Græcis μετὰ, Gallis *matelot.* Isl. *mate*, amicus. (4) *Made* vermis, unde *madur* homo, ſeptentrionalibus. Sc. hic ſeptentrionalium mos eſt, ut comparatione cum vermibus, mortalitatis mollitieique ſuæ memoriam ſecum renovarent. Ita ſimiliter ſe *puke*

vermi comparabant, Worm. Lingu. *Run.* 103. Ergo à mollitie. (5) made cœnum, lutum, à mollitie, made kiſte ſterquilinium, madenſak, corpus hominis, vermium habitaculum, Madkomönat Norvagis & Islandis credo eſſe Aprilem vel Majum, quo vermes copiosè naſcuntur. V. Loccen. Antiq. 2. (6) madern, contrectando ſe inquinare, habent Germani ſuperiores; quaſi dicas, mollia contrectando ſe maculare. (7) *Matratſe*, matte, pulſter, culcitra, decke vom Stroh oder rohr, quibus incubabant ſervi, itidem à mollitie. Terræ enim ſeu humi interponebatur, ut eo mollius cubarent. *Matte ſtorea.* (8) *Matera*, genus armorum Cæſar. comment. l. 1. p. 3. 6. (9.) *mat*, delirus, inſanus, *mats* videtur pertinere ad mollem, effœminatum, fractum hominem. Tales enim habebantur majoribus noſtris *non viri*, ματαιοι. (10) *Mater* genus animalium. Maderfell à mollitie. (11) *Mater* germanicum antiquum, ex quo Latinum materia, notat præciſè materiam mollem, id eſt, *pus*, ſaniem. (12) *Mats*, Germanicè homo ventricoſus, der immer friſt und trincket, id eſt, homo mollis. (13) *matſen*, maddſken, amazzare, Italis mattſen, & vi perrumpere dura, adeoque frangendo mollire. (14) *matte*, pratum (mollia prata) Friſii habent *made*, *mede* & *Dey mat*, id eſt, diurnum fœniſecæ penſum: Vides hinc eſſe *meyen*, metere. (15) *Mat-*

te

te inteſtina, matia Latinis, quæ ſordes emittunt. Noſtrum inde eſt *meddwurſt* à molli. (16) *matraſſe* pertinet ad matratſe, & eſt matraſſe propriè lectus laneus vel tomentitius. It. materazzo, culcitra, tomentum. Ovid. Faſt. VI.

- - In plauſtro ſcȯrpea matta fuit.

(17) *Mate*, menſura, pertinet ad middel, medium II. Mutato A. in vocalem E. fiunt (18) *Meddeke*, vermis (à molli) lumbricus, tinea terreſtris. Et nos Bremis het is *en meddeke van't leggt*, per metaphoram dünne leggt, als ein worm. *mek* mollis, miúke Isl. mite, vermiculus in caſeo. (19) Mede, *megan*, hoc pertinet ad midd, middel, medium, velut in medio ire. (20) *mede* [Germ. ſup. müde] feſſus, laſſus, malè Junius à μόθος ærumnabilis, labor, bellum, pugna; eſt à molli laſs. Island. mod, anhelus, laſſus. (21) mer, marcidus, mollis, modern, vermodern. (22) *meten*, bemeten pertinet ad *midd*, cum, & *matt*, ſocius; ſcribendum vero eſſe originarie, per (d) patet ex noſtro imperfecto præterito *Ikk bemodde em*; quò pertinet *mod* conventus. Inde ipſe conventûs locus *wikmodia*, vicus, in quo conventus ordinum à majoribus noſtris habebatur, cum ſuo diſtrictu; Island. *med*, *médr*, una. (23) meden conducere, [ſuperioribus Germanis *Miethen*] quo pertinet *medgen*, *magd* ancilla, *med merces*, (24) meten, metiri, menſurare, Island. propriè æſtimare. Inde & Isl.

mèt Num. plurali Lancis æquilibrium, à modo, ait Reſenius. Isl. *miclo* locum ſigno. (25) mèten debere, pertinet ad *mate*, menſura. Ad illud enim tenemur, & in tantum tenemur, quantum valet poteſtatis noſtræ & obligationis menſura. (26) *mettſe*, meretrix, à *matten*, ex baſt confectis, id eſt, lectis ex ſtorea, meretricum & ſervorum cubitoriis. V. Cluv. Ant. Germ. L. 1. cap. 16. (27) *mettſer* cœmentarius, faber murarius, qui emollit rumpendo lapides, (28) mét (Kil) Sax. Sic pupa, ſuilla, carnes porcini delicatiores. (29) *metsker*, lanio, volunt referre aliqui ad Arabicum maza ſegregavit, ſed proprior eſt radix *mate*, *mete* Angl. Saxon. Hinc & *Meſſe* Anglis ferculum. [*Hoc potius à mittendo*] unde *Matiarii* dicti Romanis, qui inteſtina, quæ ſordes emittebant, manibus tractabant. (30) *meſt* [*Germanis Superioribus Meſſer*] culter. Scilicet ſibilus inſertus tantum eſt, nec pertinet ad eſſentiam vocis, quod probo: Quia olim ſcribebatur ſine S. Ita in ſtatutis Brunſuicenſ. mettzet, metzete; & veteres Celtæ habuerunt *matar* & *metar*; item Scandinaviis eſt *maitar* concidere, ſecare; item Lingva Slavonicâ *metezom* cædere, abſcindere, dicitur. Igitur meſt, culter, quia eſt organon matiarii, Isl. meitell, cuneolus, quo ferrea ſecantur, meitla, ferrum, ferro ſcindo. III. Pergo ad permutationem *a*.

vel

vel *e.* cum *i* & invenimus. (31) menſura *mate.* Norma enim & regula eſt æſtimandi (uti eleganter exprimitur Isl.) & per conſequens metiendi. Conſiſtit in medio, id eſt, proportione vel Arithmetica vel Geometrica, *midds middelſt.* Interim Island. *Medan* à méd-an medio tempore. (32) Ad hoc *midd* pertinent infinita, quæ nunc non attingo. IV. Succedat permutatio τ͂ a. e. i. cum vocali o. Ubi notamus, duo eſſe genera vocalium; primum genus eſt τ͂ a. e. i. una veluti vocalis. Neque enim ſpecie differunt, ſed omnes tres ſunt ſymbolum lucis in ratione ad viſum, cujus objectum ſunt lucida & tenebroſa, alba & nigra; alterum genus eſt o. & u. ſymbolum tenebroſi, nigri, turbidi, velut ad obſcurum declinantis. (33) mòd, concurſus, obviatio, conventus; quo rurſus refero *witkmodia* nolkmod. *Bergmote* Jure Anglicano conventus ſeu curia, ad quam rerum metallicarum cognitio ſpectat. Isl. *mot*, conventus, ſynodus. *mòd*, *gemot*, animus, quaſi gemod, gemed, uti & pronunciamus, quaſi concurſus ſedesque unita adfectuum. Dicimus, *mi is nigg lachens to mode.* Inde porro à concurſu omnium adfectuum notat vividam vim animi, viris propriam, apud Herrn von der Vogelweide, modwille. Sed & alio ſenſu eſt à molli: Hinc Belgis *moedigh gemoedigh*, eſt lenis, lentus; & Angli de corio,

rio, meke-ledder, dat ghemoedigh iſt, quod facile ſequitur, id eſt, facile alteri obvium eſt, molle ad parendum. Isl. *mode*, animus irâ affectus; *mödge*, iratus (NB. Ita videmus, *mod* & *gemod* convenire cum *mad* molli & cibo (34) model typus, forma, imago ex gypſo ſeu argilla, ad cujus formam ſtatuarius plaſtesve lapidem cædit aut æs fundit [*conſentit Latinum modulus.*] Pertinere ad *mate*, patet ex Isl. ubi *medal* eſt medium, mediocre; *Medal mate* vir mediocris ſtaturæ ſeu mediocris vir. (35) *moder*, mater; *moder*, equa, matrix propriè; uti Italis *madre*, uterus Isl. *ſammœde* uterinus. Sed & nos dicimus cum Islandis moders, matrix. Ergo mater ab utero, in quo convenientia ſeminis & eorum, quæ ad partum generandum & perficiendum pertinent. Ergo à méten obviare. (36) ita *moder*, fæx in aceto conveniens ad conſervandum; *miodur* Isl. vinum recens, acetum. (37) modern, vermodern idem eſt quod verméren, zu mör oder mürbe werden, molliendo putreſcere; Huc & pertinet mors quaſi de vermodernde Krafft, vis emolliens, & emolliendo perdens. *Mòt* eſt Isl. nex, mors. (38) Misnica lingua, *motte* tinea; Islandi habent *madkar* vermis; habent itidem *moth*. V. Denique venio ad permutationem τῦ *a. e. i.* in *u.* ultimam vocalem, & occurrit (39) *mudde*. Itali habent *mota*, lu-

lutum, aqua ſtagnans. Eſt idem, quod in a vocali *mad* mollis; ſed mutatur in (u) vocalem, denotantem obſcurum, turbatum, turbidum. Notat enim aquam immotam, indeque turbidam, fœculentam. In hiſtoria Angliæ eſt foſſatum, quo caſtrum aut aliud propugnaculum cingitur. (Scil. talis aqua non movetur, nec motu limpida remanet.) Nos dicimus mudde, dreck, muddig, dreckicht, mudder, modder fæx, craſſamen ſed tamen molle. Isl. habent *móda*, obſcuramen, fuligo. E. à molli, ſed tenebricoſo, lurido, (40) *mut*, modius, pertinet ad *mate* menſura, *midde*, medium (41) *muttſe* meretrix leviſſima, ſive molliter, id eſt, leviter obvians ad concubitum. (42) muttſe pileus latus, profundus, atque in ſcapulas usque demiſſus, Scandin. *mitur*, mitra. It. *Almutia*. Denominatio eſt à molli; eſt enim Italis Epomis pellibus ſuffulta. E. mollis. Hinc & majoribus noſtris muttſe eſt pilswerde der preſter, in latinitate Barbara Almucia V. Ottii Franco-Gallia h. l. E. à molli. (43) muttſen ornare, mundare, Germanis veteribus, comere. Scil. ornatus maximus veterum in tali amiculo conſiſtebat. Huc pertinet Isl. *muta*, munus, donarium, E. a molli [*muten*, apud Brunſvic. eſt linteo madefacto faciem infantum purgare; forte convenit cum voce mundandi.] (44) *Muttſen*, mutilare, pertinet

ad

ad mattſen, mattsken ſcindere, dura rumpere, quod eſt mollire. Hinc Merula refert ad *mœtſen* abſcindere, amputare [hoch auffmutzen, eſt, exaggerando male interpretari] (45) *mutte*, tinea, (Molanus in indice) propriè eſt vermis atrior E. à molli (46) *mütte* Sau, ſus Tiris. Leg. de mutte mit den worpen, à mudder, in quo ſe volutat. E. à molli (47) *Mutſedel* in feudalibus, eſt petitio renovationis feudi, ſeu occurſus Domino feudi factus, quo renovatio petitur (per accidens autem Dominus feudi impeditur, ne actu inveſtiat.) Dat ergo mutſedel. Pertinet ad *mod*, *moden*, anmoden, occurrendo ſc. petere [imo Muth-zeddel *eſt ſchedula petitionis*, des an-muthens] (48) *Mutskerrn* conventio, ſocietas quædam inter Illuſtres familias, à *mod*, meten, obviare, [*mutſchiren eſt permutare.*] Hæ igitur voces quomodo eadem ratione, ſolis vocalibus permutatis, adfinitatem habeant & ſimilitudinem materialem patet. Omittimus alias multas, quæ huc referri poſſent. Verùm enim non hic terminus eſt finisque, ſed progrediendum eſt (I.) ad præfixa, quæ compoſitas efficiunt dictiones v. gr. *amm*, an, all, avv, *Be*, *Bi*, *dan*, *end*, *er*, *ge*, *her*, *in*, ma, to, van, ver, verr, ut an-moden, anmaten; & exorientur centenarii compoſitarum dictionum ex *mod*, *madd* mollis. (II.) Ad ſuffixa, qualia ſunt *Bar*, *berr*, *Brehd*,

Brehd, Bod, de, dei, dom, dun, Ei, Ell, Enn, Er, gern, gar garrd, havvt, heit, jagg, inn, jung, Ik, kind, ligg, lin, ling. (III.) Ad liquidas & literas (s) & (v) in medium vocis intrusas. Scil. inseritur liquida L. & habemus *molld* [*malz*] hordeum madefactum & madefaciendo mollitum.

Hinc Belgis moldern est mollire. Inseritur R. quæ notat molle asperatum, & fit ex mod, modern (quod naturali modo emolliendo, & per emollitionem se separando destruitur.) Inserto R. violenta destructio, mord, morden, latro, *mordródus* Leges Ripuar. Inseritur porro s. & fit *mest* culter, item *mist*, fimus, stercus, liquidum, molle. (IV.) Ad literam (s.) sibilum notantem, & aliquid molle simul indicantem. Huc pertinet in aliis multis *smeden*, cædere, sicut faber ferrarius, qui cædendo emollit ferrum. Nos habemus inde *smidig*, *smedig*, mollis. Interponitur (l) & oritur *smelten*, liquefacere. Itali habent smoltire. cibum coquere: nos *smeltig*, liquidus, *schmiedig*, mollis. Willeramus: Schmetelichen, blandimentis mollitus. Schmeide, geschmeide, cimelia, schmieren, ungere, & ungendo *smudden*, inquinare. *Smuddereg*, *Smuddevarken*. Britt. Smeth, *Smuth*, *macula*. *Smutsig*, sordidus. *Smitten*, besmitten, alterius famam convitiando velut sordidam reddere, nigrare. Hinc

Si-

Sicambris ſmutzen eſt convitiari &c. (V.) denique ſuccedunt permutationes conſonantium, adfinitate ſibi quadam junctarum. Tales ſunt & facilè permutantur (1) t. p. v. w. ſecundo k. g. q. s. gs. gk. x. cs. h. (3) d. t. sv. v. gr. t. *mat*, in g. & eſt *maggd*, *macht*, *potentia*, *menſura*, quæ alicui competit. Hinc Isl. e. g. *mæ mätte*, ad *mega* poſſum, *mætte*, potentia. *Magd*, ancilla, propriè & in originario ſenſu; qui apud Isl. extat, à *megd* puella ſeu virgunccula valde tenera; inde &, teſte Reſenio, animal quodvis parvum & tenerum. Unde madar, eſt vermis mas, *megda*, vermis fœmina. *D.* vel *t.* in *s. modern*, *vermodern*, mollire & molliendo corrumpere; ubi Miſnienſes habent s. muſs; muſen Isl. notatque ſemimanſa, maſticulata. Sed & nos habemus muſs, gemuſs, genus mollium eduliorum. Islandi interſerunt (r) & eſt *murſt*, mordeo, quæ ſunt ſynonyma, & mordere Latinorum. Affine eſt *mord violenta nex*; item muſſig, otioſus, mollis. Sed & d. in v. in hac voce mud, muddig, mutatur. (V. enim ex naturali labiorum motu notat averſionem, fugam.) Hinc ex mudde ſit muvv, cœnum ſordens, à quo nos avertimus. Defeſſus ſum ſcribendo; mille enim alia addi poſſent. An mereatur talis deducta vox per omnes claſſes in principia ſua, ut diſſertatione quadam, ſed comtiori, & per linguas non ſepten-

ptentrionis tantùm, ſed & orientis demonſtrata, in publicum prodire, tuum erit arbitrari. Tria noto: (1) patere ex his, quàm paucæ ſint in lingua noſtra radices; (2) quàm recondita ſub vocibus noſtris lateat philoſophia. (3) Quàm non ſapiat confuſionem Babelis Lingua noſtra. Hoc Colophonis denique loco ſit, nondum ſatisfactum eſſe integræ evolutioni vocis *mad.* Superſunt enim ſimpliciora adhuc principia, ad quæ hæc ipſa vox, quia compoſita eſt ex tribus literis *m. a. d.* eſt reducenda, quod alias fiet. Tu æqui bonique interpretaberis has meas diffuſiores ſcripturas. Volui enim tecum communicare exemplum aliquod linguæ noſtræ, & in ea Philoſophiæ Grammaticæ. N3. Hæc in certa, multa etiam haud dubiè aliter constituenda erunt, ut examinanti patebit

Ex G. G. L. Epiſtola ad LUDOLFUM
28. Decemb. 1697.

VOcabulis, ubi k mutatum in h, fortaſſe addi poſſet κόρη puella, huhr, garce. Nam & garce olim puella, quod indicat garcon. Talia ſcilicet olim non mala, ut bube.

Nuper venit mihi in mentem *hübſch* vel *hubiſch*, ut in antiquis chartis ſcriptum vidi, nihil aliud eſſe quàm *höfiſch*, ut hodie *höflich* aulicum, atque adeo elegans, urbanum; uti *corteſe* apud Italos civilis, humanus. Nempe *huba*,

ba, hoba, hof, curia, curtis, aula, vocabula ſunt idem ſignificantia. Scis, *hof*, curtem, cour, curiam, non tantum ſumi pro aula palatina, ſed & pro *manſo* ruſtico vel caſa cum agri adjecti modo; itaque *hufe landes* eſt, quantum agri homini ruſtico pro familia alenda convenit. Ex quo intelligitur, *hube* vel *hufe* idem eſſe quod hof.

Balth vel *Bold* vox etiam apud Gothos in uſu fuit, & teſte Jornande, Balthorum familia poſt Amalorum dignitate proxima erat.

Heaven, ut Anglis, ita etiam Brunſvicenſibus cœlum eſt, ſed ſpectabile tantum. Neque enim hanc vocem uſurpant, de cœlo beatorum, ut hodie faciunt Angli. Etiam Finnonibus & aliis cognatum quiddam *Taiwan* in uſu eſt.

Ond vel *andt* pro malo & incommodo etiam Germani retinuimus non tantum Sveci. Nam dicimus, es thut mir andt, id eſt, es thut mir wehe; etſi hodie non niſi de incommoditate inſolita uſurpetur, & *ahnden* etiam ſit ut inſolitum ad animum revocare.

Suſpicer *damnare*, domare, dominari, domus, δαμάω, damm (qui domat coercetque) ab uno eſſe fonte.

Rãe etiam Anglis eſt ſurgere, ut ſeptentrionalibus.

Quæri poteſt, nos in *Snabel*, *Snepfe* addiderimus S, an Sveci ſuſtulerint in *nabbe* roſtrum.

Ne-

Neque enim ſtatim antiquius eſt, quod illi habent. Habemus & *ſnappen*, *ſnuppen*, *ſnüffelen*, *ſnauze*; quod facit, ut ſuſpicer etiam *naſum* ad eandem originem referri; quo admiſſo facilius credam, S. noſtrum eſſe προσθετικόν.

Shere antiquis Saxonibus dividere; hodie *ſhire* Anglis comitatus ſeu terrarum diviſiones. Nobis hodie *ſchahr*, diſpertiti viri, diſpertiti ordines. Fortaſſe & hinc *ſcheuren*, in quibus res clauſæ & ab aliis ſeparatæ aſſervantur. Saxonibus inferioribus *ſchuhr*, locus tectus, injuriis non obnoxius; hinc *ins ſchuhr bringen*. Inde enim fortaſſe vocem præſtat, quam à *ſecuro* ducere. Apud Suecos *ſcheren* ſunt rupes marinæ, in quibus anguſti diviſique aditus fiunt. Aſſonat & *ſecare*, *ſecuris*, *ſachs culter*, *weth*, *wied*. Reſpondet etiam Anglico *wood*, quod eſt lignum.

Quern etiam Saxonibus inferioribus eſt mola. Urbs Hamela dicitur & *Quern-Hamelen*, & in ejus nummis eſt rota molaris. Hinc derivo & *querl* inſtrumentum, quo liquores agitantur, quaſi parvâ mola.

Fateor Latinos *c* pronuntiaſſe ut K; mirum interim Germanos, cum dicunt Kaiſer pro Cæſare, melius retinuiſſe antiquam pronuntiationem quam Itali ipſi, qui ceſare pronuntiant quaſi *tſheſare*.

Non tantum *wegen*, *wogen*, *wage*, ſed & *wallen*,

wallen, *wellen*, *wenden*, *winden* &c. à motu.

Ort antiquis Germanis, & hodieque metallariis terminus. Vor dem ort, id est, ubi terminus putei aut cuniculi. Hinc er örtern, orthund ende. Interim non negabo, ordinem esse ab eodem fonte, & ὀρθὸς quoque fortasse.

Putabam ego *welt*, quod est ab antiquo Werelt, originem habere ab eadem radice cum werren, wire (Angl.) wirren, gyrus, wirbel, vertere, &c. Atque adeo werelt esse idem, quod Latinis orbis, gyrus; & ab antiquis, Germanicè rem antea Germanis forte non nominatam dicere volentibus, ex Latino fuisse expressam, ut sæpe alias. At Dn. Meierus mallet esse à wer-old seculum, seu quod diu durat, quia werold scribat *Otfridus*. Judicio rem Tuo permitto. W generaliter aëris motus, *bisbiglio*. Hinc Ardelionem nostri exprimunt, ore edentes talem sonum. Talis & motus in orbem. Si r. accedat, violentia major exprimitur, ut in *wire*, gyrus.

Ex Epistola GERHARDI MEIERI ad LUDOLPHUM 9. Febr. 1698.

TRes videntur Aborigines nostri literas tantum habuisse, b, d, k, vocalesque a & u. *Berenheuter* vox injuriosa apud Germanos, vix

vix à pelle urſi, duci poterit, ut hodie explicari ſolet; quaſi ſignificaret hominem deſidioſum, pelli urſinæ indormientem. Urſi pauci ſemper in Germania. Incumbebant textis vimineis. Inde proverbium hodieque: *He is komen van der Matten upt Stro.* Urſi, Bären. Bèr autem nobis Saſſonibus eſt porcus mas, verres Latinis; & Ber, varken, porcus non caſtratus in ſtatutis Bremenſibus & Hamburgenſibus antiquiſſimis; conſonat èver, & aper. Hodieque bérenheder noſtra Dialecto idem, quod *Swindriver*, vox odioſiſſima. X/

Ex literis G. G. L. AD LUDOLPHUM.

CONjectura Dn. Meieri de Berenhuder magis probabilis; ſed tamen nec vulgaris ſententia contemnenda.

Equidem arbitror & ego, literarum in vocibus vim quandam naturalem apud homines, impetu quodam nomina magis quam conſilio dantes, ſæpe valuiſſe. Sed non auſim ſperare, poſſe nos ad hos fontes pertingere hodie poſt tot commutationes perturbationesque accidentarias; etſi Germanica præ aliis oſtendere aliquid naturæ conſentaneum videatur. Sic in l. motus aliquis lenis; in r violentus; in sp. penetratio, ut ſpiz, ſpada, ſpindel, ſpalten, ſpleiſſen. *Claubergius* libellum dicitur edi-

disse, ubi de Etymologia linguæ nostræ philosophatur, quem nondum vidi. Poterat aliquid præstare. [is libellus postea ad manus meas venit. *Dn. D. Westhofius*, Archiater aliquando Electoralis & Medicus apud Hammenses in Westfalia celebris, multa elegantia & jucunda nobis narrabat de Linguæ Germanicæ consensu cum natura rerum, quæ legi mererentur. Ipsos etiam Scripturæ Sacræ sensus ex Germanicâ versione illustrabat ingeniosè; putabatque divina quadam providentia factum, ut pene non minus in illa quam lingua originali, mystici sensûs lateret, etiam ubi à fontibus recessisse nonnihil videretur.]

G. G. L. ad JOBUM LUDOLFUM.

12. Decembr. 1698.

GAudeo, Historiam Tuam tam belle procedere, ac Te à medio Seculi non longe abesse. Autorum, qui perrecturo prodesse possint, vix quisquam esse potest momenti majoris, qui Tibi minus notus sit quam mihi. Nec putabam, circa annum trigesimum octavum aut quadragesimum magis quam antea, deficere scriptores: Quin potius rebus paulatim ad pacem vergentibus, quæ in Westphalia postea fuit concluſa, Historici ea, quæ præcessere, attingere solent; quod præter alios etiam Aizemam facere nosti.

Dum

Dum passim deliberatur de Republica, nos quoque de gravissimis argumentis tractamus, unde scilicet dicti *Bernhuter* & *Hahnreh*; magna utique diffusione sua nomina, & cura nostra digna. Etymologica res conjecturis, non demonstrationibus agitur; & credo, veras interdum esse origines, quæ minimè sunt verisimiles: casus enim in linguarum mutationibus magis quam consilium dominatur. Itaque vix unquam probabis derivationem verissimam, si ad vivum reseces; ut Raméi olim omnia examinabant ad tres leges κατὰ πάντα, καθ' αὐτὸ, & καθόλου πρῶτον. Etsi *Ber*, *eber*, verres, Anglis *bor*, Belgis *beer*, quibusdam Saxonibus *borg-schvvein*, propriè esset masculus; an non porrigeretur facile ad totum genus, velut hirsch, & aper, & verken, porcellus, & ipse porcus? Etiam *ors* olim de mare tantum equo, ut notavi in antiquis statutis urbis Brunsvicensis; uti *hirsch* proprie mas. *Hirs* autem, vel hart, & hors, sola differunt dialecto; & hodie tamen *hors* Anglis equus quilibet. Deinde etsi nulli verrium greges, an ideò minus facilis denominatio à potiore? Certe cum nuper Viro docto & judicio prædito Meierianam derivationem narrassem, valde plausibilem judicabat, nec objectionibus moveri se dicebat. *Suindryver* (id est *Suin hirte*) porcorum custodem, injuriosam esse appellationem, ipse notavi.

tavi. Unum supereſſet ad plenam demonſtrationem, ut oſtenderetur, *Bernhüter* reapſe uſurpatum pro cuſtode porcorum. Sed hoc oſtenſo, non jam amplius opinio, ſed res; non fides, ſed ſcientia haberetur.

Nunc venio ad etymon *Hahnreatus*, id eſt, ut Gallicè balbutiam, *Cocuatûs*; quo ego ſcilicet invento glorior, ut Archimedes ſphæræ & cylindri comparatione; valdeque indignor, eam mihi eripi Tuo illo diſſenſu. Si dixiſſes: *non liquet*; valde me turbaſſes: quid nunc futurum putas, ubi dixiſti: *non placet?* nigrumque ſententiæ meæ theta præfixiſti, pro qua ego tanquam pro aris & focis depugnare conſtitui. In notationibus vocum cavendum mones meritò, *ne ex ſimilitudine literarum, vel denominatione alicujus rei ſola, ſine affinitate aliquorum nominum, verborum vel phraſium, applicatio ad alia compoſitione incongrua fiat.* Id putabam, me pulchre caviſſe; neque enim hic ſimilitudo literarum, ſed binæ integræ voces; neque incongruitas in compoſitione; neque quærenda affinitas, ubi res ipſa eſt. Nempe *hahn-ree* eſt capo; quia *hahn* eſt gallus, & *ree* (runa Islandis) caſtratus. Prius patet; poſterius probo, ex uſu vulgi etiam in his terris, ubi *ree* cantherius. Sed Tu velles *ree* generaliter ſumi pro caſtrato quovis. Id vero iniquum eſt poſtulatum; quid uſitatius quam

quam ſynecdoche ex permutatione generis & ſpeciei? Nonne recordaris, quid Italis *il caſtrato?* nempe illis eo nomine κατ' ἐξοχὴν venit aries exſectus. Eodem modo *ree* vocabulum commune caſtrati olim, (originem veriſimiliter habens ab impotentia) in equis remanſit, & ſi recte conjeci, etiam in gallis. Nec neceſſe eſt, quia *hahn-ree* caponem dixere veteres, aut ea vox ad nos, licet alio ſenſu, pervenit, dixiſſe eos etiam boks-ree aut ochſen-ree vel potius bullen-ree; aut ſi dixere, non neceſſe eſt vocem ſupereſſe. Variat lingua in compoſitione. Dicimus, *Meſſer-Schmid*, non vero *Schwerdt Schmid*, ſed *Schwerdfeger*, licet aptum parum. Ita *Buch-Führer*, indignatibus licet bibliopolis, paſſim uſurpatur pro *Buch-händler*. Ita dicimus Hirſch-bock, Reh-bock; ſed Ochſen-bock dicit, quod ſciam, nemo.

Non ergo omnis, quæ fieri potuit combinatio aut ὀνομαϑεσία, debuit facta eſſe. *At*, inquis, *ſi Ree ſignificat equum caſtratum, recte ad gallum non quadrat.* Pari jure diceres; *Si bock* ſignificat caprini generis marem, certe ad cervum non quadrat. At pergis: *Docendum erat, Ree caſtrationem denotare, & adjectivum eſſe, vel originem ſuam à verbo quodam trahere.* Sed ſi cantherium notat, utique caſtrationem indicat. Adjectivum aut verbale cur

esse necesse sit, non video, non magis quam originariè *bock*. Sed quid si sit ~~ordinariè~~ verbale vel adjectivum, nobis licet ignorantibus? quid si modo adjectivum, modo substantivum, ut sæpè fit? Dixi jam, plebeja dialecto *ree* esse *stumpf*, *matt*, impotens; *ree reiten* de equo labore equitandi exhausto; ita vides, etiamnum esse adjectivum. Tandem, inquis, cur potius *Hahn-ree*, quam *Bock-ree* vel *Ochsen-ree* dicatur is, quem Hahnreatui obnoxium dicimus. Sed facilis responsio est, galli gallinacei majus nomen, majorem in hoc genere gloriam esse. Et cur nobis *capaunen* seu capones, antiquis Galli, (quales matris Deum) dicuntur omnes homines castrati, potius quam verveces? Agnoscis gallinacei generis prærogativam. Eandem hoc loco valuisse puta. Jamque opus exegi, & præclarum illud inventum meum atque immortalitate haud dubiè dignum vindicavi: nec dubito gallos meos opponere non tantum tuis Israelitarum locustis in deserto, sed etiam Bocharti hippopotamis & crocodilis in Nilo, ipsique elephanto Tenzeliano.

Nunc dicerem:

Sicelides Musæ, paulo majora canamus;
Non omnes gallive juvant, sapidæve locustæ:

Nisi meritò mecum agnoscerem, frustra de Re-

Republica differi. Addo: de Ecclesia forte adhuc magis frustra. Unum tantùm notabo, non videri mihi ab uno Pontifice Romano omnia pendere, sed opus esse, maximos orbis Christiani Principes accedere ad Ecclesiæ curam. Nam dogma est inter Pontificios ipsos, Papam ab aliis posse judicari, si sese hæreseos crimine obstringat : tunc enim omnes ejus prærogativæ concidunt. Scis Innocentium XI. pene hæreseos à Gallis fuisse postulatum; & nescio, an Tibi miserim aliquando Epigramma à me olim scriptum, occasione Gallici poëmatis:

Quando Lavardini Gallus Tibi Petre canebat,
Wilhelmo tacitè dum prece Roma favet;
Talia cristata quidam de gente rogavit
A superis, zelo vota facitque novo:
Papa ô catholicus fias, Hugonota Jacobe,
Ut maneat patriæ gloria paxque meæ.

Dn. Meierus *Zinken*, instrumentum Musicum curvum, derivat à *Singen*; canere; ego malim Zinken, Zanken, Zacken, esse curvas res & uncinatas, uti Græcum *σάγκλη* falx; quin ipsum Italicum *Cinghiale*, unde Gallicum Sanglier, aper, (quia hujus dens figurâ est eine Zincke) ab uno esse fonte. Judicium quæso Tuum interpone, utrum probabilius putes.

V.

V.

FRAGMENTUM BREVIARII RERUM FISCALIUM CAROLI M.

EX CODICE MS. VETUSTISSIMO HELMSTADIENSI.

INvenimus, in insula, quæ *Staphinsere* nuncupatur, Ecclesiam in honore S. Michaelis constructam, in qua reperimus altare, auro argentoque paratum I. Capsas reliquiarum deauratas & cum gemmis vitreis & crystallinis ornatas V. Cuprinam per loca deauratam I. Crucem reliquiarum parvulam cum clave, laminis argenteis deauratam I. Aliam vero crucem parvam reliquiarum, auro vitroque fabricatam I. Aliam vero crucem majorem, auro argentoq; paratam cum gemmis vitreis I. Pendet super idem altare corona argentea per loca deaurata I, pensans libras II, & in medio illius pendet crux parva cuprina deaurata I. & pomum crystallinum I; & in eadem corona per girum pendent ordines margaritarum diversis coloribus XXXV. Est ibi de argento munidato solid. III. Habentur ibi inaures aurei IIII, pensantes denarios XVII. Sunt ibi calices argentei II, quorum unus, deforis sculptus & deauratus, pensat pariter cum patena sua solid.

lid. XV. Offertorium argenteum I. penſans ſolid. VI. *Buſtam* (*a*) cum cuperculo argenteam ad timiama portandum I, penſantem ſolid. VI. Aliam buſtam argenteam, penſantem ſolid. V.

Invenimus ibi turibulum argenteum per loca deauratum I. penſans ſol. XXX. Aliud etiam turibulum cuprinum antiquum I. Ampullam cuprinam I. Aliam ampullam ſtagneam I. Urceum cum aqua manile cuprinum I. Ollam vitream magnam I. Ampullas vitreas parvulas cum balſamo II. Pendentes ſuper eandem eccleſiam ſigna bona II, habentes in funibus circulos cuprinos deauratos II. Invenimus ibi planetas caſtaneas II, de lana factam & tinctam I, Dalmaticam I, lineam I, Albas VII. Amictus IIII. *Fanones* lineos ſerico paratos ad offerendum ad altare XIII. pallia ad altaria induenda VIII. Pallia de lana facta & tincta ad altare induendum II. Pallia linea tincta II. Linteamina ſerico parata ad altaria veſtienda XX. Manicas ſericeas auro & margaritis paratas IIII, & alias ſericeas IIII. Corporales IIII. Orarii II. Plumacium ſeu *Colnduni* (*). *De libris.* Liber eptaticum (**) Moyſi, & liber Joſuæ, & liber judicum & Ruth,

(*a*) à Germanis *Büchſe*, id eſt pyxis, in qua thymiamata thuribulo injicienda ferebantur.

(*) *Dunen* Germanis ſunt plumæ illæ ſubtiliores, quæ compreſſæ ſe elevant, unde nomen.

(**) Corruptum ex Pentateucho.

Ruth, & libri Regum IIII. & libri paralipomenon II. in uno volumine: liber pſalmorum David, & liber parabolæ Salomonis, & liber Eccleſiaſtes, & liber canticum canticorum, & liber ſapientiæ, & liber Jeſu filii Sirach, & liber Job, & liber Tobi, & liber Judith, & liber Eſter, & libri duo Machabæorum in uno volumine: Libri XII. prophetarum, & libri Hesdræ duo in uno volumine: Liber actuum Apoſtolorum, & liber Epiſtolarum Pauli, & libri VII. Epiſtolarum Canonicarum, & liber Apocalypſis, in uno volumine. Liber Lectionarius, tabulas laminis cuprinis deauratis habens paratas I. Liber Omeliarum diverſorum auctorum I. Liber B. Gregorii quadraginta Omeliarum I. Libri Sacramentorum III. Libri lectionarii II. Liber Canonum excerptus I. Liber, expoſitio Pſalmorum ſine auctore I. Liber quatuor Evangeliorum vetuſtus I. Libri antifonarii II. Liber Commentarii Hieronymi in Mathæum I. Liber Regulæ S. Benedicti I. Eſt ibi de *nitro* (*) duæ *tinæ* plenæ. de plumbo tabulæ III. & una maſſa, & calami CLXX. Faldonem (**) ad ſedendum.

ITEM

(*) Dignum inquiri, an hic intelligatur *nitrum* veterum, an hodiernum planè diverſum, quod dicitur ſalpetræ, ſed cujus tunc uſum credo Europæi ignorabant. Orientales adhibebant ad ignem Græcum.

(**) Faldiſtolium (unde fauteil) *fald-ſtul*, ſellam plicatilem.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 10;Leibn. Marg. 10, [576] - 318
PUBLIC DOMAIN

ITEM UNDE SUPRA.

Invenimus in eodem loco curtem & casam indominicatam, cum cæteris ædificiis ad præfatam Ecclesiam respicientem. Pertinent ad eandem curtem de terra arabili jurnales DCCXL; de pratis, unde colligi possunt de fœno Carrades DCX. De annona nihil reperimus, excepto quod dedmus provendarunt carrad. XXX. qui sunt provendati usque ad missam S. Johannis, & sunt LXXII. De (*) *Brace* modii XII. Caballum domitum I. boves XXVI. vaccas XX. Taurum I. animalia minora LXI. vitulos V. vervices LXXXVII. Agnellos XIIII. hircos XVII. Capreas LVIII. hœdiculos XII. porcos XL. porcellos L. Auecos (*a*) LXIII. pullos L. vasa apium XVII. De lardo baccones (*b*) XX. pariter cum minutiis. Unctos XXVII. Verrem occisum & suspensum I. formaticos (*c*) XL. De melle siclus dimidius: de butiro sicli II. De sale modii V. De sapone sicli III. Culcitra cum plumariis V. Caldaria aerea III: ferrea vero VI. (*d*) Gramacula V. lumi-

(*) *Brace*, grani species, [potius præparatio] ex quo cerevisia conficitur. Du Cange. *Malz.* infra: conficit *bracem.*

(*a*) aucas, anseres, occa, oye.

(*b*) bacco (à backen) quod Anglis bacon, hodie Germanis Schincke, Gallis Lambon.

(*c*) fromage, caseos. Infra *formata.*

(*d*) vid. infra, *gramalium.*

minare ferreum I. *tinas* (*e*) ferro ligatas XVII. falces X. falciculas XVII. dolaturas VII. fecures VII. coria hircina X. pelles veruecinas XXVI. ſagenam ad piſcandum I. Eſt ibi (*f*) genicium in quo ſunt fœminæ XXIIII. in quo reperimus ſarciles V. cum faſciolis IIII. & camiſiles V. Eſt ibi molina I. reddit annis ſingulis modios XII. Reſpiciunt ad eandem curtem manſi ingenuiles veſtiti XXIII. Ex his ſunt VI. quorum reddit unusquisque annis ſingulis, de annona modios XIIII. Friſchinguas (*g*) IIII. de lino ad *piſam ſeigam* I. pullos II. ova X. de ſemente lini ſextarium I. de lenticulis ſextarium I. Operatur annis ſingulis hebdomades V. arat jurnales III. ſecat de fœno in prato dominico carradas I. & introducit. Scaram (*h*) facit. Cæterorum vero ſunt VI. quorum unusquisque arat annis ſingulis jurnales II. ſeminat & introducit: ſecat in prato dominico carradas III. & illas introducit: operatur hebdomadas II. dant (*i*) inter duos in hoſte bovem; id eſt, quando in hoſtem

(*e*) Tyna vas grande ligneum, tam lavationibus qvam condendis vinis paratum. Du Cange. Germanis *Tonne*.

(*f*) gynæcéum.

(*g*) friſching, porcellus.

(*h*) id eſt cum aliis ſe conjungit.

(*i*) duo convenientes inter ſe dant unum bovem, quando ad exercitum abeunt; alias quilibet eorum equitat, quo jubetur.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 10;Leibn. Marg. 10, [578] - 320
PUBLIC DOMAIN

hoſtem non pergunt, equitat, quocunque illi præcipitur. Et ſunt manſi IIII. quorum arat unusquisque annis ſingulis jurnales VIIII. ſeminat & introducit; ſecat in prato dominico carradas III. & illud introducit. Operatur in anno hebdomadas VI. *ſcaram facit* ad vinum ducendum, ſimat de terra dominica jurnalem I. de ligno donat carradas X. Et eſt unus (*k*) manus, qui arat annis ſingulis jurnales VIIII. ſeminat & introducit; ſecat de fœno in prato dominico carradas III. & illas introducit, ſcaram facit; parafredum donat, operatur in anno ſeptimanas V. Serviles vero manſi veſtiti XVIIII, quorum reddit unusquisque annis ſingulis friskingam I. pullos V. ova X. nutrit porcellos dominicos IIII. Arat dimidiam araturam: operatur in ebdomada III. dies, ſcaram facit, parafredum donat. Uxor vero illius facit camiſilem I. & *ſarcilem* I. Conficit bracem & coquit panem. Reſtant enim *de ipſo epiſcopatu* curtes VII. de quibus hic (*l*) breviatum non eſt; ſed in ſumma totum continetur. Habet quippe ſumma AUGUSTENSIS EPISCOPATUS manſos ingenuiles veſtitos mille VI. (*m*) abſos XXXV. Serviles vero veſtitos CCCCXXI. Abſos XLV. Inter ingenuiles

X au-

(*k*) *ein mann*, vir certus.
(*l*) verbriefet, beſchrieben: Deſcriptum.
(*m*) Apſus incultus ager, qui vulgo in Chartis opponitur veſtito, id eſt, culto.

autem & ſerviles veſtitos mille CCCCXXVII. Abſos LXXX. EXPLICIT.

DE ILLIS CLERICIS ET LAICIS, QUI ILLORUM PROPRIETATES DONAVERUNT AD MONASTERIUM, QUOD VOCATUR WITUNBURG, ET E CONTRA RECEPERUNT AD USUM FRUCTUARIUM.

Hartwic presbyter tradidit ad ipſum monaſterium ſupradictum in PAGO UUORMACINSE medietatem de illa eccleſia, quæ eſt conſtructa in villa *Heſſiheim*,& cum caſa dominicata manſos veſtitos ſerviles IIII. & de vineis (*n*) picturas V : & è contra recepit illam eccleſiam in villa *Unkenſtein*, & cum caſa dominicata manſos veſtitos ſerviles VI. de vineis picturas V. de prata ad carradas XX; in ea vero ratione,ut id ipſum,quod tradidit,diebus vitæ ſuæ habeat in precarium. *Motuuinus* & uxor ejus ſimiliter tradiderunt ad ipſum monaſterium in villa *Heſſihaim* in ipſo pago cum caſa dominicata manſos veſtitos ſerviles VI.de vineis picturas V. de prata ad carradas XII; & è contra receperunt in ipſa villa cum caſa dominicata manſos veſtitos ſerviles VI. de vineis picturas VII. de prata ad carradas XV.

Unroh habet in ipſo pago ſimiliter in precarium

(*n*) Pictura modus agri vel vineæ. Du Cange.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 10;Leibn. Marg. 10, [580] - 322
PUBLIC DOMAIN

rium in villa illa manſum veſtitum I. ſerviles abſos II. de vinea pictura I, de prata ad carradas XX. diebus vitæ ſuæ.

Birnibo presbyter tradidit ad ipſum monaſterium in ipſo pago in villa FRANCONADAL eccleſiam I. & cum caſa dominicata manſos veſtitos ſerviles VII. de vineis picturas III. de prata ad carradas XX; & è contra recepit in ipſo pago in villa *Marisga* manſos ſerviles abſos III. de vineis picturam I. de prata ad carradas XX. Similiter tradidit *Gomoldus* ad ipſum monaſterium in ipſo pago in villa nuncupata *Uuiſa* cum caſa dominicata manſos ſerviles veſtitos V. de vineis picturas III. de prata ad carradas XX; & è contra recepit in ipſa villa cum caſa dominicata manſos veſtitos ſerviles IIII. de vineis picturas II. *Graolfus* clericus tradidit ad ipſum monaſterium in ipſo pago, in villa illa cum caſa dominicata manſos veſtitos ſerviles V. de vineis picturas quinque; & ſic cetera breviare debes.

DE BENEFICIARIIS, QUI DE EODEM MONASTERIO BENEFICIUM HABERE VIDENTUR.

Habet *Hunbertus* in beneficium *in pago Wormacinſe*, in villa nuncupata *Uuanesheim* cum caſa dominicata manſos veſtitos ſerviles VI, Ingenuiles veſtitos II. abſos IIII. de prata

ad carradas XX. de vineis picturas VI. & silvam communem; & in ipsa villa habet *Friduricus* beneficium. *Baldrih* habet beneficium in ipso pago in villa nuncupata illa, cum casa dominicata mansos vestitos serviles V. absos IIII. de prata ad carradas XXX. de vineis picturas V. molinum I. & silvam communem. Habet *Gerbertus* in ipso pago in villa illa beneficium cum casa dominicata mansos serviles absos; de vineis picturas V. *Meginhartus* habet in beneficium in ipso pago in villa *Aluſenza* cum casa dominicata mansos vestitos serviles II. absos III. de prata ad carradas XV. de vineis picturam I. molinum I. & silvam communem. Habet *Herigis* in ipso pago in beneficium in villa illa mansos vestitos serviles IIII. absum I. de vineis picturas II. *Uualtheri* habet in beneficium in ipso pago in villa illa cum casa dominicata mansos vestitos serviles VI. de vineis picturas VI. de prata ad carradas VI; & inter *Lorenzen* villare & *Hepfanheim* & *Uuinolfesheim* mansos vestitos serviles II. absos II. Et habet ipse Uualtheri in pago *Spirinſe* in villa *Tataſtat* eccleſiam I. cum casa dominicata mansos vestitos ingenuiles III. serviles vestitos X. absos I. de vineis picturas V. de prata ad carradas XX; & sic cætera de talibus rebus breviare debes.

ITEM

ITEM AD BREVIANDUM DE PECULIIS E MINISTERIO ILL. MAIORIS VEL CETERORUM.

Invenimus in Asnapio *fisco dominico* salam regalem ex lapide factam optimè: Cameras III, solariis totam casam circumdatam, cum (*o*) pisilibus XI. Infra cellarium I. porticus II. Alias casas infra curtem ex ligno factas XVII, cum totidem cameris & ceteris appendiciis bene compositis; stabulum I. coquinam I. pistrinum I. Spicaria II. Scuras III. (*oo*) Curtem (*p*) tunimo strenuè munitam cum porta lapidea, & desuper solarium ad dispensandum. Curticulam similiter tunimo intercluſam ordinabiliter dispositam, diversique generis plantatam arboribus. Vestimenta: lectum parandum I. drappos ad discum I. parandum; Toaclum (*q*) I. Utensilia, concas æreas II. poculares II. Calderos (*r*) æreos II. ferreum I. sartaginem I.

(*o*) *Pisalis* triclinium Monasticum, in quod Monachi calefaciendi causa simul secedebant &c. Du Cange, voce *Gynecæum*. Infra etiam occurrit Pisile cum camera. eine Stube.

(*oo*) *Seuræ* sunt horrea, scheuren.

(*p*) aliis tunino. ein *tun*, Zaun, sepes.

(*q*) mappula, mantile, manutergium à *tbbagen*. quod est fricando purificare, detergere. hodie Germanis *tbbäle*. *hand-quäle*.

(*r*) supra Caldarium.

gramalium (s) I. Andedam I. farum (t) I. ſecures II. dolatoriam I. terebros II. aſciam I. ſcalprum I. Runcinam I. planam I. falces II. falciculas II. palas ferro paratas II. Utenſilia lignea ad miniſtrandum ſufficientia. *De* (tt) *conlaboratu:* ſpelta vetus de anno præterito. corbes XC. quæ poſſunt fieri (t 3.) de farina penſas CCCCL. Ordeum modios C. Præſenti anno fuerunt ſpeltæ corbes CX. ſeminum ex ipſis corbes LX; reliqua reperimus. Frumenti modios C. ſeminum LX, Reliq. rep. Siliginis modios XCVIII. ſeminum totidem; Ordei modios mille; DCCC. ſeminum, reliqui repoſiti. Avenæ modios CCCCXXX. Fabæ modium I. piſorum modios XII. de mol. V. mod. CCXL. reliq. rep. de camb. IIII. præbendarum mod. DCL. ad minorem menſuram. De pont. II. [De] Sale mod. LX. & ſol. II. De ortis IIII. ſol. XI. Mel mod. III. de cenſu, Butyrum mod. I. Lardum de præterito anno, baccones X, novos baccones CC. cum minutia (t 4.)

(s) infra Cramalium. *Cramaculi* videntur eſſe cremaſteres focarii, Cramaillieres. *Andedæ* andenæ, landiers. Andena inſtrumentum ferreum foci, ſive, Ferrum, quo appodiantur ligna in foco, ut melius luceant & melius comburantur.

(t) vide infra.

(tt) fructus ex labore collectus.

(t. 3.) infra: quæ poſſunt fieri farina; item, unde poſſunt fieri farina.

(*t 4.*) & unctis. Formaticos de anno præsenti pensas XLIII. De peculio jumenta majora capita LI. de anno tertio V. de præterito VII. de præsenti VII. Poledros (*u*) bimos X. annotinos VIII. emissarios III. boves XVI. Asinos II. vaccas cum vitulis L. Juvencos XX. vitulos annotinos XXXVIII. Tauros III. porcos majores CCLX. porcellos C. verres V. vervices cum agnis CL, agnos annotinos CC, Arietes CXX. capras cum hœdis XXX, hœdos annotinos XXX, hircos III. Aucas XXX. pullos LXXX. pavones XXII.

DE EO, QUO SUPRA.

Item de mansionibus, quæ ad supra scriptum mansum aspiciunt. In *Grisione* villa invenimus mansioniles dominicatas, ubi habet scuras III, & curtem sepe circumdatam. Habet ibi hortum I. cum arboribus; aucas X, anantes VIII. pullos XXX. Catas & curtem sepe munitam. In alia villa reperimus mansioniles dominicatas, & infra scuras III. vineam arripenn. (*v*) I. hortum cum arboribus I. aucas XV. Pullos XX. In villa illa mansioniles dominicatas. Habet scuras II. Spicarium I. hortum I. curtem sepe munitam.

(*t 4*) *Minutia* videtur significare incisum, tomaculum, ad farcimina.

(*u*) pullos equinos. Infra peledros.

(*v*) Aripennis, *arpent.*

ITEM UNDE SUPRA.

Menſuram modiorum & ſeſtariorum ita invenimus, ſicut & in palatio. Miniſteriales non invenimus aurifices, neque argentarios, ferrarios, neque ad venandum, neque in reliquis obſequiis. *De herbis hortulanis* quas reperimus, id eſt, lilium, coſtum, mentam, petreſilum, Rutam, apium, Libeſticum, ſalviam, ſatureiam, ſavinam, porrum. Allia (*u 2.*) tanazitam, mentaſtram, Coliandrum, ſcalonias, cepas, caules, Rauacaules, vittonicam. *De arboribus:* pirarios, pomarios, Miſpilarios, perſicarios, avelanarios, nucarios, morarios, Cotoniarios. Reperimus in illo fiſco dominico domum regalem exterius ex lapide, & interius ex ligno bene conſtructam. Cameras II. ſolaria II. Alias caſas infra curtem ex ligno factas VIII. Piſile cum camera I. ordinabiliter conſtructum. Stabulum I. Coquina & piſtrinum in unum tenentur. Spicaria quinque, Granecas III. Curtem tunimo circumdatam deſuperque ſpinis munitam, cum porta lignea. Habet deſuper ſolarium; Curticulam ſimiliter tunimo intercluſam. Pomerium contiguum, diverſi generis arboribus nemoroſum; infra vivarium cum piſcibus I. hortum bene compoſitum I. veſtimenta ad lectum parandum I. Drappos ad di-

(*u 2.*) Infra: Tanezatum, Mentaſtrum.

Dat achtste gebod, k? heiſee miáha.

Gy en ſult niet ſteelen.
K? aan k? ouy.

Dat negende gebod, guiſſi miáha.

Gy en ſult geen valſche getuygenis ſpré-
t? hou a go minqua me ankouy - -
ken tegens uwen naeſten.
t? hounáquee dampſena que heê.

Dat tiende gebod, gissi miáha.

Gy en ſult niet begeeren uwes naa-
t' hounaque k? omme hanna k?
ſten huys, nog syn Wyf, nog synen
ouy thounáque quies, haque
dienſtknegt, nog ſyn dienſtmaagt, nog ſy-
chouquee haque kobos, haque
nen os, nog synen Eſel, of iets dat uwes
g'hoô, haque hacqua haque chou
naeſten is.
ha.

Nota.

Nota. Hacqua beduÿd een tam paard by de Hottentots onbekend, en 't woord d' au betekend een wilden Eſel of paard in een en deſelve naam; zynde een raſt bewÿs, dat sÿ voor d' Europeanen geen paarden geſien hebben.

Symbolum Apoſtolicum in Lingua Hottentotica.

Ik gelove in God den Vader, den Al-
Tiri k? hem k? ia Thoró Bõ , k? dya,

magtigen (d) *Schepper des hemels en der*
qui y há hinqua t? homme hique

(d) die gemaakt heeft.

aarde. Ende in Jeſum Chriſtum, ſynen een
k? chou, hique - - - - há que ou-

geboren Sone, onsen Heere, die ontfangen
na ha toito, cita kóuquee, há chouningá

is van den (e) *Heyligen Geeſt, geboren*
touy, a ſa kamins k? omma oa, ha thouna

(e) den gelukkige adem of windeke.

uyt de maget Maria, die (f) *geleden heeft*
a ſa os - - - t? hon t? ſa thon

(f) peyne gehad

onder Pontius Pilatus, is (g) *gekruyſt,*
- - - - - - hiba ehomina maſsi- | ehon

(g) an den hohen paal vaſt gemaakt.

ge-

geſtorven, ende begraven, neder gedaald ter
ha, k? ôo, hique k? hâa,

hellen, ten derden dage wederom (h) *opge-*
houna ſequa t? haba

(h) levendig worden.

ſtaan van den doden, opgevaren ten hemel,
k? oi, t? ha t? homminga bamma,

ſittende ter rechten hand Gods des
heque k? amköá a mangnőá thoró hantit?ſa,

Allmagtigen Vaders, van waar hy komen
k? dya ſa bõ, háy ha haquee hahân,

ſal, om (i) *te oordelen de Levendige en de*
k? chom k? oí ſa queena, hique

(i) om te ſpreken met

Dode. Ik gelove in den Heyligen
k? oô ſaqueena. tiri k?hem k? ia kamins k? om-

Geeſt, ik gelove een heylige (k)
ma öá, tiri k? hem k? ia kamins

(k) die vor ieder openſtaat.

algemeene Criſtelyke Kerke, gemeinshap
k? oua a ſa k? ta - - - k? au, qui á quee ka-

der heyligen, vergevinge der Sonden, oopſtan-
mins k? ouna, k? ami marrêe, ooſſa-

dinge des Vleeſch, ende een eeuwig Leven.
que k? oô qua bamma, hique káſſo kaſſo k? öin.

Nota,

Nota, dat de worden by de Hottentots onbekend, door de geannoteerte woorden, na haare klaarſte beduyding, den regten ſin en ware ſignificatie aller naaſt komende, uyt gedrukt, en ook ſomtyds per periphraſin te kennen gegeven moeten werden gelyk hier boven aangeweſen is.
Verders ſiet d'annotatien wegens d' accenten en pronuntiatie op't Onſe Vader.

IX.

SIGNA SECUNDUM ORDINEM CISTERCIENSEM, PER QUÆ UNUSQUISQUE MONACHUS VALET SIGNARE ALII SINE LOQUELA.

A.

1. Abbas, index & medius in fronte poſiti.
2. Accipere, apertam manum claudere.
3. Album, tangere maxillam indice, & medio naſum.
4. Amicus, index & medius poſiti ad naſum lateris dextri.
5. Annus, index aſcendens per brachium usque ad ſcapulam.
6. Aqua, digitos junctos elevare.

7. Aries

7. Aries, index curvatus ſuper aurem ut cornu.
8. Aſinus, pollex tangens buccam digitis incurvatis & motis.
9. Audire, index tangens aurem, & tunc ejectus.
10 Avis, pollex tangens buccam digitis elevatis & motis.

B.

11. Balneare, concavitas manus tergens pectus.
12. Bibere, index transverſaliter junctus mento.
13. Bonum, pollex & medio moti ante mentum.
14. Butyrum, index & medius tergens manus interius.

C.

15. Calvus, manum circum ſublevare.
16. Canis, index percutiens aurem.
17. Cantor, manum movere ante os, pollice elevato.
18. Cantare, manum movere.
19. Credere, index faciens circulum ante pecto.
20. Cæcus, index curvus quaſi eradicans oculum.
21. Caſeus,, concavitates manuum concutere.
22. Candela, ſufflare per indicem erectum.
23. Cereviſia, manum movere ante os, & ſufflare in eam.

24. Cella, facere quasi tignum cum digitis manuum, indice & medio motis simul ante faciem.
25. Cellarius, quasi claudere cum manu.
26. Certum facere, quasi C. cum indice in sinistra manu.
27. Clericus, index circuiens aurem.
28. Cingulus, ambabus manibus quasi se cingere velle.
29. Communicare, indicibus & pollicibus circulus factus, & cruce addita.
30. Conversus, manu includere barbam.
31. Coquina, facere quasi tignum cum digitis manuum, & sufflare per indicem erectum.
32. (a) Crucibulus, index curvatus.
33. Custos, quasi pulsans erigere pollicem.
34. Capitulum, concutere digitos ab extra ad conclave.

D.

35. Date, manum clausam aperire.
36. Dies, indice & pollice circulus ante oculum.
37. Dividere, manus scindens aliam à summo deorsum.
38. Diabolus, omnes ungues digitorum positi super mentum.

39.

(a) Lucerna, ad quam vigilamus. Croissol, lumiere de nuit. Vulgo *ein Crüsel.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 10;Leibn. Marg. 10, [644] - 386
PUBLIC DOMAIN

39. Dolor, digitis conjunctis percutere pectus.
40. Domus, facere quasi tignum cum digitis manuum.
41. Dulce, index fricans infimum labium.

E.

42. Ecclesia, facere quasi tignum cum digitis manuum, cruce addita.
43. Ebrius, cum indice quasi perforare frontem.
44. Epistola, crux facta in pectore.
45. Evangelium, crux facta in fronte cum pollice.
46. Episcopus, græcum β. factum ante pectus.
47. Equus, indice & medio cirrum tenens.
48. Equitare, cirrum sæpe sursum movere.
49. Excitare, ante pectus manu tenere vestes, has movendo.

F.

50. Fatuus, index descendens per nasum.
51. Facere, manus clausa emittens indicem.
52. Factum, est digitos divisos elevare, & parum movere.
53. Fœmina, index transversaliter motus in fronte.
54. Flere, index fricans inferiora oculi.
55. Frater, index junctus indici.
56. Frumentum, pugnus confricatus pugno.

G.

57. Gaudium, manus extensa, faciens circulum ante pectus.

58. Granarium, pugnus confricatus pugno, & facere quasi tignum cum digitis manuum.

H.

59. Hircus, digiti pendentes de mento quasi barba.

60. Hospes, manu faciendo obliquum tractum ante pectus.

I.

61. Jam, index punctatim motus deorsum.

62. Infirmus, manus tangens cor.

63. Infirmitorium, facere quasi tignum cum digitis manuum, cor manu tangendo.

64. Ignis, sufflare per indicem erectum.

65. Inimicus, index & medius in sinistra parte nasi positi.

66. Ira, cum omnibus digitis quasi extrahere cor.

67. Ire, index & medius deorsum moti contrariè.

68. Injungere, cum pollice facta crux super oculum.

L.

69. Lac, pollex & index mulgentes articulum.

70. Legere, index trahens lineam ante pectus transversaliter.

71. Liber, manus extensa mota specialiter.

72. Longum, pollex exterius ascendens per ventrem.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 10;Leibn. Marg. 10, [646] - 388
PUBLIC DOMAIN

73. Loqui, indice & medio positis erectis ante os.

74. Luscus, index infimum cooperculum oculi deorsum ducens.

M.

75. Magister, index & medius includens nasum.

76. Macer, pollice & indice tenere ambas genas.

77. Mater, pollex junctus pollici, indice transversaliter moto in fronte.

78. Medicina, medius fricans indicem exterius ejusdem manus.

79. Medicus, idem cum signo Magistri.

80. Molle, index punctatim tangens buccam.

81. Mors, index transversaliter cingens guttur.

N.

82. Nequam, index nasum transversaliter transiens.

83. Nigrum, index & medius tangens ægilopes.

84. Nobile, pollicem ponere sub mento.

85. Novitius, index & medius moti simul ante faciem.

86. Non audere, indicem ponere in os.

87. Nunc, index punctatim motus deorsum.

88. Numerare, quasi numerare summitates digitorum.

89. Nux, dentibus mordens indicem exterius.

O.

90. Odorari, pollex & index trahentes nares, & inſpirare.
91. Omne vas, pollex incurvatus intra manum.
92. Oleum, index & medius tergens manus exteriùs.
93. Olus, index tergens latus alterius indicis.
94. Ordo, ſummitates digitorum tergentes ordinatim pollicem interiùs.
95. Ovum, index fricans latus alterius indicis.

P.

96. Papa, manus pyramidaliter in fronte elevata.
97. Parcus, cum indice quaſi perforare naſum.
98. Panis, indicibus & pollicibus circulus factus.
100. Parum, erectio articuli.
101. Pater, pollex junctus pollici.
102. Præpoſitus, index in fronte poſitus.
103. Pinguis, index & pollex trahentes buccam.
104. Pirum, digiti conjuncti infra pendentes.
105. Piſcis, manus extenſa & digitis motis ut caudà piſcis.
106. Piſcari, manus extenſas concutere.
107. Piſtrinum, facere quaſi tignum cum digitis

gitis manuum, & circulo facto indicibus & pollicibus.

108. Pomum, pollex incluſus digitis.

109. Portare, manus poſita ſuper ſcapulam.

110. Porta, manus erecta, curvans digitos, deinde motos à ſe.

111. Portarius, ſignum Magiſtri & portæ.

112. Prior, prioriſſa, pollex tentus ſub indice, & tunc erectus.

113. Puer, articulum ponere in os.

R.

114. Radere, index tranſiens barbam.

115. Rex, omnes digiti ſuper frontem poſiti.

116. Refectorium, ſignum commeſtionis & domus.

117. Refectorarius, ſignum panis & Magiſtri.

118. Regula, ſummitates digitorum tergentes ordinatim pollicem interiùs, & manu extenſa ſpecialiter.

119. Ridere, indice & medio includere os.

120. Rufus, index faciens circulum in bucca.

121. Ruſticus, cum omnibus digitis terge buccam ſurſum.

S.

122. Satis, erectio pollicis.

123. Sanguis, pollex & index trahentes nares.

124. Sal, digiti preſſi contra pollicem, & tunc ſparſi.

125. Sanctum, crux facta tribus digitis.

126. Servus, ungues indicis & medii tergentes buccam.
127. Servare, index tergens pectus.
128. Sermo, pollex faciens crucem ante os.
129. Signare, una manus circumiens aliam.
130. Soror, index junctus indici, & index transverſaliter motus in fronte.
131. Succentor, manum movere ante os, pollice elevato cum articulo.
132. Sudor, manu tergere frontem.
133. Stabulum, ſignum domus & equi &c.

T.

134. Tacere, indice obſtruere os.
135. Tondere, cum digitis quaſi cirrum præſcindere.
136. Thuribulum, pollex & index trahentes nares, & manum ad modum piri infra pendentem movendo. &c.

V.

137. Videre, index poſitus ſuper oculum, & tunc ejectus.
138. Virgo, index dividens cirrum.
139. Vinum, index curvatus poſitus ſuper naſum.
140. Virtus, indice inclinato ſuper pollicem ante os.
141. Vitrum, curvare digitos in ordine ante faciem. &c.

Nos ergo Fratres, qui præclariſſimo Ciſtercienſi

cienſi ordini titulo profeſſionis aſtricti ſumus, ſtudeamus non ſolum majora, ſed etiam minora ejus inſtituta omni ſollicitudine ſervare, ne forte (quod abſit) fervor ordinis intepeſcat & pereat noſtris temporibus, & nos, ſi tanti ſacrilegii rei coram juſto iudice fuerimus inventi, diſtrictâ ejus ſententia tollamur cum impiis, ne videamus gloriam Dei. Scias certiſſime, quia, quantò quis in hoc mundo deſpectior, ſilentii, quietis & humilitatis appetens fuerit, tantò in futurum apud Deum glorioſior apparebit, &c.

Hierauf folgen die Zeichen zu Teutſch, die alhie im Cloſter Lockum ſeynd vormahls im gebrauche geweſen, und noch bey meiner zeit, als ich noch *novitius* vvahr, als im Jahre 1577. und 1578. bey ſeel. Herrn Johann Heimans zeiten des Abts: aber, ſo bald der ſtarb, iſts im abgang gekommen.

1. Wihſe mit dem indice up dat Oge, und Verhefe ihne mit dem Geſichte, ſo tekenſtu *Chriſtum* an.
2. Sette fieff finger up den Kop, betekend einen *Könink*.
3. Schleiſtu mit dem indice up den Kop, bedüdet *hardheit*.

4. Legge den indicem up den orth des Vorhövedes, dat bedüdet einen *Præpoſitum.*
5. Höldeſtu dasülveſt 2 finger, dat is ein *Abt.*
6. Leſtu ſe averſt langes herdaal glieden de dünningen, bedüdet einen *Cappellan.*
7. Schleiſtu van der dünningen mit der flacken hand, dat bedüdet *Oldt.*
8. Sette den dumen an de dünningen, und töge de hand, betecket einen *Eſell.*
9. Hölſtu da de flacke hand, betekend *ſchlapen.*
10. Wihſe mit dem indice up dat Oge, bedüdet *ſehen.*
11. Wieſe up dat ohr, bedüdet *hören.*
12. Makeſtu dann [daen, daſelbſt] einen Krink, dat bedüdet einen *Mönik*, *Pape* und *Schöler.*
13. Gript he dat Ohr van achter tho, dat is ein *Schap.*
14. Man ſchleit he uth thorügge, dat is ein *hund.*
15. Schleit de index up de Wangen, dat bedüdet *Kranckheit.* vid. num. 109.
16. Maket he dann einen Krink, dat bedüdet [forte *einen Medicum:* ſed vide num. 84.]
17. Strickſtu aver de Wangen, dat is *Wyht.*
18. Taſteſtu mit 5 fingern aver de Ogen vor dath antſchlath, bedüdet einen *Magiſter.*

19.

19. Legſtu de Hände tho hope und dheiſt ſe up und tho, dat bedüdet eine *taffel*. vid. num. 127.
20. Schere mit dem indice up der Kenebacken, dat is *Scheren*.
21. Legge den indicem vorn up de Neſen, und ſchuff ehne up dat hoved, bedüdet eine *Jungfrauen*.
22. Hölſtu ehne dar ſtille, dat is ein *Hoff*.
23. Thuſtu den indicem dar twers voraver her, dat is ein *Wyff*.
24. Hölſtu den top mit den indice und duhmen, betekend ein *Perd*.
25. Schleiſtu mit der Fuſt vor den Kop, dat bedüdet ein *Schwyn*.
26. Dheiſtu beyde ogen tho mit 2 fingeren, dat betekend *blind*.
27. Make einen Krink von den Duhmen und indice, und hold vor dat öge, dat bedüdet den *dag*.
28. Thuſtu den Krink ein wenig daraff, dat is ein *fenſter*.
29. Kehreſtu den flacken hand jegen dat oge, dat is *düſter*.
30. Legeſtu aver de finger twers vor de ogen, dat is *Schande*.
31. Sperreſtu den indicem und duhmen entvvey, und ſchleiſt vor den ogen dahl, dat is *gudt*.

32.

32. Drückeſtu mit denſülven zvvey an de Wangen, dat is *faſten.*

33. Thuſtu de hand vor dem anſchlahe [antea Antſchlahe, Antlitz, Angeſicht] dat du darin puſteſt, dat bedüdt *gut Bier.*

34. Seſtu den lütken finger up de ſpiſſen der Neſen, dat betekend einen *Dohren.*

35. Is id averſt de index, ſo bedüdet id einen *Wyſen Mann.*

36. Schleit he vor der Neſen hen, dat is ein *Schalck.*

37. Legſtu ihne darup gekrümmet, dat is *Wyn.*

38. Boret he an der Sieden der Neſen, dat is ein *Herink.*

39. Klawet de eine index den andern, bedüden *Eyer.*

40. Setteſtu den duhmen unter den kynn, das is *hoverdich.*

41. Legſtu 2 Finger an de rechten halve der Neſen, dat is Frünth.

42. Wo aber ander linckern, bedudet fynd.

43. Bögeſtu ſe aver de halve mit dem indice und duhmen, dat is ~~*ſtarck.* vid. 108.~~ *ſtanck*

44. Begripſtu ſe mit dem indice und Middelſten finger, dat betekend einen *Meiſter.*

45. Strepelſtu ſe mit dem indice von boven daal, dat is *dohrheit.*

46. Setteſtu den duhmen an de Sieden der Neſen und röreſt de hand, beteken *brand.*

47.

47. Maket deDuhme ein Krütz vor den Mund, bedüd einen *Prediger.*
48. Hölſtu den indicem vor den Mund, und puſteſt darup, dat is *Füer.*
49. Schleiſtu den indicem up den verſchloten mund, dat is *ſchwiegen.*
50. Klaweſtu de neddersten Lippen offte Kyn, dat bedüdet *Söthe.*
51. Holſtu den indicem twischen de thene, dat is *fruchten.*
52. Klemmeſtu ehne twiſchen de thene gekrümmet, dat bedüdet *Nöthe* [nuces]
53. Setteſtu den Lüttiken finger up de Lippen, bedüdet *ein kind.*
54. Setteſtu 2 finger up de Lippen, dat bedüdet *Spreken.*
55. Röreſtu de mit 3 fingern, dat bedüdet *Eten.*
56. Röreſtu de hand geböget jegen dem Munde, bedüdet einen *Cantorem.*
57. Bickeſtu mit dem Indice up dem Kynne, dat iſt *Regen* [add. num. 99.]
58. Thuſtu den duhmen und indicem aver beyde kynnebacken, dat is *mager.*
59. Gripet 5. finger an den Kyn, betekend den *Düvel.*
60. Leſtu ſe gliden, dat is ein *Saſſe.*
61. Legſtu den krummen indicem up den kyn, dat is *drinken.*

62.

62. Thuſtu den Indicem aver de Stroten, dat is *dodt*.
63. Klowet he under dem kinne, dat is *bytter*.
64. Schuffſtu dat höved up mit 2 Sperden fingern, bedüd *hengen*.
65. Setteſtu ſe ſülveſt an den hals, dat iſt *ſtehlen*.
66. Krazeſtu mit 2 fingern up der Schulderen, bedüdet *quat* eder *törnich*.
67. Schleiſtu mit der flacken hand up, dat is *arbeyden*.
68. Röreſtu ſe vor der bruſt, betekend *gerne*.
69. Legſtu den upgerichteten dumen [an dat] Caputium, dat is *Lehnen*.
70. Maket de Index einen Krinck vor de borſt, bedüdet *dencken*.
71. Thuſtu ihme ſo ſülveſt gekrümmet, dat is *blöck*.
72. Thuſtu de vordern hand von der Schulderen na der huffe, dat is ein *Gaſt*.
73. Thuſtu mit der hand von beyden Schulderen na dem Muhl, dat is ein *Biſchop*.
74. Makeſtu ein Krütze tho, bedüdet den *Pabſt*.
75. Steckeſtu de vordern hand unter den Lochtern arm, dat is *bewahren*.
76. Thuſtu ſe dar haſtigen uth, betekend einen *Ridder*.
77. Drückeſtu de hand an de bruſt, dat is *Krank*.

78.

78. Röreſtu ſe und daraff getagen, dat is *geſund.*
79. Streckeſtu mit der flacken hand upwerts up de Bruſt, dat is *Lank.*
80. Bögeſtu beyde hände an de ſyden barmliken, dat is *arm.*
81. Klemme den Duhmen an de Fuſth, dat is ein *Appel.*
82. Sprengeſtu ehme uth dem Indice, dat is ein *Prior.*
83. Hölſtu den Lütken finger upwarth, dat is en *Supprior.*
84. Hölſtu den duhmen und Lütken finger up, betekent einen *Medicum.*
85. Thuſtu umme den rechteren duhmen, betekent *ein Kelner.*
86. Böreſtu mith ihme den lüttiken finger, dat is ein *IInderKelner.*
87. Bögeſtu dat averled des duhmen up und dahl, dat is ein *Kröpel.*
88. Hölſtu den indicem recht dahl, und roreſt ene recht umme dat is ein *Schau.* [calceus]
89. Bögeſtu ehne umme de fuſt, dat is ein *Froſch.*
90. Sprengeſtu 2 der vorderſten finger mit dem duhmen, dat is *Solth.*
91. Hengeſtu ſe dahl und röreſt ſe, betekend *Gahen.*

92.

92. Hölſtu ſe vor di, und bögeſt ſe thoſamen als eine Schere, dat is ein *Schnider offte Schere.*
93. Röhreſtu den Indicem up den Duhmen, bedudet *Poſt.*
94. Richteſtu 3 finger uprecht, dat betekend einen *Becker.*
95. Hölſtu ſe aver dahl, dat is eine *Grape.*
96. Bögeſtu ſe vorn thohope, dat is ein *Leppel.*
97. Röreſtu 5 finger vor di, dat is en *theken.*
98. Hölſtu alle 5 up nahe thoſamen, dat is *Water.*
99. Holſtu ſe dahl, dat bedüdet *Regen.*
100. Krümmeſtu ſe, ſo sülveſt, dat is *freſen.*
101. Wendeſtu ſe umme tho di ſo ſülveſt, dat is ein *Bok.*
102. De flacke hand van di geholden, ummegetogen, dat is *Verlöff* eder *Ohrloff.*
103. Alſo sülveſt dahl geholden, das is *beyden.*
104. Schleiſtu de Fuſt upwart mit den upgerichteten duhmen dat is *Lühen* [leuten, campana ſignum dare]
105. Legſtu den Duhmen up de fuſt, Kereſt ſe hier und dar, dat is *Schluten.*
106. Deiſtu de hand up und tho, betekend *nehmen.*
107. Deiſtu ſe halfup, und ſchuffſt ſe wedder tho di und van di, dat is eine *Porthe.*
108. Klemmeſtu den einen dumen in den andern, bedüdet *Stark.*

109.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 10;Leibn. Marg. 10, [658] - 400
PUBLIC DOMAIN

109. Klemmet de duhme den lüttiken finger, dat is *krank*.

110. Make mit dem duhmen ein Krutze up dat ander, dat is ein *Prophet*.

111. Schleit de dume und de Index up den andern duhmen, dat is ein *Nagel*.

112. Stöten ſick de indices thoſammen, dat is ein *Vaden* oder *Garn*.

113. Thuſtu den einen finger umme den andern, dat is *ein Rehme*. (ein Rahm)

114. Klemmeſtu den einen indicem in den andern, dat is *karg*.

115. Hölſtu ſe even thoſamen, dat betekent *like*.

116. Schleit de eine index vor dem andern dahl, dat betekent *verlohren* eder *thobreken*.

117. Wendeſtu den einen indicem um den andern, bedüdet *braden*.

118. Scharveſtu den einen Indicem aver den andern van dÿ, dat is *kohl*.

119. Sündern tho dÿ, betekent *kruth*.

120. Thuſtu den luchtern indicem aver den vorderen an dat geled, dat is eine *ſtunde*.

121. Thuſtu den Indicem beth an den Ellenbogen, bedüdet ein *Jahr*.

122. Legſtu de upgerichteten hand up den arm, dat is *holt*.

123. Vögeſtu in beÿde hände de finger thohope und ſtöſt ſe thoſamen, dat is *dicke*.

124. Mengeſtu de finger beÿder hände thoſammende, bedüdet *dünne* oder *ſchmall*.

125. Spereſtu beyde hände thohope dackes wÿſe, dat is ein *Hues*.

126. Druckeſtu ſe ſo ſulveſt tohope, und hölſt ſe up, dat is *behden*.

127. Sündern hölſtu ſe ſo dahl, dat is eine *taffelen*.

128. Legſtu 2 finger up de fuhſt, dat betekent *ſchweren*.

129. Thuſtu 2. finger aver dat blatt der hand, dat is *botter*.

130. Gripſtu an dat fleiſch der hand, bedüdet *fleiſch*.

131. Schuffitu den dumen midden in der hand aver den Indicem, dat is *geldt*.

132. Drückeſtu de hande dwers tohſamen, bedüdet *keſe*.

133. Schleiſtu mit der Vorwenden [umgewandten] hand in de andern, dat is *Capittel*.

134. Stricckſtu entlank buthen aver de hand mit den fingern, dat is *waſchſen*.

135. Darſülveſt geſtreken mit der flacken hand, dat is *ſchlicht*.

136. Thue de Vörderen umme de lüchteren, dat is *kornen* [koren, korn, frumentum]

137. Thuſtu de einen ringswiſe um de anderen, dat is eine *Wage*.

138. Strik mit der flacken hand aver de Fuhſt tho dywerts, dat is *Wulle* offte *Sadt*.

139. Thue de ſcharpen halfe durch de lenge der hand, dat is *halff*.

140. Stri-

140. Strickſtu ſo ſülveſt endwer dorch de hand, dat betekend ein *Meſt*. [culter]
141. Röre de fueſt alſo du lüddeſt, dat is ein *köſter*.
142. Klowet de Index dat överſte gled des dummen, dat ſint *Bohnen*.
143. Klawet he ehne neden an dem geledde, dat ſindt *Muſchaten* offte *Engfer*.
144. Schuffiſtu dat vödderſte led des dumen aver dat överſte led des indicis, dat ſint *Erwitten*. [Erbſen, piſa]
145. Schleiſtu de eine fuſt up de andern, bedüdet *Jſern*.

Et ſic eſt finis, ſit laus & gloria Trinis!

ABC Dario, que conprende el arte de enſennarſe ablar pro la mano, reducido a mucha brevedad para que con facilidad ſe pueda tener en la memoria.

Sacado del arte de enſennar ablar a los mudos, que es de donde tubo ſu origen.

A. ſignifica todo el punno cerrado.
B. abierta la mano y los dedos juntos.
C. encogidos todos los dedos en forma de arco ſin cerrarlos.
D. dando una caſtannetada como para bailar.

E. abierta la mano, y encogidos los dos dedos que eſtan junto al pulgar.
F. poniendo el dedo pulgar ſobre el Index, que es el pequenno.
G. poniendo el dedo pulgar ſobre el mas largo.
H. poniendo el d. pulgar ſobre el quarto dedo.
I. la hijota levantar al dedo Index, que es el pequenno.
L. levantar el dedo mayor.
M. poner los 3 dedos a icabaxo.
N. poner en la miſma forma los dos dedos.
O. juntar el dedo pulgar con el index.
P. juntar en redondo el pulgar con el mayor.
Q. juntar en redondo el pulgar con los dos de en medio.
R. poner la punta del dedo largo en la palma.
S. juntando el pulgar a la primer cojuntura del dedo Index.
T. poniendo el dedo pulgar en medio del quarto dedo.
V. levantar los dos dedos en alto abierto.
X. ſerrar los 3 dedos ſobre el pulgar.
Y. açer con la mano la Y como quien la eſcrive.
Z. açer la con el dedillo Index como quien la eſcrive.
N. açerla como eſta dicho y con toda la mano una ſacudida.
LL. levantar dos vezes el dedo largo, que es & del coraçon.

F I N I S.

LEX

LEX LUDOVICI ET LOTHARII AUGG.

Quæ extat lib. 4. Capitular. cap. 19. cum antiqua verſione Germanica ex MS. Cathedralis Trevirenſis.

That ein jouuelihc man frier geuualt have,
De homine libero, ut poteſtatem habeat,

ſo vuar ſoſe er vuilit, ſachun ſinu cegevene.
ubicunque voluerit, res ſuas dare.

Soverſe ſachun ſinu thuruhe ſalichedi ſelu
Siquis res ſuas pro ſalute animæ

ſineru, athe ce anderrn craftlicheru ſtat,
ſuæ vel ad aliquem venerabilem locum,

athe gelegenemo ſiemo, athe ſe vuemo an-
vel propinquo ſuo, vel cuilibet al-

dremo verſellan vuilit; inde cethemo cide
teri tradere voluerit; & eo tempore

inneneuuendiun theru ſelueru grasceffi
intra ipſum comitatum

vuiſit, in theru ſachun thie geſat ſint;
fuerit, in quo res illæ poſitæ ſunt;

vuizzeta thia ſala cegedune geulize.
legitimam traditionem facere ſtudeat.

That (a) *avo themo ſelvemo cide, that*
Quod ſi eodem tempore, quo
(a) abo.

er thui ſellan vuilit, uzzeneuuendiun the-
illas tradere vult, extra eun-

ru grasceffi vuisſit, that iſt athe in
dem comitatum fuerit, id ſive in

here, athe in palice, athe in andern
exercitu, ſive in Palacio, ſive in alio

ſumuuelicheru ſtedi; ſamantneme himo athe
quolibet loco; adhibeat ſibi vel

vane ſinen gelandun, athe vane andern,
de ſuis pagenſibus, vel de aliis,

thie theru ſelvem vuizzidi (b) *leuen, theru*
qui eadem lege vivunt, qua
(b) levent

er ſelvo leuitt, urcundum retliche; Auur
ipſe vivit, teſtes idoneos; Vel

auor thie hauan nin mach, thane vane
ſi illos habere non potuerit, tunc de

andern, ſo vueliche thar bezzera vindan
aliis, quales ibi meliores inveniri

mugen vuerthan. Inde vora hin ſachunu
poſſunt. Et coram eis rerum

ſineru ſalunga gedue, inde burigun the-
ſuarum traditionem faciat, & fidejuſſores

ru

ru geuueri geue ; himo , ther thia ſala
veſtituræ donet ; ei, qui illam traditio-

inſahit , geuueri gedue. Inde ather thiu
nem accipit, veſtituram faciat. Et poſtquom hæc

ſala ſo getan ƀuirthit , geaneruun (c) *inſelues*
traditio ita facta fuerit, hæres illius

(c) Theſſelues

neieina ƀonathen ƀoragequetanen ſachun mugi
nullam de prædictis rebus valeat

geduan iruangida. Thara ƀiri inde ſelƀo thu-
facere repetitionem. Inſuper & ipſe per

ruch ſich burigun gedue theruſelƀeru geuueri,
ſe fidejuſſionem faciat ejusdem veſtitu-

nio themo geaneruen thegein ƀrſach beliue
ræ, ne hæredi illa occaſio remaneat

thia ſala (d) *cebekerine ; ſunder mera not* (e)
hanc traditionem immutandi ; ſed potius neces-

(d) Cebeuuan-delene. (e) anaualle.

analige thia thuruch cegefremine. Inde,
ſitas incumbat illam perficiendi. Et

auo nochthane ſachun ſinu bit geaneruun ſinen
ſi nondum res ſuas cum cohæredibus ſuis

geſunduruth (f) *nehauoda*, (g) *neſi himo that*
diviſas habeat, non ei hoc

(f) nehaboda. (g) neo.

ceungeu ƀor (h) *ſamithu ; ſunder geaneruo ſiner,*
ſit impedimento ; ſed cohæres ejus,

(h) Samidu, ſeumniſs.

aƀo er gerno neuuilit , athe thuruchthen grauun
ſi ſponte noluerit, aut per Comitem

athe thuruch bodun ſinin bethungen ƀuerthe, that
aut per Miſſum ejus diſtringatur, ut

thia ſundrunga bit (i) *themo due, ce themo ther*
diviſionem cum illo faciat, ad quem de-
(i) himo.

geendido (k) *eruetha ſina ƀuolda* (l) *ƀollocaman.*
functus hæreditatem ſuam voluit pervenire.
(k) eruida. (l) Volo quo man.

Inde auo ſumeuuelicheru ſamonungun thia ſellan
Et ſi cuilibet eccleſiæ eam tradere

bat, ganeruo ſiner then (m) *ƀuizzut bit theru*
rogavit, cohæres ejus eam legem cum illa
(m) ruizcut.

Kirichun (n) *ƀona themo ƀoragesprochenemo erue*
eccleſia de prædicta here-
(n) Vane.

hauo, that bit andremo geaneruen ſinemo
ditate habeat, quam cum alio cohærede ſuo

haƀan ſolda Inde thaz behaldan ƀuerthe umbe
habere debeat. Et hoc obſervetur erga

then ƀader, inde then ſun, inde then neuun, un-
patrem, & filium, & nepotem, us-

ce cen jarun ƀuizzethallikhen: (o) *ather thiu ſel-*
que ad annos legitimos: poſtea ipſæ
(o) ahter, achter.

*ue ſachun ce theru * muzzungu theru ſelƀeru*
res ad immunitatem ipſius
* f. nuzzunge, utilitatem.

Samanungun (p) *ergeƀen.*
eccleſiæ redeant.
(p) Vuitirigeven.

X. RE-

X.

REGISTRUM ANTIQVUM BONORUM ECCLESIÆ PRUMIENSIS

cum explicatione rerum & verborum, Autore Cæsario Heisterbacensi.

Epistola Cæsarii Heisterbacensis, Exabbatis Prumiensis, ad Fridericum Abbatem Prumiensem.

DOmino Venerabili & in Christo Reverendissimo F. [Friderico] Dei provisione Abbati Prumiensis Monasterii fr. Le (*). Cæsarius quondam ejusdem quamvis indignus dictus Abbas, nunc autem apud vallem S. Petri humilis Monachus [in Heisterbach] Ord. Cisterc. in administratione temporali promereri: *Euge Serve bone*, Paternitati Vestræ significo, quod, sicut meæ parvitati injungere dignabamini, librum antiquum jura & reditus vestri monasterii continentem, pro posse & nosse, in nullo à veritate exorbitans, transcripsi, & pro meo (**) mandato ingenioli, minus

(*) An aliud præter Cæsarii nomen habuit, veluti Lebuini, aut simile? an se Levitam appellavit?

(**) f. modulo.

nus (*) recta vocabula, quæ in eo reperi, ut communi magis paterent intellectui, in usitatorem quasi glossando Latinitatem transfudi: mirabili tamen & quodam inaudito, quo idem conscriptus est, Grammaticæ stylo, *ob antiquitatis reverentiam* permanente illæso. Veruntamen villarum vocabula, quæ ex longævitate quasi barbara videbantur, nominibus, quæ eis modernitas indidit, commutavi; ipsam (**) mei laboris arbitratus mercedem, qui est veritas in promisso & vita in præmio. Sane, ne ex incertitudine temporis, quo idem liber scriptus & denuo à me rescriptus est, aliquod ejus autoritati præjudicium generetur: noverint cuncti, ipsum *apud vallem S. Petri* à me ejusdem Incarnationis MCCXXII. anno conscriptum. Caritas vestra in Domino valeat, & ita prævaleat, ut una cum grege, vestræ vigilantiæ commisso, post transitum præsentis calamitatis locemini in pascuis æternæ viriditatis. Quod ipse vobis &c.

1. De Rumershem.
2. de Wettelendorph.
3. de Herlensdorph.
4. de Gudensdorph.
5. de Didensdorph.

6. de

(*) f. nota.
(**) f. Ipsum (Dominum)

6. de Walmersheim.
7. de Tadenburne.
8. de Sarensdorph.
9. de Pirensburne.
10. de Ettelendorph.
11. de Badenheim.
12. de Werſcleyte.
13. de Seſſerne.
14. de With.
15. de Helmbuhg.
16. de alio With.
17. de tertio With.
18. de Hoveſtede.
19. de Wleysheim.
20. de Nantenheim.
21. de Baldenshart & Dénesbure.
22. Item de With.
23. de Merren & Trimparden.
24. de Merinche.
25. de Sueyge.
26. de Uurne.
27. de Salmene.
28. de Cluttche [Cluterche] & Tritteheim.
29. de alio Trittenheim.
30. de Glane, Glene.
31. de Odenbach.
32. de Wimesheim.
33. de Remethe.

34. de

34. de Lullingen.
35. de Rivat.
36. de Montim.
37. de Muenru.
38. de Bovelicourt.
39. de Wans & Holonzi.
40. de Wihe in Episcopatu Metensi.
41. de Fagit.
42. de Puzol.
43. de Auvans.
44. de Vilantia.
45. de Montini
46. de Malbuntreyt.
47. de Tevenihc.
48. de Bastenachge.
49. de Wardane.
50. de Longomuler.
51. de Noville.
52. de Burc.
53. de Wanpahe.
54. de Hunlar.
55. de Yvernesheim.
56. de Umgarden.
57. de Ekmeskeit.
58. de Notinc.
59. de Honespolt.
60. de Effelesbure. [Effelesburc.]
61. de Buzzenswelt.
62. de Keslighe.

63. de

63. de Linde.
64. de Cruceberg.
65. de Wizſelle.
66. de Arnvilre.
67. de Elſaffe.
68. de Munichuſen.
69. de Mekenheim.
70. de Retersdorph.
71. de Bahcheim.
juxta Budensberg.
72. de Unckele.
73. de Villippe.
74. de Einclo.
75. de Vogelberg.
76. de Bachenheim Colonienſ.
77. de Juſtene.
78. de Grumersdorph.
79. de Bale.
80. de Betbure.
81. de Hertene.
82. de Bundene.
83. de Reinbutre.
84. de Linneche.
85. de Langenacker.
86. de Juggende.
87. de Ludesheim.
88. de Kerpenne.
89. de Witesheim.
90. de Encener.

91. de

91. de Sconoviſe.
92. de Maleberhe.
93. de Rondeme.
94. de Rore.
95. de Iuterche.
96. de Bulgensheim.
97. de Rembach.
98. de Dusburhc.
99. de Arneheim.
100. de Aldenſelen.
101. de Tremele.
102. de Wamele.
103. de Teſtrebant.
104. de Vuorſt.
105. de Gembrigke.
106. de Backele.
107. de Naſteden.
108. de Swalbahc.
109. de Neſene.
110. de Wlatke.
111. de Veneſtre.
112. de Noegen.
113. de Dinheim.
114. de Nectoye.
115. de Gencheim.
116. de Wilre.
117. de Alvesheim.
118. de Ockenheim.
119. de Binge.

GLOS-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 10;Leibn. Marg. 10, [672] - 414
PUBLIC DOMAIN

GLOSSÆ CÆSARII.

§. 1. Notandum est, quod in libro isto sæpissimè mentio fit de quatuor generibus *mansorum*, id est, de mansis *servilibus*, de mansis *ledilibus*, de mansis *ingenualibus*, de mansis *absis*. *Mansi serviles* sunt, qui continuo tenentur nobis servire: id est, omni hebdomadâ per totum annum tribus diebus. Præterea faciunt alia jura multa, sicut expressum est in libro.

§. 2. *Mansi lediles* sunt, qui nobis multa jura solvunt, sed tamen ita continuè non serviunt, sicut mansi serviles.

§. 3. *Mansi ingenuales* sunt, qui jacent in Ardenna, id est *Osdine:* * in qua terra jacet *Alve* & *Hunlar* & *Vilantia*. Quilibet istorum mansorum habet CLX. jurnales terræ, quos appellamus vulgariter *Köninhkgeshuive*.

§. 4. *Mansi absi* sunt, qui non habent cultores, sed dominus eos habet in sua potestate, qui vulgariter appellantur *Wroinde*. (**) Præterea etiam invenitur in libro de Mansis *indominicatis*, qui sunt agri curiæ, quos vulgariter appellamus *Selgunt*, sive *Atten*, vel *Cunden*.

§. 5.

(*) f. *Osdinc.*

(**) Forte quod Germanis pfründe, à præbenda; quæ fortasse in manso absо ab Ecclesia domina constituebatur. Add. c. 4. & post c. 25. tit. qualis præbenda not. marginal.

GLOS.

§. 5. *Dauretwe* (*) ſunt cortices, qui excoriantur de arboribus, quas vulgariter appellamus *Lovete*; & de corticibus iſtis dabit manſus quinque faſciculos: quilibet faſciculus habebit quindecim cortices laudabiles. De his faſciculis procurabitur lumen in domo dominica, quam appellamus communiter *Wronhoff.* (**) Præterea, quando manſionarii triturant ſegetem dominicam in Decembri, quia tunc temporis dies breves ſunt, inde etiam eis providebitur lumen.

§. 6. Quilibet manſus tenetur Prumiam adducere (***) *glauem*, id eſt, lignarium, ſive acervum lignorum: qui acervus habebit XII. pedes in longitudine, & VII. in latitudine; & pro lignario iſto adducet quilibet manſus carradas XII. quæ lingna vulgariter appellan-

(*) infra Durascuras appellat in Rumersheim, ſed melius Duratwas in Walmersheim.

(**) Hinc patet, *Frohn* propriè ſignificare Dominum, rem dominicam; hinc *Frohn-Dienſte* ſervitia, quæ Domino præſtantur, *Frohn-bothen*, *Fröhnen*. Hinc *Frohnleichnams-tag*, ad verbum, Dominici corporis dies ſeu feſtum. Errantque adeò, qui putant, *Frohn* proprie ſignificare Sanctum.

(***) id eſt, quod Germani vocant *clafter*, item *lachter*: & ſic nobis hodieque appellatur menſura lignorum. Add. alio ſenſu *glaßes*, id eſt, clayes cap. 105. & ſeqq. forte dicendum potius *glaßas*, ut c. 118.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 10;Leibn. Marg. 10, [674] - 416
PUBLIC DOMAIN

lantur Kunikeges-Holtz, sive Wideglage. Hæc ligna recipiet Camerarius conventûs, & de illis procurabit ignem copiosum Fratribus in calefactorio per totam hyemem a festo Omnium Sanctorum usque Pascha; & ignis ille matutinis incipientibus accendetur, & durabit usque ad completorium.

§. 7. In qualibet curia potest D. Abbas Cambam suam, sicut & molendinum habere. *Cambam* vulgariter appellamus *Bachus* & *Brubus*. (*) In illa *Camba* tenentur homines ibidem manentes panem fermentatum coquere & cervisiam braxare. Præterea si Domnus Abbas illuc est venturus, &, si *mansionariis* (**) à *Majore*, id est, *villico* sive à nuntio Abbatis præcipitur, tenentur frumentum de curia dominica ad molendinum deducere & molere, & ad Cambam dominicam reportare, & panem facere, & coquere: opera dominica unde acceptura est panem & cervisiam. Illum panem & cervisiam ipsa familia in suo ordine tenetur coquere & braxare. Ipsa enim camba ecclesiæ reddet non minima emolumenta, sicut faciunt etiam & molendina.

(*) *Backhaus*, domus ubi panis coquitur; *Brauhaus*, domus ubi cerevisia paratur seu braxatur.

(**) *Mansionarii* sunt subditi Abbatis, & ut puto, servi vel liti; & infra (proxima abhinc nota **) opponuntur *Scarariis*, hominibus ingenuis seu militaribus.

§. 8. *Guastas facere*, (*) & postquam segetes repositæ fuerint in horreum dominicum, tenentur mansionarii, sicut antiquus liber narrat, illas triturare. Medio autem tempore, antequam fuerit triturata, tenetur familia in suo ordine eam *custodire*, & de nocte custodes, ne comburantur à malis hominibus, deputare: & si de negligentia eorum neglecta fuerit, tenentur eam Ecclesiæ restituere. Præterea si Domnus Abbas advenerit, & ita eis præceptum fuerit, tenentur vigilias circa ipsum & suos, ne aliquid sinistri eveniat, propter timores nocturnos observare.

§. 9. Quælibet curia tenetur solvere ** *hostilicium* Domno Abbati. Hostilicium vulgariter appellatur *Natselde*. Dominus Abbas quando vult visitare curias suæ Ecclesiæ, tenentur ei præfatæ curiæ currus ad ferenda necessaria de curia ad curiam procurare: vel fortè, sicut mos erat antiquitus, quando jura ista statuta fuerunt, & domini volebant procedere per

(*) *Wache*, Germanis vigiliæ, custodiæ; *Wächter* vigiles.

(**) Quod olim præstabatur pro vectura in *hostem*, id est, in exercitum. Quid *Natselde*, aliis divinandum relinquo. Eadem deinde vectura etiam ad alios usus à Domino exigebatur, præsertim cum rarius in exercitum vehendus esset. Add. de Natselde c. 25. & c. 77.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 10;Leibn. Marg. 10, [676] - 418
PUBLIC DOMAIN

per terras ſuas, jungi fecerunt currus ſuos, & ſedebant in iis, vel familia eorum. Boves, qui ad hoſtilicium dantur in curiis mactari debent & comedi. Sed ſi Domnus Abbas exegerit redemtionem, ſolvet quilibet manſus denarios quinque. Triginta enim manſus de Rumersheim ſolvent, ſicut dictum eſt, quatuor boves: & ita ſeptem manſi & dimidius ſolvunt unum bovem; & ſi dabunt redemtionem, ſolvent *denarios triginta ſeptem & obulum: unde in diebus illis, quando hæc inſtituta fuerunt, poterat emi bos ſive vitulus fortis ſaginatus*, ad comedendum optimus ſatis.

Huc usque Cæſarius Heiſterbacenſis, Ex-abbas Prumienſis. Sequitur textus veteris MS. cum Gloſſa Cæſarii.

I. Rumersheim.

Sunt in *Rumersheim* manſa integra ſervilia triginta tria, *indominicata* manſa ſeptem. Widradus habet manſum integrum. Solvit in cenſu pro *ſuali*, (idem eſt, quod porcus: & dicitur ſualis à ſue,) porcum valentem denariis viginti. De *lino* libram unam, pullos tres, ova XVIII. Unoquoque anno ducit de vino in menſe Majo carram dimidiam, & in Octobri dimidiam; ducit de fimo ſuo carras quinque *Durascuras* (*) V. ligna, glavem(**)

(*) *Dauretbbe* in gloſſa ſupra.
(**) *Glabem* etiam paulo ante explicuimus.

unam in latitudine pedes ſex, in longitudine pedes XII. ad carradas XII. Panem & cerviſiam facit, ducit ad Monaſterium *axiles*, & facit unusquisque in ſilva ad porcos ebdomadam unam ſecundum ordinem ſuum. Jugera tria facit; per totum annum unaquaque hebdomada dies tres. Adducit de *Hunlar* ad monaſterium de annona modios quinque: *Wactas* facit, quando XV. noctes facit, & fœnum colligit, & *curvadas* (*) facit. Sciendum eſt, quod omnes homines, villas & terminos noſtros inhabitantes, tenentur nobis curvadas facere; non ſolum manſionarii verum & *ſcararii*, id eſt, *Miniſteriales*, (**) & *Haiſtaldi*, (***) id eſt, qui non tenent a curia hæ-

(*) *Courbée*, Gallis quod Germanis, *dienſte, frohn-dienſte.*

(**) Scararii, id eſt, qui poſtea dicti militares. Ex his miniſteriales (add. c. 3.) tunc ab Abbate vel alio Domino feudi in ſcaram ſeu exercitum mittebantur.

(***) *Haiſtaldi*, qui Germanis *haushälter*, hausgeſeſſene, eingeſeſſene, incolæ, qui hæreditatem ſuam non a curia, id eſt in beneficium vel feudum, ſed in allodium habebant; ingenui interim homines, *freie bauern*; neque, ut Ducangius putat, glebæ aſcripti, quod ille ipſe, quem allegat, locus Bertinianorum annalium docet A. D. 869, ubi cuſtodiendo caſtello ad Ciſtas deſtinantur, quod glebæ aſcriptis, ab armorum uſu tunc excluſis, non conveniebat. Add. ad c. 25. §. 1.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 10;Leibn. Marg. 10, [678] - 420
PUBLIC DOMAIN

hæreditatem; quia communionem habent in paſcuis & aquis noſtris. *Curvadas* facere eſt, ita nobis ſicut ſibi ipſis arare, quas *curvadas* vulgariter appellant *Ackerplughe*. Qui erit im non habent animalia, ſive animal ad hoc utile, veniet, quando ei præcipitur à noſtro miniſtro cum ſuo *foſſorio*, & cooperabitur aliis hominibus hoc, quod ei injunctum fuerit. Panem, & cerviſiam, & carnem eis dant opportuno tempore, alio nihil. Claudit in circuitu meſſem perticas ſex; in Broil tres; unam aream in horto dominico mundat. Fœmina ſua debet ſuere femoralia. In *hoſtilicium* carrum unum & boves quatuor, à medio Majo usque ad medium Auguſti. Reinbaldus habet de terra jurnales tres, & curtilem unam. Unde debet exire unaquaque hebdomada dies duos, & * ad XV. noctes ebdomada una; & pullum unum. Fœminæ *præbendariarum* unaquaque ebdomada dies duos; Unum cum pane, & alium ſine pane. Sin autem, dimidiam libram lini & dimidium *camſilem*. (*) Nantherus habet curtilem & pratum. Fœmina de Eccleſia habet curtilem unum, & ſolvit denarios quatuor.

(*) add. gloſſ. ſeq. Cæſarii, §. 4.

Sequitur Gloſſa Cæſarii, ubi explicat ex dicto textu aliqua.

§. *Francigena* (*) enim fuit, qui ſcripſit librum antiquum, & multa barbara nomina in eo poſuit ſecundum Gallicum, quæ propter antiquam dignitatem etiam in hoc libro deſcripſimus, nec ea mutanda judicavimus.

§. 2. *Axiles.* (**) Quilibet manſus tenetur *L. axiles* vel C. ſcindalas ad tecta Eccleſiæ reſtauranda annuatim perſolvere. Axiles vulgariter appellamus *Effellinge*, & *ſcindulas ſcundelen.* Quoniam *manſionarii* debent jugera Dominica arare, ſeminare, colligere & in horreum deducere ſuo tempore, & ſepem facere, & triturare; fere omni-

(*) Ut jam alibi notavi, Germani & Belgæ poſteriorum temporum, id eſt, poſt Carolingos, Gallos, quos hodie appellamus *Franzoſen*, non tam Francos appellabant, (tales enim ſe quoque cenſebant) ſed Francigenas, id eſt, poſteros Francorum, id cum creberrimum ſit, miror, à Ducangio non annotatum.

(**) *Axiles*, Gallis *Ais*, aſſerculi, ab aſſeribus, *aſcellæ*, nempe ſcandulis (*ſchindelen*) paulo firmiores. Hinc 50. axiles 100. ſcandulis opponuntur.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 10;Leibn. Marg. 10, [680] - 422
PUBLIC DOMAIN

omnibus patet, & ideò ea quæ ſciri poſſunt, vel ſciuntur, ſcribere omiſimus.

§. 3. *Claudit in circuitu meſſem perticas ſex.* Sex perticas claudere circa meſſem, & tres circa *broil*, eſt, quemlibet manſum IX. virgas, id eſt, novem menſuras circa *Ahtas* (*) noſtras ac prata ſepem facere. Quælibet menſura de IX. ſupradictis habet XV pedes in longitudine.

§. 4. *Suere femoralia.* Regula indulget Monachis in via directis uti femoralibus: & ideò conſtitutum eſt ab antiquo, ſicut narrat liber vetus, quod manſi noſtri tenentur annuatim camſiles facere. *Camſil* (**) enim eſt lineus pannus de puro lino compoſitus, habens in longitudine octo ulnas, & in latitudine duas; quæ femoralia tenentur fœminæ hominum noſtrorum ſuere; & Camerario conventûs ita conſuta, villici ſive miniſtri de officio ſuo debent præſentare: quæ Camerarius regulariter & ſecundum præceptum Abbatis ſui debet diſtribuere & conſervare.

§. 5. Et in Rumersheim manſus XXX ſolvunt ſuales XXX. aut uncias totidem.

(*) quid *Ahtæ*, vel Achtæ?

(**) hinc hodie *Camiſola* dici videtur.

De lino libras XXX, pullos XC, ova DXL, Angarias XXX; de fimo carradas CL. Durafcuuas fimiliter CL, Lignarias XXX, Axiles MD, fcindalas tria millia, Jugera XC. Ducit de *Humlar* modios filiginis CL. In hoftilitium dant boves quatuor & currum unum.

II. De Wetelendorpht.

MSctus. In *Wetelendorpht* funt manfa fervilia quinque & dimidium, quæ fimiliter ferviunt ficut in *Rumersheim*. *Franco* tenet manfum dimidium in ipfa villa, qui fimiliter debet fervire. Nepos Hericonis majoris tenet *jornales*. *Herico* major tenet manfa fervilia duo; & Guntherus fimiliter duo *fervilia*, qui etiam fimiliter fervire debuiffent, ficut fuperiores, & modo *fcaram* faciunt. * *Ello* habet manfum unum, qui fimiliter fcaram facit, ficut cæteri *fcararii*. Sunt ibi *farinarii* (**) tres. Unus molendinus tenet de terra jornalis pro fua veftimenta. Qui dimidia manfa tenent, tres dies faciunt, ficut illi qui integra tenent.

III. De

(*) ita videmus rurfus Scararios feu militares fervientibus opponi.
(**) id eft molitores.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 10;Leibn. Marg. 10, [682] - 424
PUBLIC DOMAIN

III. De Herlendorpht.

Sunt in Herlendorpht manſa ſervilia duo, quæ ſimiliter ſervire debent ſicut de Rumersheim. Sunt ibi de terra jornales in dominicato, quam tenet *Routhardus*, & eam Hosbertus habuit, quæ non eſt de ejus beneficio; & de prato ad carr. & curtilem unum.

De feudis Miniſterialium. Stephanus tenet manſa ſervilia ſex & dimidium: quæ ſimiliter, ut ſuperiores, cenſum & ſervitium ſolvere debent. Sunt ibi *Scararii* duo, qui ſimiliter ſerviunt, niſi quod ſuales, nec pullos, nec ova ſolvunt; lignarium non faciunt, nec wactas, neque dies; panem & cerviſiam non faciunt. De prato *Merbach* ducit de fœno carras quinque, ibique ſecant una die, altera die colligunt. Mulieres eorum femoralia debent ſuere.

Cæſarius ad Wetelendorph hæc notat:

Wetelendorph cum ſuis appendiciis ab antiquis Eccleſiæ fundatoribus *domo* hoſpitali eſt aſſignata, ut pauperes Chriſti conſolentur ac refocillentur in ea; quæ domus cuſtodienda committi debet tali ſeni, cujus con-

ſcientiam poſſideat timor & amor Dei. In præfata etenim domo hoſpitali aſſiduò commorabuntur XII *pauperes*, fratres & *præbendarii* noſtri, qui de redditibus ſibi aſſignatis omnibus diebus vitæ ſuæ ſuſtentabuntur inibi. Præfati enim pauperes continuè permanebunt in obſequio Eccleſiæ: campanas debent pulſare, clauſtrum quolibet ſabbato ſcopare, & ad omnia, ubi neceſſe fuerit, nobis & eccleſiæ obſequium præſtare. Si enim aliquis fratrum noſtrorum infirmatur, eum debent obſervare, & in omnibus ſuis neceſſitatibus, quantum in ipſis eſt, ſubvenire; & ſi moritur, funus debent lavare, & usque poſt ſepulturam eum non debent derelinquere. De prædicta enim curia ſæpe dicti pauperes cottidianum habebunt panem ſiligineum, &, quod convenit tempori, aliquod pulmentum. Quando etiam Conventus induitur cappis in præcipuis ſolemnitatibus, tunc panis albus & vinum, & aliquid de carne præfatis XII. dabitur pauperibus. Similiter & veſtimentum dabitur eis de *ſarcilibus*. *Sarcil* enim eſt pannus groſſus, XII. ulnas habens in longitudine, & duas in latitudine: quem pannum perſolvere debent curiæ noſtræ, quæ ab antiquo ad hoc ſunt determinatæ. Præterea de redditibus reſiduis, qui ſatis competenter pingues ſunt, ejusdem curiæ de-

debet *monachus hoſpitalarius* procurare diligenter, quod ſupervenientes & peregrini caritatem & humanitatem in eadem domo ſemper debeant reperire. Et, ſi contigerit, eos infirmari, debet eis cuſtodia à ſæpe nominatis XII. pauperibus exhiberi: & ſi moriuntur, apud *S. Benedictum* ab eisdem ſepelientur. Hoſpitalarius etiam, quæ ad tales exequias ſunt neceſſaria, procurare debet cum ſumma diligentia, quod ſemper ea habeat parata. Et quid plura? debet cogitare Abbas hoc, quod dicit Apoſtolus Paulus: *Charitas fraternitatis maneat in vobis*; &, Hoſpitalitatem nolite obliviſci: *per hanc enim placuerunt quidam Deo, Angelis receptis.* Hinc namque ſcriptum eſt: *Beatius eſt dare, quam accipere.* Nam & ipſe Dominus dicturus eſt in judicio: *Hoſpes eram, & recepiſtis me; infirmus & in carcere, & viſitaſtis me.* Et, *quod uni ex minimis meis feciſtis; mihi feciſtis. Venite benedicti Patris mei &c.* Præbendæ enim ſupra nominatæ XII. pauperum, ſanis corpore vel divitibus non debent conferri, qui habent, unde poſſint ſuſtentari, vel qui cottidiano labore neceſſaria ſibi poſſunt conquirere; ſed dabuntur ægrotis, cœcis, ſurdis & debilibus, ſicut conſtitutum eſt à Sanctis Patribus; Qui autem aliter præſumſerit age-

agere, ſciat, ſe Dominum graviter offendere.

IV. De Gundensdorpht.

In Gundensdorpht tenet *Odacrus* manſa tria, quæ ſimiliter ſervire debuiſſent, ſicut ſuperiores. Meinzo tenet medietatem beneficii Radulfi: alia medietas *Abſa* (*Uuroinde*) eſt, quæ ſimiliter, ut ſuperius omnia, ſervire debent. Vidua Radulfi tenet jugera. Vinum vendunt & ſalem ſecundum ordinem ſuum. Eſt ibi molendinum unum in *Miniſa*, alia in Prumia.

V. De Didendorpht.

Sunt in Didendorpht manſa ſervilia quinque, quæ ſimiliter ſervire debuiſſent, ut ſuperiores; & modo Scaram faciunt.

§. 1. Cæſarius: *Scararios* modo Miniſteriales appellamus.

§. 2. *Scaram facere* eſt, D. Abbati, quando ipſe juſſerit, ſervire; & nuncium ejus ſeu literas ad locum ſibi determinatum deferre.

VI. De

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 10;Leibn. Marg. 10, [686] - 428
PUBLIC DOMAIN

VI. De Walmersheim.

Sunt in Walmersheim manſa ſervilia duodecim. Ex his habet Caduinus I. ſolvit ſualem unum, valentem unciam unam; de lino libram unam, ſi ex fiſco nata eſt; ſin autem, camſilem faciat. Facit jugera tria, corvadas ſex, glavem unum. Ad monaſterium ducit de ſpelta modios XVI. Angariam integram. Claudit perticas IV. *Duratuuas* V. In hoſtilitio boves duos, ſecundum ordinem ſuum. Unaquaque hebdomada * *Anciles* C. Eſt ibi camba una; ſolvit de annona modios; ſi boves non dat, denarios V. ſolvit. Duas XV. noctes. In unaquaque hebdomada dies tres. Ducit Anciles C. Eſt ibi camba una, ſolvit de annona modios, panem & cerviſiam, & wactas facit. Ad fœnum, ad meſſem, mancipia duo. *De feodis Miniſterialibus.* Sunt ibi *Scararii* XV. Ex his habet Raginulius manſum unum. Ducit de vino in Angariam carradam unam. De lino dat libram unam; facit XV. noctes. Ducit axiles centum; de fœno carradas decem & ſecat. Ducit ad Monaſterium de annona modios XV, facit carradas tres; jugera tria ad fœnum, mancipia duo; dies duos in ebdomada

(*) an *axiles?* vid. cap. 1. add. c. 7.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 10;Leibn. Marg. 10, [687] - 429
PUBLIC DOMAIN

mada. In adventu Regis *friskingam* unam; & de farina modium unum. Rotaudus tenet manſum unum in *Walmersheim* ſervilem, & unum in *Budensheim*; qui ſimiliter debuiſſet pleniter ſervire, ſicut *Tedvinus*. *Ingilboldus* habet dimidium, qui modo Scaram facit; *Tancratus* ſimiliter, *Gislardus* ſimiliter. *Ginnardus* habet manſum & dimidium ſervilia. Omnes enim de *Rumersheim* & *Wettelendorpht* & *Herlendorph* & *Walmersheim* & *Sarensdorph* & *Caldenburnen* & *Lizendorph* & *Olmuzze* & *Ormunte* & *Alve* & *Merbach* fœnum ſecant, colligunt & ducunt; excepto de Scarensdorph & Lizerdorff ſecant & colligunt, ſed non ducunt. Vinum & ſal, ſi eis præcipitur, omnes vendunt. Duos boves & dimidium debet in hoſtilitio.

Sciendum eſt, quod quicunque Comes *Placitum* tenet cum hominibus Eccleſiæ ac iſtius viciniæ; quicquid ibi vadimoniorum ſive ſatisfactionum conſtituitur, D. Abbas partem dimidiam, Comes habet alteram. Quod ſi ibi ſententia terminari non poterit, & in curiam noſtram *Rumersheim* translata fuerit; duæ partes ſatisfactionum erunt Domini Abbatis; tertiam vero more ſolito Comes habebit.

§. 1.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 10;Leibn. Marg. 10, [688] - 430
PUBLIC DOMAIN

§. 1. Antiquitùs tanta copia vini ac ſalis proveniebat Eccleſiæ de curtibus noſtris, quod oportebat quaſi de neceſsitate ſuperflua venundare; & hoc eſt, quod dicit authenticum vetus: *Vinum & ſal vendunt.* Sic etiam obſervatur adhuc hodiè, quod homines noſtri in curiis noſtris vinum noſtrum, ſi volumus, cum banno debeant vendere.

VII. De Caldenburne.

Sunt in Caldenburne manſa ſervilia XV. Ex his habet *Elemboldus* & *Eliſæus* unum. Solvit ſualem unum; pullos quatuor, ova 24. Facit dies tres in unaquaque ebdomada, duas XV. noctes, jugera duo, angera integrum. Ducit *axiles* centum; ducit de *Cuchkeme* de ſiclo * modios quinque; ducit etiam de *Calburne* de annona modios decem, Dauraſtuuas quatuor. Cereviſiam facit, panem & Wachtas. In horto facit agrum integrum. Eſt ibi ſcararius unus *Redofus*, qui tenet manſum unum & dimidium, quem comparavimus à Rambaldo; ſolvit de lino libram unam, angariam integram, carradas tres, jugera duo, duas XV. noctes. Ducit axiles C. Eſt ibi ad Ma-

(*) *de Seigle*, ut Galli vocant, id eſt, ſecali.

Malenburne molendinum unum; est ibi camba una, quæ solvit modios C. & sal vendunt & cætera.

CÆSARII NOTÆ.

§. 1. Item notandum est, quod in curiis nostris, ex hac parte *Kilæ* constitutis, etiam ubi decimæ sunt feodatæ, ministri nostri, id est, *Bomest* & *Budel*, decimas de feodis, quæ attinent istis officiis, sibi retinebunt; & quibus *decimæ* sunt *infeodatæ*, ab iis decimas exigere non debent, nec attentabunt.

VIII. De Sarensdorpht.

Sunt in Sarensdorpht mansa servilia XI. & dimidium. Est ibi mansum indominicatum unum. *Munifridus* habet mansum unum; Solvit sualem valentem solidos duos, de lino libram unam; Angariam integram, pullos 5, ova 20. In alio anno porcum unum valentem denarios quatuor pro ligna, quæ appellantur *Wideglage*. Ducit de annona modios quinque; de Spelta modios decem: de curte dominica ducit ad Monasterium de annona modios quinque; mundat in horto agrum unum & plantat; facit carvadas tres; unoquoque anno camsilem & sarcilem dimidiam.

Fa-

Facit XV. noctes, claudit perticas tres, panem & cervisiam & Wactas facit, Dauraſtuuas quinque. In adventu Regis pullum unum, ova quinque. Ad monaſterium ducit axiles centum, ad fœnum vel in meſſem mancipia duo, in ebdomada unaquaque dies tres, jugera tria: in hoſtilicio boves duos & carrum dimidium. Ex his manſis ſunt ſex, & ſunt quinque, quæ non ſolvunt ſualem nec porcum. In alio anno aliud ſervitium faciunt, ſicut ſuperiores. Sunt ibi ſcararii ſeptem. Willefridus habet manſum unum ſcararium; facit jugera duo, angarium 1. de lino libram I, XV. noctes; ducit axiles centum, in alio anno ducit ſcindalas 50. Ducit de annona ad Monaſterium modios XV. facit unaquaque *die* (forte ebdomada) ad annonam colligendam diem unum. Ducit de fœno carradas decem, & ſecari facit corvadas duas, perticas quatuor. In adventu Regis friskingam unam, & de farina modium unum. Eſt ibi molendinum 1. vinum & ſal vendunt. *Tedricus* habet manſum ſervilem, qui modo ſcaram facit. Erkengerus duos & dimidium, Luidolfus duos, Rodulfus dimidium, Welolfus unum, Geroldus dimidium. Hugibaldus nihil facit, qui ſcaram facere debuiſſet, ſicut Willifridus. Similiter Agilfridus & Erkengerus; nec non & Ludolfus duos boves debent, & carrum in hoſtilicio.

IX. De Birensbure.

Sunt inBirensbure manſa V. facit unusquisque jugera duo, dies tres. Facit XV. noctes; ducit axiles L. pullos 3. ova XV. carvadas 3. paginas duas, dauraſtuuas V.

NOTA: Hæredes Dominorum Heinrici & Wilhelmi tenent apud *Burensbure* & *Mortenbach* linum, quod nobis ibi ſolvunt homines noſtri.

X. De Ettelendorpht.

Sunt in *Ettelendorpht* Eccleſiæ duæ, unde debent parari caballi duo: Una Eccleſiæ ſita eſt juxta *Malbergh*, in monte, qui appellatur *Kileburhc*, & eſt bona matrix Eccleſia. Alia ſita eſt in villa, quæ appellatur *Willesacger*. Sunt ibi manſa quinque & dimidium. Ex his habet *Reingerus* unum: ſolvit faculas L. ſcindalas, carradam unam; pullos quatuor, ova XX. Inter quinque bovem hoſtilicium unum; in alio anno porcellum unum, valentem denarios quatuor. In angaria ducit de vino carradam unam; & pro lignario carradam dimidiam; ducit de ſpelta ad monaſterium modios XV. Idem ſepem facit, claudit *glaves* III. de lino dat libram unam, corvadas 2. & tertiam ad fimum; jugera 3. Ducit ad Monaſterium axiles C. In ebdomada operatur, quicquid præcipitur ei: facit in ſilvam ebdomadam I. ad porcos ſecundum ordinem ſuum.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 10;Leibn. Marg. 10, [692] - 434
PUBLIC DOMAIN

ſuum. De glandibus modios V. Panem, & cerviſiam, & wactas faciunt. In adventu Regis pullum I, ova V. Illæ fœminæ, quæ camſiles faciunt, colligunt linum, & trahunt de aqua, & parant. Ad fœnum & meſſem operarios duos, ad vindemiam I. *Cuſturiam* (*) faciunt ad cameram, porros plantant; Parafredum dant. Eſt ibi molendinum unum. Vinum & ſal vendunt; ſecundum ordinem ſuum moros colligunt. Ad *Merreche* in *Venna* (**) & manſuarii & Haiſtaldi operantur. Rabertus habet ad Munzevelt manſa VI, quæ ſimiliter ſerviunt, & ſolvunt, ſicut in Ettelendorpht.

Cæſarius.

§. 1. Videtur nobis, quod *Comes Viennæ* (***) jus Patronatus illius Eccleſiæ teneat in feodo, quæ Eccleſia ſita eſt in monte juxta *Malbergh*, qui appellatur *Kilhburgh*.

§. 2. *Faculæ*. Faculæ ſunt ligna arida, quæ vulgariter appellantur *Aſpen*.

§. 3. Sciendum eſt, quod quicunque de Miniſterialibus infeodatis Eccleſiæ uxorem alienam duxerit, & de ea filios genuerit; quod Dominus Abbas de jure non teneatur illis feodum patris conferre. Quicunque enim miniſteria-

(*) *coûture*, eſt actus nendi.

(**) *Vennæ* ſunt loca paluſtria, paſcuis apta.

(***) Hodie Comes de *Vianen*.

ſterialis hoc præſumſerit facere, ſciat, ſe erga Eccleſiam non fideliter agere; & D. Abbas, ſi voluerit, ſuper hoc eum poterit convenire, & pro tali delicto graviter punire. Sed ſi hoc procuratum fuerit, quod Dominus tam uxoris quàm filiorum eos liberè dederit Eccleſiæ; D. Abbas cum eis piè & miſericorditer diſpenſare poterit. Præterea ſciendum eſt, ſi aliquis Miniſterialis Eccleſiæ obierit, & non filium, ſed filiam de familia Eccleſiæ ſuperſtitem reliquerit; quod D. Abbas de bona & pia conſvetudine poteſt eam de feodo patris ſui infeodare; & in omnibus propter Deum cum ea miſericorditer (*) debet agere, atque ei communiter ſubvenire.

§. 4. Cautus eſſe debet, quicunque placitum tenet in curiis cum Scabinis & familia, ne ſtatim eis hoc, quod in libro iſto invenitur, proponatur: ſed diligenter quærantur ab iis jura Eccleſiæ; quia nihil ex omni parte beatum. Aliqua forte neglecta ſunt ſcripta in libro hoc: ſicut in *Birensbure* nulla fit mentio de *angariis* & *tunnis*; & tamen ipſi utrumque operantur.

§. 5. Quærantur ab eis jura Eccleſiæ diligenter, & ſuper hoc audiantur: & ſi tacent de aliquibus, quæ expreſſa ſunt in libro iſto, hoc eis

(*) hoc eſt, quod vulgo dicunt: *Krumſtab ſchlieſſet die töchter nicht aus.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 10;Leibn. Marg. 10, [694] - 436
PUBLIC DOMAIN

eis prudenter proponatur; & ita magis sibi timebunt. Nihil enim in ipso textu scribere volumus, nisi quod in veteri libro scriptum legimus. Idcirco de angariis & tunnis mentionem in textu non facimus. Præterea nulla mentio fit in textu de curte Dominica, nec de Salica terra, neque de prato, vel de molendino; & ita, ut dictum est supra, ista semper prudenter sunt attendenda.

§. 6. Quando D. Abbas pro necessitate Ecclesiæ accedit ad curiam D. Regis sive Imperatoris, vel si cum eo vadit Romam, vel in Lombardiam; vel si oportuerit eum de necessitate contra malefactores Ecclesiæ se defendere, tenentur ei ad hoc semper tres mansi equum unum accommodare, vel sicut possunt, eum debent redimere: qui equus vulgariter appellatur (*) *Herpert*. Et cum Dom. Abbas reversus fuerit in pace, debet eum Dominis suis restituere. Mansionarii etiam, si volunt, possunt mancipium cum equo destinare, qui eundem habeat procurare. Prædicti enim equi adhuc quolibet anno in suo ordine solvuntur *Viteke*, & pro quolibet equo dantur duo *solidi Colonienses*.

XI. De Badenheim.

Sunt in Badenheim mansa V. & dimidium, quæ similiter serviunt, sicut superiores; excepto,

(*) *Heer-pferd*, equus ad exercitum.

pto, quod ſualem ſolvunt, valentem duos ſolidos. Similiter facit ille manſus, qui eſt in *Gangeindorpht*, omne ſervitium, ſicut ſuperiores.

XII. De Uversleite.

Sunt in *Uversleite* manſa octo, quæ ſimiliter ſerviunt & ſolvunt, ſicut illa in Badenheim. Eſt ibi terra indominicata, jugera 100, prata ad carradas XXX. ſilva ad porcos ſaginandos ducentos.

XIII. De Sefferne.

Sunt in *Sefferne* manſus ſex & dimidium, qui omne ſervitium faciunt, ſicut illi de *Badenheim*. Eſt ibi molendinum unum. Regimbertus habet in Badenheim manſa 4. & dimidium, quæ ſimiliter ſerviunt, ſicut ſuperiores.

§. 1. Cæſarius Curia de *Sefferne* & *Birensbure* & *Morlebahc* & *Niederprume* quolibet anno ad opus Eccleſiæ tenentur novas tunicas facere.

XIV. De Wihc, juxta Sefferne.

Sunt in Wihc manſa tria, quæ omne ſervitium ſimiliter faciunt.

§. 1. Cæſarius: Sciendum eſt, quod Abbas quolibet anno, ſi vult, ad ædificationem Eccleſiæ calcis furnum poteſt facere: & ad hoc omnes curiæ circa Kilu tenentur eum juvare. Curia enim de *Denesbure* & *Hermansbanide* addu-

adducent palos, id est, quod vulgariter dictum *Stehohen*, & perticas *gerten* ad tunicam furni sepiendam. Omnes aliæ curiæ de *Oslihc* adducent truncos laudabiles & magnos. Quilibet mansus adducet 4. truncos, quorum quilibet habebit pedes..... in longitudine, & duos & dimidium in grossitudine & in latitudine. Curiæ autem aliæ, scilicet *Rumersheim*, *Sarensdorpht* & *Walmersheim*, adducent lapides calcis, quilibet mansus carratas XVI. Scire debetis, idcirco barbara nomina seu vocabula quandoque nos posuisse in glossis, ut facilius possint intelligi, cum in textu reperiantur ipsius libri.

XV. De Hellenbuhc.

Est in *Hellenbuhc* mansus unus, quem tenet Erkenbertus, qui ante servile servitium faciebat, & modo scaram facit. In adventu Regis friskingam unam ; & de farina modium unum. Similiter omnes presbyteri & scararii facient.

§. 1. Cæsarius : Notandum est, quod liber præsens non solùm in loco isto, sed & in aliis sæpius locis dicat de scarariis sive ministerialibus, nec non & ecclesiarum nostrarum pastoribus ; qui magnam libertatem habere se dicunt, & satis parvum servitium de suis feodis se debere recognoscunt. Et sciendum est, quod D. Abbas omnia solus non prævalet facere;

cere; idcirco omnes illi, qui ſacramento præſtito ei ſunt obligati, in omnibus neceſſitatibus ſuæ Eccleſiæ fideliter ei debent aſſiſtere. Pro dolor! propter peccata populorum res verſa eſt in contrarium.

XVI. De alio *Wihc.*

Sunt etiam manſa XIV. quæ *Madaluuinus* dedit, quæ omne ſervitium faciunt; excepto ſualem non ſolvunt, nec bovem hoſtilitium, nec faculas, nec ſcindlaas, nec porcum in altero anno: ſed dat pullos 4. ova 12. De ſpelta modios VIII. & ducit ad monaſterium axiles 50. & inter III. ducunt ad monaſterium de vino carradam.

XVII. De tertio *Wihc.*

Sunt in alio *Wihc* III. Manſa, quæ ſimiliter ſolvunt, ſicuti iſta 14. quæ *Madaluuinus* dedit.

XVIII. De Hoveſteden.

Eſt manſus in *Hoveſteden*, qui omnia ſervi-et, ſicut Ettelendorph.

XIX. De Uulesheim.

Eſt manſus in *Uulesheim*, qui angariam non facit, nec ſcindulas, nec axiles; nec ſpeltam ducit ad monaſterium: dat pullos 2, ova 10, de lino libram unam. Dies facit & duas XV. noctes, (*) ſicut alii, jugera 2, corvadas 2.

§. 1.

(*) Quod Gallis ſunt quindecim noctes, id Germanis quatuordecim dies.

§. 1. Cæſ. Hæ villæ omnes ſibi ſunt contiguæ & ſatis vicinæ.

XX. De Nantenheim.

Eſt manſus unus in *Nantenheim* vel Nanzenheim, qui ſolvit, ſicut in Ettelendorph; excepto porcum non dat in alio anno, nec bovem hoſtilicium, nec angariam, nec ſcindalas, nec axiles, nec ſpeltas. Solvit pullos 3, ova 20, facit jugera 1, corvadas 3, mancipium dat ſicut alii; XV. noctes, & dies ſuos facit.

XXI. De Baldenshart & Denesbure.

In *Baldenshart* & Denesbure ſunt manſus 5. Dies 3. unaquæque ebdomadas per totum annum & noctes XV. Una ebdomadas unam in Februar. aliam in Majo, jugerum 1. Linum dant illæ feminæ, quæ debitrices ſunt; aliæ camſiles faciunt.

XXII. Item de Wihc juxta Malberhc.

Sunt in *Wihc* ſcararii duo. Unus dat porcum in altero anno, altero non facit, id eſt, *Odacar*. Unus eſt in beneficio; facit unusquisque jugera duo, Angarias 2. XV. noctes. Glavem I. ducit ad fœnum, ad meſſem, vel ad vindemiam, Mancipia duo. Eſt etiam *Denesbure* molendinum unum.

§. Cæſarius. Dominus de *Brandenberch* tenet à nobis partem in *Gingendorff*, & partem in *Wummichen*, & partem in *Igelſcheit*; & ex

istis sunt multi infeodati ab eo, de quibus ipse debet infeodari ab Ecclesia.

XXIII. De Merxz, aliàs *de Merem*, & *Trimparden.*

Sunt in Merxz in ipso Ministerio mansa Ledilia XLIV. & ibi terra indominicata ad seminandum unoquoque anno modios DCC; modios parvos, non forenses majores. Ex his supra dictis mansis habet *Occharius* unum. Solvit sualem valentem denarios XXIV. pullos IV, ova XX, scindalas C. De vino ducit carradam I. & dimidiam pro lignis, Faculas L. Ducit ad *Monasterium* de spelta modios XV. facit duas XV. noctes. Ad fœnum & ad annonam purgandam, & ad colligendam vindemiam cottidiè operarium sive nuntium, mancipium 1. (NB. Cæsarius notat: quas modo appellamus vulgariter *Meiswerch*, *Spurkelwerbc*) In horto plantat agrum 1. Inter V. mansos in hostilicio bovem 1. & si bovem non dant, unusquisque dat denarios quatuor. Parafredum dat; facit jugera tria, corvadas tres; Uno die ducit fimum in agro, facit clausuram in agro, perticas XII. facit in curte perticas duas; de lignis ducit carradam unam, si Dominus Abbas advenerit. Ducit ad Monasterium axiles C. in alio anno dat porcum valentem denarios IV. de lino libram unam. Custuram faciunt ad cameram. Hæ feminæ, quæ

quæ linum ſolvunt, panem & cerviſiam & wactas faciunt. In ſilva ad porcos ebdomada I. unusquisque ſecundum ordinem ſuum moras colligunt. Sunt ibi molendina duo, (unum in fluvio *Nimiza* in villa, quæ vocatur *Vereſtorph.*) unum in *Kila*, alterum in *Nimiza*. Ad *Merreche* in Venna & *Manſurii* & *Haiſtaldi* operantur. Ratbertus tenet ex his manſis VII. Hildradus ad *Edensheim* manſa VIII. Sunt ad *Palcenne* manſa tria, & dimidium. Franco habet manſa duo & dimidium. Ad *Stedeheim* ſunt manſa octo. Sunt ibi ſcararii quatuor, qui tenent ex his manſis dictis VII, qui omnes ſervitium faciunt ſicut ſuperiores: excepto ſuales & pullos & ova non ſolvunt. Wactas, panem & cerviſiam non faciunt, ſed ſcaram pleniter faciunt.

XXIV. Summa de *Merxz*.

Sunt in *Merxz* manſa VII. in Stalle I. in *Bidebuhr* I. in *Efzicha* III, in *Palcene* tria & dimidium. In *Stedesheim* VI. In *Berzelingen* I. & dimidium, in *Dalheim* 3. in *Trimparden* manſus X. in *Dalem* I. in *Edensheim* VIII. qui ſimiliter ſerviunt, ut ſuperiores, ſicut dictum eſt ſupra.

§. 1. Cæſarius. Nobilis vir de *Malberhc*, qui etiam appellatur Dominus de *Valkenberch*, tenet ab Eccleſia bonam decimam de *Alve*. Dominus de *Sconeberhc* tenet ipſum ca-

caſtrum de Eccleſia. Præterea tenet curiam caſtro ſatis vicinam, quæ *Ambelſceyt* vocatur. *A primis Eccleſiæ noſtræ fundatoribus, id eſt, Pippino & Karolo Magno* ejus filio, poſſeſſiones noſtræ Eccleſiæ ac bona ab omnibus poteſtatibus ſecularibus ſunt exemta: quæ *poteſtates* vulgariter appellantur *Pelline*, *Grafcaf*, *Viltban*, *Cupelle*, *Nacſelide*, *Geritte*. (*) Ita namque ſicut ipſi allodia ſua liberè poſſederunt, ita Eccleſiæ noſtræ ea per ſecula poſſidenda tradiderunt, & hoc ſuis privilegiis, ſicut patet, confirmaverunt, & omnibus ſuis ſucceſſoribus, ut nos in tali libertate conſervarent, per eadem privilegia demandaverunt. Super hoc vero plurimorum Imperatorum ac Regum confirmationes habemus, & Deo propitio tali libertate nos & homines noſtri per tempora futura gaudebimus. Credo, quod Dominus Comes Viennæ *Edensheim*, & *Palcene*, & *Stedelheym* teneat in feudo: cito quis poterit inveſtigare.

§. 2. Cæſ. Ex illa parte *Bideburhc* eſt ſylva ſatis bona & magna, quæ *Bidart* vocatur, & pertinet ad curiam noſtram de *Merxz*, quæ non

(*) Videntur hîc per poteſtates intelligi onera vel jura. *Grafcaf* erit jus Comitis; *Wiltban* jus foreſti. An *Geritte* ad Geradam pertineat, inquirendum. In Cæſarii gloſſa ad præfationem, §. 9. Hoſtilitium dicitur appellari *Natſelde*. De *Pelline* non habeo, quod dicam.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 10;Leibn. Marg. 10, [702] - 444
PUBLIC DOMAIN

non modicum reddit annuum commodum. Omnes homines de *Bideburhc* quasi vivunt de ea, & multum inde serviunt; & si benè ad Ecclesiæ utilitatem custoditur, ista sylva ferè *utilis esse potest nobis, sicut tota curia.*

XXV. De Huttingen & de *Merrenghe.*

In *Huttingen* est mansus I. solvit ut cæteri. Sunt in *Merrenghe* mansi duo & dimidium, ubi resident homines LIII. qui servitium faciunt, absque *Hadaboldo* & Benzone, qui habent curtiles duos, & faciunt (*) picturas duas (modo appellamus *pictteren*) & trialas tres. Est ibi (**) *broil*, ubi possunt colligi de fœno carradæ XX. Sunt ibi picturæ LVIII. Plantati dominicati VIII. & petioles, (***) quas Adelbertus dedit. Ex supradictis mansis habet *Euribc* mansum unum integrum, & picturam unam. Solvit tonnam unam. (Cæsar. *Tunnæ*, de quibus hic mentio fit, non puto esse tunnas, per quas deducitur vinum: quædam autem vasa magis ad vindemiam valdè necessaria, quæ appellantur *Buden*) (****) *Gardos* tres: Da-

(*) laborant in certa vineæ mensurâ. add. part. 2. pag. 322. Et mox, tit. de beneficiis.

(**) *Brolium* locus depressus, humidus, pascuus; Germanis olim *brül*. Hîc aliquoties.

(***) *Petiolæ* sunt parva petia, petites pieces, particulæ. adde mox tit. de beneficiis

(****) Hodie *Bütten.*

Daraſtuuas (*) (*Lovete*) quinque : faculas (*aſpen*) XII. pullos tres, ova XX. De vino modios (*emer*) quinque,(quinque emer ſeu modii faciunt *omam*) ſcindalas C. palos C. perticas (virgas) CC. (*geren* ſeu Kembeln, quibus (**) *venna* paratur, vel etiam fortes ſepes) In adventu Regis pullum unum, ova V. Angaria una inter quatuor. Faciunt panem & cerviſiam & wactas : in ebdomada dies tres omni tempore cum bove, vel manu, & dabitur eis panis. Faciunt carradas tres cum aratro, qui boves habent ; qui non habet, trahit pertiças, aut fodit in campo. *Haſtaldi* ſimiliter. Ad vineas ligandas centenam I, ad fodiendum alteram ; (centena communitas ; communiter autem operabantur) ad colligendam tertiam cum carro ſimiliter ſuo : ad meſſem colligendam quartam. Colligit glandes ad modios V. navigium facit. Facit pagines (***) ſeptem, in venna I. in curtem IV. in vinea duo. Uxor illius ſolvit de vino modios X.

§. 1.

(*) Cortices, vid. ſup. ad præf. §. 5. an à *Loßete*, factum *Lohe ;* unde coriarii, (qui corticibus utuntur) nobis hodie *Lohgerber*.

(**) Venna nuper erat locus humidus ; hîc eſt textile aliquid, adhibitum credo ad piſcandum corbis genus. add. mox §. 2. add. ad c. 33.

(***) *pagines*, id eſt, terræ menſuras ; *facit*, id eſt, parat.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 10;Leibn. Marg. 10, [704] - 446
PUBLIC DOMAIN

§. 1. Cæsar. *Hastaldi* vocantur manentes in villa, non tamen habentes hæreditatem de curia, nisi areas tantùm, & communionem in aquis & pascuis.

§. 2. Cæsarius. In *Merreche* aliàs *Merringhe* etiam non sunt multi serviles mansi, vel terra, quæ arari possit. Sunt autem ibi *Pictiren* 58. qui mansi appellantur ibidem, sed non sunt veraciter mansi; *feoda* enim sunt, quæ aliis in locis appellantur vulgò *Leyn:* quæ videlicet *Leyn* habent singulas areas. Aream appellamus *Hovestat*, & terras aliquas arabiles, & fortè aliqua prata: & tamen habent vineas in bona quantitate, quas tenent homines ibidem manentes &c. De vineis in *Merreghe* duas in feodo tenet D. Lambertus *Burgravius de Novo castro*; & Comes *Viennæ* tenet etiam ibi montem unum, ibi sunt bonæ vineæ. Item *Canonici S. Mariæ* etiam tenent ibi vineas, & alii multi Ecclesiæ ministeriales. In Merriche nullus potest piscari cum *Venna* vel rete, vel piscatione, quæ *Boyl* appellatur.

§. 3. Cæsar. Tunnæ vulgò *Buden*, vasa ad vindemiam apta. De feodis nostris, quæ habemus in Arwilre, solvuntur etiam tunnæ, pro quibus solvit quodlibet feodum annuatim in vindemia 8. denarios Colonienses, qui denarii vocantur *Vas-penninge*.

§. 4.

§. 4. Cæſar. *Gardi* ſunt inſtrumenta torcularis, quæ appellantur *pullen* & *dile*.

Moras, (*) *brabiren* homines noſtri tenentur colligere ad faciendum *moratum*, propter ſolennitates, & infirmos fratres, & magnos hoſpites. Præterea ſciendum eſt, quod curia de *Alve* annuatim ſolvere debet quatuor ſextarios mellis; ſimiliter curia de *Sefferne*, & curia de *Morlebach* duas. Similiter curia de *Selribe* & *Olmeze*. Illud mel ſolvitur de inventionibus apum in ſilvis Eccleſiæ, & de *melle* iſto conficitur *claretum*, ſimiliter propter ſolennitates & infirmos fratres. *Piper* autem, quod ad tale condimentum eſt neceſſarium, ſolvunt curiæ noſtræ de *Niderlant*, quod ſuo in loco narrabimus. Species autem procurabit Cellerarius Fratrum &c. Moras colligit quartalem 1. Sinapum (**) *ſtaupum* 1, de porro poritto mundat in orto agrum 1, de porro majore agrum 1. & dimidium. Linum debet colligere & componere, verveces lavare & tondere: in prato, & in meſſe, & in vindemia, & vir & uxor cottidie operari cum carro ſuo; Guntherus & uxor ejus ſimiliter; Abilon & ejus uxor ſimiliter; &c. & alii XXVI. viri cum

(*) lege *brambeeren*, prope accedunt ad vera mora.

(**) Stauf, ſtoop, ſtub, ſtübgen, eſt menſura liquidi.

cum ſuis uxoribus ſimiliter. Alii 29. ſolvunt, ſicut alii, minus modiis duobus, & *canaveras* non habent.

§. 1. Cæſarius: Quid ſit *Canavera*, ignoramus.

Sunt in monte Manſi 3. ſolvit unusquisque pullos duos, ova decem. Hadelbaldus habet in monte manſum unum & Benzo unum. Sunt ibi *Haiſtaldi* ſeptem. *Matrini*, (*) quod in ſilva ad XV. noctes faciunt. Centum palos ducunt, qui boves habent & qui non habent. Dabitur eis panis integer. Femina cavelli ſolvit pullos 5, ova 25, & omnes feminæ ex progenie ejus.

Cæſar. §. 1. *Haiſtaldi* vocantur manentes in villa, non tamen habentes hereditatem decuriæ, niſi areas tantum & communionem in aquis & paſcuis. *Materiamen* ſunt ligna, quæ nos vulgariter appellamus *cimber*. (**) Quando enim neceſſe habemus vel torcularia, vel domos, vel alia ædificia de novo facere, homines ad hoc determinati quindecim noctes ibi debent operari.

(*) leg. materiam vel materiamen, ut mox.

(**) ligna parata ad ædificia, tigna, *Zimmer* appellamus. Hinc *Zimmern*, fabricare, & faber lignarius *Zimmerman*.

De Beneficiis.

De Eccleſia Rumersheim ſunt vineæ duæ, id eſt, *pictura* I. De Eccleſia in ipſo *Mereghe* ſunt manſi tres. Unum tenet Willibertus, qui ſolvit pullos tres, ova XX; Luvetellus & Fulkerus tenent duos: ſolvit unusquisque pullos duos, ova X, facit dies tres. Sunt ibi vineæ, picturæ tres & dimidia, & petiolus. Hubertus presbyter habet curtilem I, & vineas ad modios XV. Maginfridus presbyter picturam unam, Rutgerus picturam unam, Adelræmus ad carradam unam, Franco ad carradam dimidiam, Rekerus ad modios X, Vulfroh ad carradam I, Rotbardus picturam 1, Humfridus ad carradas duas & triles 3, Ekileo & Etfridus picturas duas. Ad *Loyſſe* & ad *Merrighe petiol.* 1. Ello vineam 1, Nitcherus picturam dimid. deſertam, Egil picturam dimid. & ad *Loyſſe* manſum 1, & picturam 1, & Ricuvinus manſus 3. & picturas 3. & curtilem. Geroldus ad Longim picturas 3, ad Eccleſiam de Budenesheim petiol. I. ad ſitulas XII. Walerus picturam 1.

§. 1. Cæſarius. *Loyſſe* jacet juxta Merriche. Dominus *de Hayes* tenet ab Eccleſia apud *Merreche* ultra Muſellam bonam decimam. Sciendum vero eſt, quod Salica terra noſtra apud Marreche ultra Moſellam liberè noſtra eſt: & Dominus de Hayes vel aliquis ſuorum decimam

mam ibi requirere non attentabit, utrum nos eam ipsi colamus, vel eam hominibus colendam tradamus.

Qualis præbenda detur illis?

In angaria dentur unicuique panes 3, portiones duæ; Gubernatori navis, si ad *Metis* navigat, panes 5. portiones 3. Operariis in navi unicuique panes quatuor & portiones 2. Ad *Chuckeme* vel ad *Remeghe* panes duo & portio una. Si ad Monasterium pergit, panes duo. Si *Haistaldus* illuc pondus portat, panes tres; cum palos vel perticas reddit de suo, dentur unicuique panes tres & portio una. Ad centenam unicuique aratro panes 2. & dimid. ad quartarium cum pane & 4. vices bibere. Centena ad vindemiandum, nihil ei detur. Ad fœnum secandum, prius detur ei quartarium de pane, & aliquid ex carne & bibere; & postea panis 1. & portio 1, & quando fœnum ducit, panis 1. Fœminæ ad fœnum panis dimidius. Ad messem ligandam similiter. Extraneis panis integer. Fœminæ de ipsa villa, quæ à nobis non habent, ibi residentes in proprio loco (*) *(egen)* solvunt de vino modios quinque: si propriolum non habent, nihil solvunt.

§. 1. Cæsarius. Antiquitus habemus curiam & reditus in *Cuichem* vel Guicheme, qui

(*) Eigen Germanis est proprium seu allodiale.

modo infeodati ſunt, & tenent ab Eccleſia hæredes *Theoderici* Wareboldi de *Arre*. Ad illam curiam antiquitùs deportabantur vinum & frumentum Eccleſiæ, quæ ibi vendebantur; vel per Angarias terræ ad nos deportabantur. Curiæ enim noſtræ de Epiſcopatu Wormatienſi angarias illuc navigio facere tenebantur.

Cæſar. §. 2. Sciendum eſt, quod *manſionarii*, qui tenent feoda noſtra, tenentur picturas illis feodis aſſignatas, bene & optimè colere, & in vindemia debent eas colligere, & ad calcatorium noſtrum deducere, & ibidem in noſtro torculari vinum elicere: & duas partes de vino, quod inde provenit, debemus percipere: de tertia autem parte reſidua Manſionarii cenſum noſtrum & præpoſitis noſtris jura ſua debent perſolvere; & ſi aliquid defuerit eis, quod non poſſunt jura ſua plenè perſolvere, de vino aliarum vinearum ſuarum debent defectum illum implere: & ſi ſuperabundaverit de pictura prædicta, ſibi poſſunt reſervare. Si autem ipſi iſta & alia jura noſtra non fideliter peregerint, D. Abbas, vel qui locum ejus tenet, feoda eorum usque ad condignam ſatisfactionem debet *abſare*, id eſt, *vronen*. (*) Triginta feoda attinent curiæ ſuperiori in *Merreche*;

(*) indominicare, ſibi capere. Hinc ſupra *Manſi Abſi*, qui ipſi Domino coluntur.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 10;Leibn. Marg. 10, [710] - 452
PUBLIC DOMAIN

che ; ſolvit unumquodque XV. modios vini in cenſu: & viginti ſeptem feoda attinent curiæ inferiori; ſolvit unumquodque tredecim modios. Quinque modii faciunt *amam*, quam appellamus *Vron-Ame*, & ſex amæ faciunt *carratam*, quam appellamus *vron-vuder*.

Summa.

Sunt manſa duo & timidium & 58. feoda 57. ſolvunt jura, quæ ſunt in ſumma, & unum feodum remanet miniſtro noſtro. Ex his ſolvunt XXX. de vino modios 450, qui faciunt carradas XV, & alii 27. modios 357, qui faciunt carradas XXI. & ſitulas XXI. Pullos 171, ova mille, centum XL. Scindalas 5000. & 700. palos totidem, perticas 11000. & 400. In angaria carradas 14, corvadas tres, centenas 4. glandium modios 282. Sinapum ſtaupos 57. Moras quartales 57, qui faciunt modios XII. & dimidium.

XXV. De Sueyghe.

Sunt in *Sueyghe* manſa integra XV. ſolvit unusquisque ſualem valentem ſolidum unum, pullos 3, ova 15. Duraſtuuas quinque, faculas 50, palos in vinea 100, ſcindalas 100, ſynapum ſtaupum unum. De lino libram unam, aut camſilem facit; tres dies in ebdomada glandes colligunt. In vinea cottidiè cum bove, & operario, & mancipio. Si picturas facit, ſolvit de

vino modios decem. In angaria dimidium carrum. In hoſtilicio bovem unum. Sunt ibi alia manſa quindecim & dimidium; ſolvit unusquisque tonnam unam, perticas 100, camſilem faciunt. Eſt ibi terra indominicata, manſus ſex. Eſt ibi Eccleſia, ubi aſpicit terra jugera XV. vinea ad carradas tres.

De feodis Miniſterialibus.

Isgaudus habet in beneficium picturas tres, Emerus unam, Hugibaldus unam, Franco I, Daguinus I, Ratbertus tres; ad quintam eſt vinea una. De centena pictura una.

Summa de villis circumjacentibus.

Centena de *Sueyghe* ſolvit de vino modios 30. cenſum, qui exit de ſylva. De *Isla* ſolvit avenæ modios XXX, pullos XXXII. De *ſcalttevilere* pullos XX. De *Centemer* in tertio anno pullos XV. De *Riveniche* faciunt corvadas, qui boves habent; & qui non habent, pecora. Et qui peculium vacuum habent in noſtra *waida*, id eſt, paſcuis, debent ſolvere pullum. De *Clutterche* unusquisque, qui carrum habet, ſolvit de vino modium unum. De *Turninghe* exeunt de vino modii XVI. *Faſciculartii*, qui ferunt pondera, unusquisque denarios duos. De *Antim*, qui carrum habet, ſolvit de vino mod. I. In *Scelttvillere* ſolvunt de vino modios VIII. De *Loyſſe* de vino modios 8. Sunt ibi manſa ſancti Petri 5, ſancti Paulini duo:

duo : ſolvit unusquisque pullum unum ; in angaria inter totos boves ſeptem.

§. 1. Cæſ. Manſos Sancti Petri (*) in beneficio tenet *Dux de Limburgh* à Domino Epiſcopo Trevirenſi ; & nobilis vir *de Arlo* advocatus tenet ipſos ab eo ; & ſciendum eſt, quod & manſi S. Petri & S. Paulini faciunt nobis corvadas & alia *jura minuta*, quia habent communionem in paſcuis, aquis, nec non in terminis noſtris.

Summa de Sueyghe.

Sunt ibi manſa XV. Solvit unusquisque de vino modios X. quod ſunt modii CL. qui faciunt carradas quinque. Dant *ſuales XV*, aut ſolvunt ſedecim pullos, ova CCXXV. De lino libras XV, ſinapum ſtaupos XV, duraſtuuas LXXV, faculas DCCL, palos ad vineas MD. De glandibus modios LXXV ; ducunt de vino ad monaſterium carradas VII. & dimidium. Scindalas MD. In hoſtilicio bovem unum. Sunt ibi alia manſa XV. & dimidium. Dant tunnas XV, ſolvunt camſiles XV. & dimidium ; perticas MDL. Centena de *Sueyghe* ſolvit de vino modios XXX, cenſum, qui exit de ſylva. De *Isla* dant modios avenæ XXX, & pullos XXXII. De *Scelttevilere*, de *Centemer*, de *Rivenihc*, de *Clutterche*, de *Turing-*

(*) id eſt, Eccleſiæ Trevirenſis Cathedralis, S. Petro dicatæ.

ringhe, de *Ancim*, de *Loyſſe*; & manſa S. Petri & S. Paulini, faciunt corvadas, & ſolvunt vinum, & denarios, & pullos, & angariam; ut dictum eſt ſupra. Summa integra, de vino VII. carradæ & modii duo.

XXVI. De *Vurne* vel *Furne*.

Sunt in *Vurne* manſa duo, quæ ſimiliter ſerviunt, & ſolvunt, ſicut in Suueghe. Sunt ibi picturæ.

§. 1. Cæſ. Notandum eſt, quod *Vurne*, *Etelwyde* & *Erinbach* ſunt infeudati de Eccleſia noſtra.

XXVII. De Salmene.

Eſt in Salmana terra dominicata, manſus tres. Sunt ibi manſa VII. & dimidium. Solvunt ſuales VII. & dimid. pullos XXI, ova CXV, duraſtuuas XXXV, faculas; CCCL. ſcindalas. Carradas VII. & dimid. camſilem faciunt. Bovem hoſtilicium; glandium modios XXXV, palos 700. In adventu Regis pullos 7. Sunt ibi in beneficium manſi V, qui ſimiliter ſerviunt & ſolvunt.

Cæſarius §. 1. *Salmana* vel *Salmene* villa ſatis propinqua eſt fluvio, qui *Salmane* appellatur. Citò poterit inveſtigari; puto nunc vocari *Elcelrut*.

XXIIX. De Clutterche & Trittenheim.

Inter *Clutterche* & *Trittenheim* ſunt manſus XXIV. Ex his ſunt indominicati XVII.

ſunt

sunt ibi picturæ XXI, & vineæ V, & ex his tenemus picturas XVII; aliæ sunt datæ in beneficium.

XXIX. De alio Tritteheim.

Sunt etiam in alio *Trittenheim*, quam dedit *Albricus*, mansa XX. Ex his habet Hadeboldus I. solvit de vino modios.... & *Friskingam vervecinam* cum lana, valentem denarios XII. in uno anno; in altero anno denarios VIII, pullos III, ova XV; de lino clavas III, de lini semine bacinum I, duraſtuuas V. In angaria inter IV. carradam I. Haistaldus de vino modios V. Si in alia potestate mansum acceperit aut feminam, solvit denarios XII. &, *si femina forinsecum hominem acceperit*, solvit pullos 2, ova X, & de lino clavas duas, & de lini semine bacinum I. Est in *Noviam* mansus I. qui similiter servit.

Cæsarius §. 1. *Clutterche & Trittenheim*, & item *Trittenheim* Comes Viennæ tenet in feodo. Constat enim, *Comitem Viennæ* tertiam partem abbatiæ citra *Kyle* fluvium ab Ecclesia in feodo possidere, ut duas partes nobis, & conventualibus ecclesiis, ac ministerialibus nostris retentas, sicut fidelis noster & nobilis homo, ab invasoribus deberet, quantum in ipso esset, defendere: ita tamen, quod ibidem nullam violentiam contra suum juramentum præsumeret inferre, & nihil ibidem præter

ſervitium, quod ei à prædeceſſoribus noſtris indultum eſt, quod *Voyt-dineſt* (*) appellatur; & tertiam partem placitorum ſive ſatisfactionum, debito modo ſecundum privilegia Eccleſiæ deberet percipere; & non ſolùm nobis, ſed & toti familiæ Eccleſiæ, à qua exaltatus eſt, dilectionem, & ut ita dicam, honorem exhibere, & in omnibus, ubi neceſſitas requireret, ſub alis ſuis refugium & fidele auxilium miniſtrare. Prædictus enim Comes tenet ab Eccleſia curiam de *Clutterche*, & curiam de *Trittenheim*, & item *Trittenheim*; Curiam unam de *Sueyghe*; Curiam de *Veis*, quæ ſita eſt ſuper Prumiam fluvium; Curiam de *Trimparden*; Curiam de *Mettendorff*; Curiam de *Bure*, juxta Remeche; Curiam de *Dalyden*, & magnam viciniam juxta *Daysbergh* caſtrum; quod etiam tenet à nobis curiam de *Manderſceyt*, juxta Vasvillere; Curiam de *Didendorph*; Jus *patronatus*, id eſt, duas partes decimæ Eccleſiæ de *Kileburch*, juxta Malberch; Curiam de *Oremunte*, ubi Kile oritur; Villam unam juxta Lizendorph, quæ *Ovele* appellatur, medietatem curiæ de *Sconhoye*, juxta Monaſterium. Inter Monaſterium & *Arre* aliquas villas & magnam ſylvam. Præterea puto eum tenere juxta Arre bonam villam, quæ appella-

(*) Itaque Comes de *Viana* Eccleſiæ Prumienſis *Advocatus.*

pellatur *Muckenſcheidt*; attinet enim illi curiæ jus patronatus Eccleſiæ ejusdem villæ, quam tenent ab eo hæredes Domini *Wareboldi de Arre*. Deberet etiam tenere *Ludenacker* & *Pitersheim*, quæ ſitæ ex illa parte Moſæ, juxta Maſtricht. Tenet etiam jus patronatus Eccleſiæ de *Baſtenache*, aliosque reditus noſtros ibidem cum decima. Sex etiam patronatus tenet Eccleſiarum *Mettendorph*, *Veys*, *Daleyden*, *Kilenburch*, *Bure*, *Baſtenache*. Puto etiam jus patronatus eum tenere de Eccleſia *Schonhoye* juxta Monaſterium. Hæ etiam curiæ, quas ſupra deſcripſimus, amplos, & longos, & ſatis optimos habent terminos. Præterea tenet duas villas juxta *Dune* caſtrum, quas Dominus *de Mandeſceyt* & fratres ejus tenent ab eo: & præterea tenet alia quàm plura, quæ modo non habeo in memoria.

XXX. De Glena.

In Glene ſunt manſa XLVI, terra dominicata ad modios trecentos; vinea ad carradas duas; Broil unum. Ex dictis manſis ſolvit unusquisque unciam unam, pullos duos, ova decem. De ligno carradas X. Parafredum dat duas XV. noctes. Ad meſſem purgandam mancipia duo, & ad colligendam; & ad fœnum ſimiliter. Jugera duo, corvadas quatuor; cerviſiam facit; panem non facit, nec wactas, nec clauſuram. Similiter faciunt

qua-

quatuor manſa & dimidium. Alia autem manſa idem ſervitium faciunt, excepto, quod unciam non dant. Panem coquunt, & wactas faciunt ; & clauſuram in curte, & in meſſe, & in vinea, ſeu in prato faciunt.

§. 1. Cæſ. Villam *Glene* & *Odenbahc* juxta Lutereck, puto eſſe ſitas juxta fluvium Glana, easque, ut mihi videtur, in feudo tenet nobilis vir (de) *Numagen*, qui eſt homo Eccleſiæ noſtræ.

XXXI. De Odenbach.

Eſt in Odenbach Eccleſia una, ubi aſpicit de terra jornalia XV. Presbyter habet in beneficium manſa tria ; ſolvit ſolidos decem. Eſt ibi terra dominicata ad ſeminandum modios LXXX. Sunt ibidem manſa Ledilia VI, ſolvit unusquisque pullos duos, ova X, duas XV. noctes ; jugera tria ; ad fœnum & annonam cotidiè mancipia duo. Ducit ligna carradas 5. Ducit inter duos de vino carradam unam. Sin autem, dat denarios ſeptem. Sunt ibi manſa ſervilia duo ; ſolvit unusquisque pullos duos, ova X. ducit ligna, facit panem, & cerviſiam, & wactas. Aquam portat ; ſcaram facit, & omnia opera ſervilia.

XXXII. De Wimesheim.

§. 1. Cæſarius. *Comes de Spanheim* tenere debet *Wimesheim* in feodo ; jacet apud S. *Goarem*. Canonici noſtri recipiunt decimam in

in *Salica terra* ejusdem curiæ, & tenent eam ab Ecclesia Prumiensi. Puto tamen, eam jacere inter *Binge* & fluvium *Na*, juxta castrum ejusdem Comitis, quod appellatur *Beccillenheim*.

In Wimesheim est terra dominicata ad seminandum modios CXXX; inter ipsam villam & *Binge* vineæ ad carradas quatuor. Sunt ibi mansa XVI. Solvit unusquisque porcum valentem denarios quinque; pullum unum, ova decem, tres quindecim noctes. Cottidiè operatur in dominico. Mensuram facit in curtem corvadas duas. Si glandes defuerint, accipiet ad S. Martini porcos tres, & pascit de suo usque in mensem Majum. Clausuram facit in messem. Navigium facit. Si *Senior* (id est, Abbas) advenerit, ligna ducit ad sufficientiam: Ceram similiter. Panem & cervisiam facit. Ducunt inter duos carradam unam de vino. Ad messem purgandam & colligendam, & ad fœnum mancipia duo; fœnum & annonam ducit. Ad vindemiam mancipium unum: parat de frumento modios duos. Femina sua dat denarios X, camsilem aut sarcilem facit, wactas facit & scaram. Ad porcos in sylvam hebdomada una.

XXXIII. De Remeghe.

Sunt in Remeghe mansa sex & dimidium; ad *Herde* mansa V. ad *Becghe* mansa duo, ad *Pful-*

Pfuefingen manſus tres; & ibi Verimundus habet manſus duos: ad *Wimegringen* duo. Ex his habet major Engelmarus unum. *Vulvicho* habet ad *Remiſere* manſum unum, ad *Roderenaccere* unum, ad *Bridenes* manſus ſex & dimidium; ſunt in ſumma manſus XXIX & dimidium. Illi de *Remeghe* & *Berghe* & *Pfuefingen* & *Wimegringen* & *Remiſere* faciunt unum ſervitium; ſualem unusquisque, aut unciam unam, de lino libram dimidiam; pro hoſtilicio denarios duos, pullos 3, ova 10, palos 10, palas 50, ſcindalas 100. Dat parafredum ter in anno ad Virdinnum, ad *Prumiam* in *Salmſe*. Ducit de frumento modios quinque ad Prumiam, aut inter quatuor carradam de vino. Ducit pro lignario XV. carradas. De fimo facit perticas ſex, unam ad *Vennam*, (Cæſar. Venna eſt inſtrumentum ſumtuoſum & ſatis utile, unde piſces capiuntur, quod appellamus *Veer* ſive *Steyle*) & quinque circa curtem. Ad natalem Domini ducit unusquisque de ligno carradam unam, facit XV. noctes.

§. 1. Cæſ. Omnes villæ pertinentes ad curiam de *Remeche*, ibi ſunt vicinæ, excepta una, quæ vocatur *Wicringen*, (aliàs Wimringen) quæ ſatis propè Luzellenburch jacet. In eadem etiam debentur vobis cenſus aliqui & ferramenta aratri, quæ vocantur *Scat*. Inveſti-

gari

gari citò poterit. Manſionarii noſtri de *Remeghe*, ſi eis præcipitur, tenentur *Metis* navigio ire, & inde ſal noſtrum in curiam noſtram de *Sueyghe* deducere.

Piſcator autem noſter, quem ibidem habemus, debet navem de ſuo feudo, quod inde tenet, gubernare; & ita, ut dictum eſt, liberi erunt de angaria, quam Prumiam debent cum frumento & vino facere. Cum autem ſal venerit *Sueighe*, inde illud angariæ terræ iſtius in *ſalarium* noſtrum debent deducere. *Metis* etiam habere deberemus domum unam ſatis bonam ſuper fluvium *Seylle*, & aliquas etiam habere terras arabiles ibidem : quæ per ſtultitiam neglecta ſunt. In prædicta autem domo ſal noſtrum deberet poni, donec homines noſtri illud deportent.

De Bridenes.

Illi de *Bridenes* omne ſervitium faciunt, ſicut illi de *Remeghe*, excepto, quod in Majo pro hoſtilitio dant denarios X, & parafredum non dant; coquunt, & wactant, & braciant. Sunt duo præterea manſus in *Herde*, qui omne ſervitium faciunt, ſicut illi de Remeghe, excepto, camſilem faciunt, & coquunt, & wactant, & braciant. Reliqui de Herde omne ſervitium faciunt, ſicut illi de Bredenes, excepto, quod camſiles faciunt, quod illi non faciunt; faciunt omnes jugera tria. Ad miſſam S. Remigii

migii debent denarios V. Præterea, quia *feminæ fiſcalinæ* ſervos acceperunt, idcirco iſtos denarios ſolvunt. Linum colligunt, parant lectum in orto, poſſunt inde exire camſiles X. Eurardus habet dimidium manſum ad Bridenes.

§. 1. Cæſ. *Feminæ fiſcalinæ.* Sciendum eſt, quod quæcunque feminæ eccleſiæ noſtræ proprios ſervos duxerint, & ex illis filios genuerint, quod illi filii omnibus diebus vitæ ſuæ ſervi permanebunt noſtri, qui vulgò vocantur *Hover-jungeren*; & ſi nobis placuerit, dabitur eis panis & veſtimentum; & omnibus diebus vitæ ſuæ in curiis noſtris permanebunt, vel cuſtodient pecora, vel juvabunt aratrum tam ipſi quam filii eorum. Et ſi volumus tali ſervitio carere, poſſumus ab eis redemtionem accipere.

De feodis Miniſterialibus.

Lutgardus habet in *Keingen* manſus XII. Johannes manſum I.

Summa de Remeghe & Bridenes.

Sunt manſi viginti novem & dimidium. Solvunt uncias 29. & dimidiam; pro hoſtilicio 5 uncias & 10 denarios; de lino libras dimidias 29, pullos 88, ova 295, ſcindalas duo millia & 900, palos 1450; ducunt modios centum. III L. aut de vino carradas VII. ad Prumiam. *Item Summa.* Eſt in *Remeghe* terra

terra indominicata ad modios 400. Prata ad carradas 50, sylva ad porcos 500, de vineis ad carradas *XX.* Est ibi venna I, & farinarium unum.

§. 1. Cæsarius. Comes *de Lucellenborch* multas & amplas *advocatias* tenet de Ecclesia. Præterea *Comes idem, qui & Dux appellatur de Limburch*, tenet villam unam, quæ *Ambele* appellatur, quam etiam pater suus in feodo tenebat; ipsum autem allodium non multum distat à Prumia; Bannum etiam apud *Remeche*. Comes de Luzellenburch duas partes tenet in *Musella*, & tertia pars est nostra. Si posuerit ibi piscatores & naves sex, nos ponimus tres; & si habuerit quatuor, nos duos habemus. Si autem ipse contentus fuerit piscatoribus duobus, nos uno contenti erimus. Bannus quoque prædictus est utilis & bonus, & habet terminos satis extentos.

§ 2. Interrogavi quendam monachum de villis istis, qui fuit de partibus illis; & ipse mihi dixit, quod *Monzim* situm esset juxta *Metis*, & *Monzim de Metis* non distat tria millia-ria.

XXXIV. De Lullingen.

Est in Lullingen mansum indominicatum, ubi seminari possunt unoquoque anno modii ducenti. Pratum ad carradas ducentas; sylva ad saginandos porcos mille sexaginta. Sunt

ibi manſa novem, qui ſolvunt in totum in argento uncias ſeptem, & denarios XII, pullos XXXVIII, ova XC, ſcindalas DCCCC. Eſt ibi farinarium unum, & illi farinarii, qui in circuitu ſunt, unusquisque facit dies V. inter meſſem, & pratum, & corvadas.

XXXV. De Rivat.

Eſt in *Ruviata* ſive *Rivat* manſus dominicus, ubi aſpicit terra arabilis ad ſeminandum modios quadringentos; pratum ad carradas triginta, ſylva ad ſaginandos porcos trecentos. Sunt ibi manſa XII. qui ſolvunt in totum in argento uncias XVI, & denarios X & octo. Camſiles tres; de lino libram dimidiam, pullos L, ova CCXX, ſcindalas MCC. Unusquisque caballum unum. Eſt ibi molendinum unum.

XXXVI. De Monzim.

Eſt in *Monzim* ſeu *Montiniaco* mons indominicatus, ubi poſſunt ſeminari inter autumnum & ver modii CCC. Eſt ibi Eccleſia cum mando dimidio. Eſt ibi molendinum unum, quod ſolvit per annum modios XXX. Sunt ibi manſa XXI. Reſident homines intra ipſos manſos, qui ſervitium faciunt, qui pertinent ad *Monzim*. XXV extra hos manſos, quos tenet *Bodo*; quinque & dimidium, ubi reſident homines decem. Inſuper ſunt manſi ſex, quos tenet Vrſio. Ipſi manentes per dimidi-

midios manſos, ſunt homines ſex; facit unusquisque in *Waym* (Wanno) *pertigatas* (*) integras: in *tramis*, (**) (tranſmiſo) ſimiliter. Solvit unusquisque pro *vermiculo* (***) denarios ſex, pro prato denarios X, pro hoſtatico denarios XV.

XXXVII. Item in *Monzim* vel *Montiniaco.*

Eſt item in *Montiniaco* manſus indominicatus, ubi aſpiciunt manſa octo, fiſcales VI. & ſervilia duo. Ex quibus exit in cenſu in argento ad nativitatem Domini ſolidi decem, & in menſe Majo ſolidi XV, & ad Miſſam Sancti Martini ſolidi ſex; & qui ipſa manſa tenent, faciunt pertigadas XVI. Ad Miſſam Sancti Remigii corvadas duas; ſimiliter in Martio & in Junio. Solvunt pullos XLII, ova CXX, duas XV noctes; ligna XII, & carradas XII, victuras XII. Eſt ibi Eccleſia I, & molendinum I, ut ſupra dixi.

XXXIIX. De Muenru & Muenrui.

De *Muenrui* manſa VI. & unus indominicatus, & Eccleſia una in honore S. Pancratii,

(*) Perticata eſt terræ menſura apud Cangiacum.

(**) an huc infra *tremenſis* c. 45. tit. Lubin. Tremaclum Cangiacus interpretatur de reti contexto.

(***) an eo, ex quo ruber color ad tingendum; unde Gallis *Vermeil.*

cum uno manſo integro. De ſupradictis manſis exit in cenſum in argento libra una. Ex his dimiſſi cauſa paupertatis ſolidi VI. Faciunt *pertigadas* VIII. ſicut ſuperius diximus, corvadam I, & picturam I; pullos XVIII, ova XL, & carradas VI.

XXXIX. De Bovelicurt.

In tertia villa, quæ dicitur *Bovelicurt*, ſunt manſa duo & dimidium; & unus indominicatus cum ſylva bona. Ex his manſis exeunt in cenſum ſolidi quatuor; faciunt pertigadas V, pullos XV, ova L.

XL. De Uvans & Holonzi.

In quarta villa, quæ vocatur Uvans, eſt manſus unus, qui ſolvit denārios viginti. De lino fuſa *XX.* In quinta villa, quæ dicitur *Holonzi* vel *Halonzeias*, eſt manſus unus; ex ipſo exeunt ſolidi duo.

§. 1. Cæſarius. Curias illas, videlicet *Lullingen*, *Rivat*, *Montini*, & iterum *Montini*, & *Nienru*, & *Bovelicurt*, & *Uwans*, & *Holonzi*, puto ſitas eſſe in Epiſcopatu Metenſi, in villa noſtra *Puzol*; cito inveſtigare poteritis; vel apud *Wibc*, ubi *patellas ſalis* habetis. Curiæ ſupra nominatæ non habent nomina Teutonica, ſed Gallica. Puto, nobilem virum Rubinum *de Haye* infeodatum eſſe de aliquibus villis iſtis, quæ ſitæ ſunt in Epiſcopatu Metenſi. Præterea tenet ab Eccleſia angaria, & mu-

mutones, & oves multas, & cenſus apud curtem de *Alve*, ſciendum eſt, in *Winteſpelt* & *in Selrich*.

XLI. De *Wihc*, quæ eſt in Epiſcopatu Metenſi.

Habemus de *Vico*, qui eſt in Salninſe, ocinas duas, id eſt, caſas duas, in qua ſunt *Inæ* tres, quæ vulgo nuncupantur *patellæ*. (*) Exit de una *Ina* in unoquoque menſe *Burduræ* (**) XIII. Ex his Burduris accipit operator IV. Major duas, ſi à Magiſtro ei conceditur; & remanent ad opus Senioris XVIII. De unaquaque *Ine* exeunt in ebdomade burduræ ſex, id eſt, cottidiè una. Quærendum eſt à vicinis vel melioribus hominibus, ſi operator noſter fidelis non fuerit, ſicut ſæpè contingit. Ideo præcipimus inquirere, quando vel quantum burdura aſcenderit, vel deſcenderit, quæ aliquando conſtat denariis duobus tantùm; aliquando usque ad XVI denarios, aliquando usque ad unciam pervenit. De Miſſatico, quod provenit per quatuor ebdomadas, reddunt *balcarii* rationem. In medio Aprili incipiunt *burdire*, usque intrante menſe Decembrio. Poſtea autem Ine dabitur in *Canlo*, ſi

(*) *Salis*, ſcilicet. Hic *Salinariæ* rei vocabula aliquot diſcimus.

(**) Germanis *bürden* ſunt onera. Itaque fortaſſe *burduræ* ſunt definiti ponderis onera, laſten. Et, ut ſequitur, in Aprili incipiunt *burdire*, id eſt, onerare, lahden, aufladen.

magiſter voluerit. Invenimus ibi fratres quatuor his nominibus : Ingellardus, Ermenardus, Adelardus, Teodaldus; & Gibuinum cum 4 filiis, & Folbertum. Solvit unusquisque pro ſuo capite denarios V. Sunt ibi feminæ ſex; ſolvit unaquæque denarios VI. qui fiunt ſolidi tres. Adelardus tenet curtilem unam; inde debent exire denarii decem, & de vino ſextarii duo, & inter panem & carnem denariatæ duæ. Engilardus tenet *heralem* unam, id eſt, curtilem; ſolvit denarios quatuor. Ermenardus ſimiliter, Gibuinus ſimiliter; vidua una tenet heralem unam; ſolvit denarios 4. De peculiari exeunt denarii XIII; quæ ſunt inter tres Inas, in unoquoque menſe denarii XLVIII. De *Manuida* (*paſcuis*) pro paſtu ſolidi 5. in menſe Majo. De una Ina faculæ XLVIII, quæ ſunt inter tres Inas CXLIV. Si faculas recipere noluerit Præpoſitus, tunc dabitur ei de unaquaque ina de ſale carrada una, de cyconia vel ſtadiva dominica, id eſt, locus, ubi ſtat, quando haurit aquam: quot inas procuraverit, tot ſolidos quinque per annum exigere debet. De tributo debent in anno exire denarii XI. de una Ina, quod ſunt inter tres Inas denarii XXXIII. De caula, id eſt, ſi tota hyeme ſal fieri permittitur, debent in medio Aprili de ſale exire de ina una modii centum, quod fiunt modii CCC.

XLII. De Fagit juxta *Puzol.*

Sunt in *Fagit* manſa integra XV. & dimidium: Manſus indominicatus unus, ubi aſpicit de terra arabili jugera XIX. & jornales quinque, & vinea una. In Puzol vinea una; ad Elemcurt vinea 1. Sunt in ipſa villa ſedilia IX: ſolvit unusquisque denarios IV. qui faciunt ſolidos tres. Hildigerus habet manſum unum; facit jugera tria, corvadas tres, pullos tres, ova XV. Ducit ad Metis de ſale carradam unam, facit XV. noctes; tres dies in ebdomada non facit, ſed, quidquid ei præcipitur, operatur. Annonam & fœnum colligit, panem, & cerviſiam, & wachtas facit.

XLIII. De Puzol.

Eſt in Puzol manſus unus & ſacium unum. Eſt in *Morvilla* manſus dimidius, qui ſolvit ſolidos duos, & non facit aliud ſervitium. Eſt ad *Elemcurt* manſus unus. Omnes iſti ſerviunt, ſicut Hildigerus; excepto de Morvilla. Actio antiqua. Reddiderunt Albricus & Gerbertus de his ſupradictis manſis in *Pozul* ſacium unum, *Adaron* dimidium manſum, & vineam 1. ad Elemcurt, & manſum 1. & in Fagit manſum 1. & illas terras, quas cannavit Tungo cum Johanne, quas habuimus in *Tremer*. Dedit idem Gerbertus Inam 1. cum ſedile in Wihc. Omnia iſta præſcripta, tempore *Faraberti* Abbatis, reddidit Gerbertus coram Ludvino

vino Præpoſito, & Raimbaldo advocato. Reddidit etiam mancipia quindecim. Fidejuſſores ejus extiterunt Tiedericus, Rainardus, Duraſt. Sunt in præfato *Fagit* de terra jornales V, quos tenent præbendarii. Sunt ibi mundiliones VII. quorum hæc ſunt nomina: Eulevertus, Willeram, Bernardus, Roulf, Fulcardus, Seibaldus, Waringus. Solvit unusquisque denarios quinque, qui faciunt denarios *XXXV*. Sunt ibi feminæ V. facit unaquæque in menſe diem unum; in pratum, alium. Eſt in *Wiveley* pratum indominicatum, jugera duo. Ad Cavellion tenent foreſtarii de noſtra terra jornales quinque.

XLIV. De Awans prope Leodium.

Sunt in Awans manſus XLIX. cum manſo indominicato. Solvit unusquisque pro paſto ſolidos duos; pro lino ſolidum unum, pro axilis & ſcindalis denarios quatuor, pro lignario denarios quinque; pro porco donativo denarios quatuor; de ordeo, aut de avena, vel de ſpelta, dat unoquoque anno modios X, pullos 3, ova XV. Materiamen carradas duas. *Summa:* Sunt in Awans manſus 49; ſolvunt libras 9. & ſolidos XVI. Solvunt de annona modios CCCCLXXX, pullos CXLIV, ova DCCXX, Materiamen carradas XLVI. Ex his manſis 49. unum tenet Villicus, miniſter noſtri;

noſtri; alii ſinguli ſolvunt 4 ſolidos & 1. denarium.

De Luncin.

Sunt in *Luncin* (*Francinas*) manſi decem, qui ſimiliter ſerviunt & ſolvunt, ſicut in Awans.

Summa angariarum de Monaſterio ad Prumiam. Ducunt de vino carradas nonaginta quatuor; de annona modios MMMCCL.

§. 1. Cæſarius. Summa angariarum iſtarum. In illis diebus adimplere tenebantur curiæ Eccleſiæ ex illa parte *Kile* circa *Monaſterium*, & *Arwilere*, & *Arre*, & *Rembach*, & *Viterche*, & fines illò conſtitutæ, quæ modo dicuntur eſſe infeodatæ. Dico fidenter, & credo certiſſimè, quod nunquam omnes fuerint infeodatæ, ſed quaſi vi ab Eccleſia abſtractæ, & per incuriam Abbatum, quia amplos terminos habuerunt, neglectæ. Eccleſia enim Prumienſis adhuc modica illa, quæ poſſidet, reſpectu illorum, quæ poſſidere deberet à fidelibus, imò ab infidelibus ſuis, cum ab ea maxima teneant feoda; non prævalet bona ſua quietè poſſidere, & prædam cottidianam de dentibus eorum eripere. Summam Angariarum iſtarum infra copioſiorem invenies. Advocatiam curiæ *Awans* & curiæ *de Sina*, quæ ſita eſt ſuper Moſam, & *Rivin* & *Finpin*, *Comes Namurcenſis* ab Eccleſia in feodo debet tenere.

Etiam non longè de Awans in Hasbania jacet quædam villa. quæ *Bearia* appellatur, quæ attinet cuſtodiæ Prumienſis Eccleſiæ, quam quidam miles tenet minus juſtè.

XLV. De Vilantia.

Eſt in *Vilancia* manſus indominicatus. Aſpiciunt ad ipſum culturæ VII. Prima eſt in rotunda *Haſila;* ubi poſſunt ſeminari avenæ modii X:.... ſecunda dicitur *Merilonis*, ubi ſeminari poſſunt modii..... Tertia eſt ad *Hulſiz*, ubi ſeminari poſſunt avenæ modii CCCC. Quarta in loco *Albieg* vel *Albiegias* dicto, ubi ſeminari poſſunt modii CCCC. Quinta ſita eſt in loco vocato *Rennambarba*, ubi modii CCL. ſeminari poſſunt. Sexta eſt ſecus fontem *Saritla* vel *Scaitla* ad modios LX. Septima eſt in loco, qui vocatur *Ruchengas*, ad modios XXX. Pratum ad carradas centum. Sunt ibi molendina duo, quæ ſolvunt annonæ mixtæ modios XL. Bratſinæ tres, quæ reddunt avenæ modios trecentos; ſilvæ, ad porcos ſaginandos mille. Sunt ibi alii manſi ingenuales quadraginta ſeptem, ex quibus ſunt veſtiti ..... & tres partes manſi, & ſubjacent in his locis.

§. 1. Cæſarius. Nobilis vir *de Cuntz*, qui ibidem eſt advocatus apud *Vilanciam*, tenet ab Eccleſia villam bonam infra terminos ejusdem curiæ, quæ *Oſchamp* appellatur; & allodium

dium illud habet jus patronatus Eccleſiæ ejusdem villæ, quæ terminos habet ſatis amplos.

De Lubin.

In villa *Lubin* habet Amulricus, Ramfridus, Folericus & Helpricus manſum unum: & ſolvent in menſe Decembrio inter illos porcos quatuor, aut denarios XX. Lini *fuſa* (id eſt, *ſpille*) LX. quæ libram unam habebunt in pondere. In menſe Auguſto pro carvadis porcellos IV. aut denarios ſedecim; pullos tres, ova XX, aut avenæ modios duos: faciunt XV. noctes; duas, ubicunque eis præcipitur; arant & ſimant de illorum ſimo jornalem dimidium ad hibernaticam ſationem ad ſingulum ſeminandum, ad *tremenſem* (*) in Martio & Aprili; arant jornales quatuor. Ibi dabuntur eis quatuor panes, & de cereviſia ſextarii IV. Faciunt corvadas duas; ibi accipiunt panes quatuor, & de cereviſia ſextarios duos. Faciunt lignarium unum in longitudine pedum ſex, in altitudine ſtaturam unam, & in latitudine ſimiliter. Faciunt angariam in menſe Majo & Decembri. Si frumentum duxerint aut *ſigulum*, tunc ducit unaquæque carra modios XII; ſi avenam, modios XX. Facit omni hebdomada dies tres. Hoc autem ſcitote, quia in ipſa villa, ſi quatuor homines manſum unum tenent, ſolvunt ſuales quatuor per denarios,

(*) an huc, quod ſupra, in *tramis* C. 36.

narios *XX*; & in Majo si frumentum duxerint, modios XV; hostilitium quatuor per denarios XVII. pullos III. ova *XX*. tractas *XX*, aut avenæ modios II. linum, fusas LX.

§. 1. Cæsar. Quid sit *tractas* & *porcellos*, ignoramus. Scio tamen bene, quod *tractæ* (*) non sunt pisces. *Gallica nomina sunt in curiis*. Cito investigare poteritis. Vel Dominus *Alardus de Urre* dicet vobis, quia ei etiam de Wampach in sua curia solvuntur tractæ.

De Ulsi.

Arnulfus & Grimulfus tenent mansum dimidium; solvunt medietatem: ut *Amulricus Ansierus & Hildefridus, & Vasedellus* tenent dimidium mansum. Solvunt sualem pro denariis XV. & in aliis medietatem, ut Amulricus.

De Fagi.

Austulfus Wenefridus mansum solvunt, ut Helfridus & Waltbertus. Istum dimidium quartarium, quem tenet Waleramnus, auxerunt & Warnarius & Luidvinus Præpositi, jubente beato *Ansbaldo* Abbate, pro quo dedit boves duos.

§. 1. Cæsarius. Temporibus *Ansbaldi* Abbatis pervolavit sagitta de Francia in momento super altare Sancti Salvatoris.

Recen.

(*) forte Tractas vid. Martinii Lexicon, v. tracta.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 10;Leibn. Marg. 10, [734] - 476
PUBLIC DOMAIN

Recenſentur deinde coloni, qui colunt manſos in *Auſt*, in *Lizze*, in *Trancin*, in *Muczi*, in *Hogemunt*.

De feodis Miniſterialibus.

Amulbertus habet in beneficium manſos duos & Jornales octo. Seihardus manſum unum & dimidium. Hatbertus Presbyter manſus tres & capellam unam in *Trancin*.

Abſi homines, qui attinent curiæ.

Abſi homines ex noſtra familia, qui infra poteſtatem noſtram ſine manſis ſunt, ſolvit unusquisque annuatim *Friskingam vervecinam*, pro hoſtilicio denarios quinque; corvadam unam per denarios IV. facit araturam jornalem dimidium. Omni ebdomada diem 1. Si foris poteſtate noſtra ſunt, ſolvit unusquisque denarios XV. *Abſæ* feminæ ex noſtra familia, ſive infra poteſtatem noſtram ſint, ſive extraneæ, ſolvit unaquæque lini fuſa triginta. Homines extranei, qui infra noſtram poteſtatem reſident, ſolvit unusquisque de avena modium unum, pullum 1, ova V; facit in aratura corvadam unam; vadit unum diem cum falce in prato ſecare. Ancillæ autem, quæ ibi ſunt, debet unaquæque ex dominico lino facere camſilem I. aut ſarcilem I. in longitudine cubitos XII. in latitudine duos. Quod ſi hoc non fecerint, ſolvit unaquæque de lino fuſa *XXX*.

Sum-

Summa de *Vilantia.*

Eſt ibi terra dominicata, culturæ ſeptem, pratum ad carradas centum; ſylvæ ad ſaginandum porcos mille; *bratſinæ* (*) tres, quæ ſolvunt avenæ modios CCC. Sunt ibi manſi ingenuales XLVII. Solvit pro hoſtilitio uncias XLVII. & pro porcis in menſe Decembri uncias totidem. De lino libras XLVII. pro corvadis denarios DCCLII, pullos CLIV, ova DCCCCXL, Troctas DCCCCXL, avenæ modios DCCCCXL. Menſe Majo ducunt de frumento modios DCCV. Eſt ibi Eccleſia una, quæ ſolvit libram unam.

§. 1. Cæſarius. Iſtam ſummam ſolvere debent XLVII. manſi. Adhuc autem habemus multa alia jura ibi, de quibus mentio non fit in libro iſto. Omnes villæ ſupra deſcriptæ ſitæ ſunt in ipſo allodio de *Vilantia*, quod valde amplum eſt & magnum, ſicut in authentico legi poteſt. Eccleſiæ reddere deberet ſatis magnum ſervitium ſive tributum.

XLVI. De Malbunbreyt vel *Mabunpret.*

Eſt in Malbunbreyt manſus dominicatus cum caſa & cæteris ædificiis, terra arabili; culturæ XV. Prima eſt juxta fluvium *Ilrta*, ubi poſſunt ſeminari de avena modii LIV. Secunda eſt in *Waldopetias*, ubi poſſunt ſeminari in

(*) domus, ubi cereviſia coquitur, braxatorium.

in autumno modii LXXX. Tertia est *Mannonis* fontana, ad modios LIV. Quarta est in *Curtil* ad modios XXXV. Quinta est in *Vallis*, ubi possunt seminari modii L. Sexta est ad *Noville*, ubi seminantur modii XII. Septima est in *Loganpret*; ibi seminantur modii sex. Octava est ad *Heistras* ad modios XL. Nona ad *Bernerfront* fontana; ibi seminantur modii XXX. Decima ad *Godelarpret* pratum; ibi seminantur modii *XX*. Undecima ad *Amulrico Ladricio*; ibi seminantur modii LX. Duodecima ultra *Wambais*; ibi seminantur modii CX. Tertia decima ad *Materia*; ibi seminantur CV. modii. Quarta decima ad *Suguzin* ad modios XI. Quinta decima ad *Bedeleid*: ibi debuissent seminari modii centum. Est ibi pratum, ubi possunt colligi de fœno carradæ *XXX*. Sylva ad saginandum porcos *XXX*; & exit de ea census XL. modiorum avenæ; item pulli XL. Sunt ibi molendina duo, quæ reddunt de annona mixta modios XL. brat. (*) mod. X. Est ibi molendinum desertum; si restauratum fuerit, similiter reddit. Est *brasina* una; si restaurata fuerit, debet solvere de avena modios L. Est ibi capella una, ubi respicit de terra quartaria tria. Sunt ibi mansa sedecim. Haistolfus tenet mansum unum; solvit pro suali denarios *XV*.

(*) Bracis seu Maltæ, Malz. add. c. 47.

XV. In Majo multonem unum cum lana, aut denarios XV; de lino fusa XL. aut denarios VIII. *Friskingam* porcinam I. aut denarios IV, pullos 3, ova XV, troctas X. aut avenæ modios duos. Arat jornales tres; in foresta-ria avenæ modium unum; à Kalendis Martii per totam sationem arat omni ebdomada III. corvadas diem I. Accipit prævenda in omni corvada panes duos & cervisiæ sextarios duos; & si expiaverit in ipsa corvada, accipit panem I. & cervisiæ sextarium I. Facit angariam mense Octobri cum bobus duobus, & carra ad Musellam. Accipit panem I. & de vino *staupos* duos. Mense Novembri ducit ad Prumen de avena modios X. aut de siclo modios V, & accipit in prævenda panes duos, carnis portionem I, cervisiæ staupos tres. Mense Februario facit dies XV. ubicunque ei præcipitur; accipit panes XII, cervisiæ sextarios IV. Mense Majo ebdomada una accipit panes sex, portiones sex, cervisiæ sextaria duo; & ducit ad Prumen avenæ modios X, aut de siclo modios V. Reliquo tempore facit omni ebdomada dies tres; & quando in *broil* secat, accipit panem unum, carnis portionem unam, cervisiæ sextarium unum. Reliqua mansa serviunt similiter.

De extraneis hominibus & feminis debent exire in argento solidi decem.

Sum-

Summa de *Malbunbreyt*.

Eſt ibi dominicata terra, culturæ XV, pratum ad carradas XXX, ſilva ad porcos XXX, cenſus de ſylva in avena modii XL, pulli XL. Sunt ibi molendina duo; ſolvunt modios XL. Brax. mod. X. bratſina I. ad mod. L. Sunt ibi manſa XVI. Solvunt pro ſuale denarios CCXL, id eſt, ſolidos XX. Muttones XXXII. cum lana, aut denarios CCXL, id eſt, ſolidos XX. De lino fuſa DCXL. aut denarios CXXXVIII, porcellos XVI; LXIIII pullos, ova CCXL, Troctas CLX. In foreſtaria de avena modios XVI. In angaria ducunt de vino carradas VIII; menſe Novembri avenæ modios CLX. aut de ſiclo mod. LXXX. corvadas III. Sunt etiam alia manſa ſervilia IV; ſolvunt pullos IV, ova XX, ducunt avenæ modios XX.

XLVII. De Teveniche Summa.

Eſt ibi terra indominicata, culturæ novem, in quibus ſeminari poſſunt modii ſexcenti de avena: pratum ad carradas centum. Molendina duo; ſolvunt modios XX. & de braz. (*) modios quinque. Sunt ibi manſa XVII; ſolvunt ſuales XVII. aut uncias XVII. De lino fuſa DCLXXX. aut denarios CXXXVI. qui faciunt ſolidos XL. & denarios IV. Pro hoſtilitio de ſiclo modios XVII. Friskingas

(*) Bracis, malz.

porcinas XII. aut denarios LXVIII. qui faciunt ſolidos V. & denarios octo. Pullos LI, ova CCLV, corvadas tres; in Angaria corvadas octo. Ducunt de avena modios CLXX. Eſt ibi manſus unus, qui ſolvit denarios XII.

XLIIX. De Baſtenacke.

Eſt in Baſtenacke terra dominicata, pratum, ubi poteſt colligi de fœno ad carradas ſex. Eſt ibi Eccleſia una, ubi aſpicit de terra jornales XIII. De decima, de annona & fœno duas partes recipit Senior, id eſt, Abbas; tertiam partem vero Presbyter. Similiter de ſepultura & de cenſu regali. Si decima data fuerit de eadem villa Baſtenack, de cenſu colligit in menſe Decembri ſuales tres, per denarios XX. In menſe Majo hoſtilitia quatuor, pullos IX, ova XLI. Gerherus tenet ibi de terra arabili jornales XV. Solvit pullum unum, ova quinque. Arat in Martio jornalem I, & accipit panes tres &c. facit omni ebdomada dies tres.

XLIX. De Wardanc.

Olgaudus pro jornalibus XV. facit ſimiliter; Adulfus & Tetgaudus ſimiliter. Sunt ibi manſi jornales XXX. Eſt ibi baſilica deſtructa à paganis, ubi aſpicit de terra jornales L; ipſam tenet Presbyter. Bertulfus tenet *quartarium* unum, & ſervit ſimiliter. Liecardus quar-

quartarium I, & Walcardus I, & duo quartarii sunt absi.

L. De Longunviler.

In Longunviler est mansus indominicatus sine ædificio; pratum, in quo colligitur de fœno ad carradas quinque. Sunt quatuor *quartarii*, mansus dimidius, Absa terra. Pratum, ubi colliguntur de fœno carradæ X. De terra censita debeant exire denarii....

LI. De Noville.

In Noville est capella una. Decimam ibi accipit Abbas de fœno, annona, censu regali; & de sepulchris accipit Presbyter tertiam partem. Si datus fuerit ipse census, colligit *sontes* tres & medium unusquisque per denarios XX, hostilicia VII. qui colligit solidos III. & medium; Corvadas IIII. quæ colligunt denarios XVI. pullos X. cum ovis CL. De capitane denar. XV. de hoc nihil habemus. Albertus & Hariundus habent *quartale I*; serviunt, ut in Bastenache. Est ibi mansus dimidius, absus, qui nihil servit.

§. 1. Cæsarius. Jus Patronatus Ecclesiæ de Bastenache, Comes *Viennæ* tenet ab Ecclesia, ut puto; tenet etiam alia jura, quæ ibi habere deberemus. *Wardanc*, quæ ibi satis vicina est, si ipse teneat, & *Longunviler* & *Noville*, ignoro; citò poteritis investigare. Jus Pa-

tronatus ejusdem Eccleſiæ tenet à Comite nobilis vir de *Arlencurt*.

LII. De Bure.

Sunt in *Bure* manſi decem. Solvit unusquisque ſualem unum, aut unciam unam; pro hoſtilicio denarios quinque, pro lino denarios XII, pullos tres, ova X. Inter tres ducunt ad Prumiam carradam unam de vino, aut de frumento modios XV, jugera duo, corvadas quatuor; duas XV. noctes.

§. 1. Cæſ. *Bure* ſita eſt non longè de *Remeghe*. Comes etiam *Viennæ* tenet eam ab Eccleſia, & infeodavit eam hominibus ſuis. Præterea tenet idem Comes reditus XV. manſorum apud Remeghe, quos etiam infeodavit.

LIII. De Wambach.

Sunt in *Wampahc* manſi XIV. Solvit unusquisque ſualem unum, aut unciam 1. hoſtilicium, denar. IV. aut de ſiclo modios duos, pullos duos, ova X. De lino libram I, troctas X. Faciunt jugera tria, corvadas IV. claudit perticas IV. in prato, vel in meſſe; panem & cerviſiam facit, & wactas. Colligit fœnum & annonam. In angaria carrum unum. Ducit in *Cubckeme* de ſiclo modios V. aut de avena modios X, duraſtuvas duas; glandium modios V. aut avenæ modios V.

§. 1.

§. 1. Cæsar. *Wampahc* nobilis vir *de Mulberehe* tenet ab Ecclesia, & etiam infeodavit eam. Præterea tenet & alia bona.

§. 2. *Bure* est bona curia, & jus patronatus Ecclesiæ ejusdem villæ; quam villam cum suis appendiciis vir Nobilis *de Vilesrupe* tenet à Comite; ob parochiam vero ejusdem villæ tenentur adhuc annuatim Prumiam cum oblationibus, quas *Ovele* appellamus, venire, vel oblationes mittere; sicut & nostri homines de *Remeche*.

LIV. De Hunlar.

§. 1. Cæsarius. Homines nostri antiquo tempore de *Vilantia* & de *Malbunbreyt* & de *Tevenihc* deduxerunt frumenta nostra de finibus illis apud *Hunlar*; & inde deduxerunt angariæ nostræ circa Prumiam supra nostrum granarium.

Sunt in *Hunlar* mansi XV, solvit unusquisque sualem, valentem unciam unam. De lino libram unam, pro hostilicio denarios IV. aut duos modios de *Rogone*; * pullos duos, ova XII. sive sit integer mansus, sive dimidius; troctas X. quæ pro pastu, qui dandus erat familiæ ex parte senioris, relictæ sunt; Angarias duas, unam de vino, alteram de annona; duas XV. noctes, tres dies in septimana; ducit de ipsa curte modios X, facit jugera tria. Est

(*) Roggen vel Rocken, est secale.

ibi terra indominicata manſorum quatuor, prata ad carradas L. Eſt ibi camba I; debet modios centum, ſi duo brates dati fuerint.

De Godingen.

Sunt in Godingen manſi tres, excepto terra indominicata, & broil I; ſimiliter ſolvunt & ſerviunt, ſicut illi de Hunlar.

Summa de *Hunlar.* Solvit ſuales XII, aut uncias XII, lini libras XII, pro hoſtilicio denarios XVIII, aut XXIV. modios de *Rogone*; pullos XXIV, ova centum quadraginta quatuor, duas angarias, duas XV noctes; jugera XXXVI. Camba C. modios ſolvit, absque eo, quod venit de ipſa curte dominica, & de *Godingen*; ubi ſunt tres, qui ſolvunt, ſicut illi de *Hunlar*.

LV. De Ivernesheim.

§. 1. Cæſarius. Nobilis vir de *Sleide* tenet ab Eccleſia villam unam, quæ *Vulheim* appellatur, quæ non longè eſt ab ipſo caſtro. Nobilis vir de *Dollendorpht* tenet unam curiam, ſimiliter prope ipſum caſtrum *Dollendorff*. Comes de *Wiede* tenet quoddam feudum juxta *Keſslige* in villa, quæ *Staffele* appellatur. Præterea tenet homines aliquot ex alia parte Rheni in ſua Cometia. Comes de *Are* tenet bonum allodium in *Menywelt* (Meyenvelt) quod *Haynbach* appellatur. Præterea tenet inter *Are* & *Nurberch* curtem unam,

unam, quæ *Dreyſſe* appellatur. Tenet etiam juxta *Landeskrone caſtrum regium*, jus patronatus unius Eccleſiæ: puto, quod *Heimersheim* appellatur, ac alios reditus ibidem cum decima. Similiter puto, eum tenere medietatem curtis de *Boppingen*, quæ ſita eſt ſuper fluvium *Kile*. Multa eſſe poſſunt, quæ non occurrunt ad memoriam. Ex quo partem aliquam ſcitis, inveſtigate cætera. Sicut dixit quidam ſapiens: Dimidium, qui cœpit, habet.

Sunt in *Ivernesheim* manſa XXVIII; ſolvunt quisque ſualem, valentem ſolidos duos; In alio anno porcum donativum, valentem denarios CVIII. Scindalos in alio anno ſolvunt univerſim bis mille & ſeptingentos. De lino libras ſimul dimidias XXVII. & totidem Camſiles, pro hoſtilicio denarios CCLXXXII, pullos LXXXI, ova CCCCV; de fimo carradas CCLXX, Jugera XLI; in autumno & verno tempore totidem; Angarias ad Prumiam ad carradas XIII. & mediam. Parant de ſpelta modios CCCCV. Sunt ibi vineæ ad carradas XXX, Sylva ad porcos DC. Pali ad vineam MMDCC. colliguntur ex manſis XXVII. prædictis, & ex terra indominicata, & ex manſo, qui jacet in *Hivernesheim* (vel Ivernesheim) inter Arnaſa & Triſpinich; & in *Ogehereshuſen* & in *Wachendorff* manſis duobus.

Si quis obierit, optimum, quod habuerit, Seniori (Abbati) datur; reliqua cum licentia Senioris & magiſtri diſponit in ſuos.

§. 2. Cæſ. Hæ villæ omnes ſunt ibi ſatis vicinæ. Notandum eſt, quod, quandocunque aliquis, ſive vir ſive mulier, de familia Eccleſiæ obierit absque hærede, quos nos appellamus vulgariter *Barloys*, (fortè *Varloys*) quod Domnus Abbas ad opus ſuæ Eccleſiæ omnia bona ſua debet confiſcare & ſibi colligere.

LVI. De Wingarden;
alibi *Umgarden* legitur malè.

§. 1. Cæſ. Wingarden Canonici Monaſterienſes tenent ab Eccleſia. Sunt in Wingarden manſus X. Solvit unusquisque in cenſu & in omni ſervitio, ut cæteri de *Ivernesheim*. Eſt ibi vinea ad carradas IX, prata ad carradas VI, ſylva ad porcos XX, molendina duo.

LVII. De Eykmeſceyt vel *Eichmeſceyt*;
ſitum eſt prope Monaſterium.

Invenimus in *Eichmesceit* manſa tria & dimidium, & jugera octo. Solvit unusquisque in omni ſervitio & cenſu, ut illi in Ivernesheim; boves in hoſtilicio, de quinque manſis bos unus.

LVIII. De Notine.

Invenimus in *Notine* manſus XVIII. & dimidium, & jugera VIII; ſolvunt & ſerviunt, ſic-

ſicut illi de Iverneſheim. Ex his habet Erleboldus in *Kelichsdorff* manſus tres, qui ſolvunt ſimiliter, ut illi de Notine, excepto porco donativo. Habet etiam in *Beſſich* manſus IV. & dimidium, cum eodem ſervitio. Eſt in *Wiere* manſus unus; terra indominicata in *Kelichesdorph*, & in *Beſſich*, & in *Wiere*, ſunt jugera LVIII. prata ad carradas XXX, ſilva ad porcos CC; & in *Rothendorph* jugera X, & curtilis una. Habet etiam in *Bure* manſos XII.

§. 1. Cæſar. *Reyſſe Comes Juliacenſis* tenet in feodo; & ab eo tenet nobilis vir de *Kerpene*. Nobilis vir Dominus *de Blanckenheim* bona, quæ ſunt in *Wiere*, tenet in feodo, & ab eo etiam in feodo tenentur de aliis villis. Quæ ſequuntur, quis teneat, ignoro; inveſtigate!

De Beneficiis.

Focco habet in *Harlesheim* curtilem unam, & ad porcos 100. ſylvam, & in *Weye* jugera novem, & in Holzheim jugera novem, & in *Wiere* manſus duos, & de ſilva ad porcos C. *Warnarius* habet in *Beſſybc* manſum dimidium, & in *Cinesheym* manſus duos; ſolvit unusquisque de *Flavedesdorff* (forte *Fladesdorff* ſcribi debuit, ſupra *Flavedesdorff*) denarios IX. & carrum I; alia, ut illi de *Notine*. Summa angariarum illarum curiarum, quæ ſunt circa *Monaſterium*, & *Aram*, &

fines illos. Ducunt ad *Prumiam* de vino seu de annona carradas CCL, ad novum *Monasterium* similiter carradas CCL.

LIX. De Honespolt.

§. 1. Cæsar. Honespolt sita est ad dimidium milliare juxta *Arve*. *Comes* etiam *Hostadiensis* tenet eam in feodo.

Sunt in *Honespolt* mansi XXIV. In angaria carradæ XII. Solvit unusquisque in anno sualem, valentem denarios XII; pro hostilicio denarios IV. Solvit libram lini, aut camsilem facit; Pullos III, ova XV. Facit XV. noctes bis in anno, jugera tria, corvadas duas: wactas faciunt, angariam duo inter duos, lectum I. in orto. Clausuram faciunt, coquunt panem & cervisiam; scaram facit, colligit fœnum, & annonam, & vindemiam. Ex his habet Erlebaldus mansum unum, & presbyter I; facit idem servitium. Est ibi terra indominicata, jugera CXLVII, prata ad carradas XX, molendina duo.

LX. De Effelesbure.

Sunt in *Effelesbure* mansi VIII. & dimidius; solvunt & serviunt, sicut illi de *Honespolt*. Solvit unusquisque de fimo suo carradas V. Est ibi terra dominicata, jugera LIII. prata ad carradas X.

§. 1.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 10;Leibn. Marg. 10, [748] - 490
PUBLIC DOMAIN

§. 1. Cæsarius *Effelesbure* sita est satis prope juxta *Are*, quam tenet nobilis vir de *Staleburch*, & ab eo tenet eam filius Theoderici Wareboldi de *Are*. Investigate, cur ille de *Staleburch* non recipiat eam à vobis. Attinet etiam illi curiæ jus Patronatus Ecclesiæ ejusdem villæ.

LXI. De Buezinsvelt.

§. 1. Cæsar. *Buezinsvelt* jacet ante fores *Arre*, quam tenet *Comes Hostadiensis* in feodo.

Sunt in *Buezinsvelt* mansi X; solvunt & serviunt, ut illi de Ivernesheim &c. Est ibi terra dominicata, jugera XXXI. vinea ad carradas IV. quam tenet *Frommuoth*; prata ad carradas XX, silvæ ad porcos XXX, molendinum unum.

LXII. De Keslige.

Invenimus in *Keslige* mansus XXI, in angaria carradas X. Solvit unusquisque pro suale denarios XII. camsiles facit aut solvit denar. XII; facit jugera III, corvadas duas, scindalas 100, angarias duas, unam de vino, & aliam de annona. Pro hostilicio denarios tres, pullos duos, ova X, bis XV. noctes: Lectum unum in orto, clausuram in curte & in campo. Colligit fœnum, & annonam, & vindemiam, wactas facit. Panem & cervisiam faciunt, linum seminat, colligit & parat; & iterum accipit

pit & camsilem facit. Est ibi terra dominicata, jugera CXX. prata ad carradas XX. Silva in communi ad porcos C. Forestum (Kammervorst) in *Cramsceit* ad porcos CL. Pro lignario ducit carradas VIII. de fimo, de curte dominica. Est vinea in *Degerana valle* ad carradas III, quam tenet Frommuod cum homine uno.

§. 1. Cæsar. In *Kesligbe* adhuc tenemus XVI. mansos. Quilibet illorum solvit in festo S. Martini XL. denarios Colonienses in censu, & ad natalem Christi duo maldera avenæ magnæ mensuræ, quæ appellatur *Wisevene*. *Haistaldi* ibidem manentes solvunt X. maldera avenæ hujus magnæ mensuræ. Molendinum solvit XVI. maldera avenæ hujus magnæ mensuræ, sine aliqua expensa. Decima solvit XXXV. maldera magnæ mensuræ tritici, & siliginis, & ordei, vel XL. vel amplius. Præterea solvit LX. vel LXX. maldera avenæ, vel aliquando amplius, vel minus, sicut est de decimis. In *Arwilre* sunt quinque vineæ parvæ illuc attinentes, quæ coluntur ad medietatem: ubi proveniunt quinque vel sexamæ vini, vel circa hoc. Silva, quæ *Camervorst* appellatur, potest reddere circa XX. vel XXX. maldera siliginis, & ordei, & avenæ. Est ibi bona decima lini, & *minuta decima* de quatuor villis; de Poledris, vitulis,

lis, agnis, hœdis, melle, porcellis, anſeribus & pullis. Homines illuc attinentes, qui appellantur *Hovet lude*, alibi commorantes, ſolvunt de capitibus ſuis annuatim, vel circiter hoc, quæ infeodata eſt. Et ſciendum eſt, quod omnes homines, & manſionarii, & *capitales*, quando moriuntur, *cormedas* (*) ſolvunt. Præterea ſunt ibi ſæpe placita veſtra, unde etiam jura proveniunt. Datur etiam ibi aliquid de vino, de decima vinearum, quæ ibi ſunt.

LXIII. De Linde.

Invenimus in *Linde* manſus XXIV. ſolvit unusquisque ſualem, valentem denarios XX, pro hoſtilicio denarios VI. De lino libram unam, pullos duos, ova X, duas XV. noctes: angarias duas, jugera quatuor & dimidium, corvadas duas: ligna, carradas quinque. Coquit panem, facit cerviſiam, ſcaram facit; colligunt fœnum, & annonam, & vindemiam. Clauſuram facit in curte & in meſſem. Wactas facit, in orto lectum unum; colligunt linum & parant. Terra dominicata, jugera XL. ſilva ad porcos XXX.

§. 1. *Linde* etiam diſtat ad dimidium milliare de *Arre*, & tenet eam Comes *Hoſtadenſis*.

LXIV.

(*) vid. Cangiacum v. Curmedia

LXIV. De Cruceberg, quæ jacet in pede montis de *Arre*.

Invenimus in Cruceberg manſos V. & dimidium. Solvit unusquisque ſualem, valentem denarios XX, pro hoſtilicio denarios XII, pro lino denarios VIII, pullos duos, ova X, duas XV. noctes. Jugera tria; panem facit & cerviſiam, corvadas duas. Wactas facit, Clauſuram facit in curte & in campo. Scaram facit, colligit fœnum, & annonam, & vindemiam. Angariam facit integram. Eſt ibi terra dominicata, jugera XXXV. prata ad carradas XV, vinea ad carradam unam.

LXV. De Witzſelle.

§. 1. *Wizſelle* jacet dimidio milliari de *Arre*, quam etiam tenet Comes. Canonici Monaſterienſes patronatum habent eccleſiæ cum decima. Sunt in *Wizſelle* manſi XXXI. & dimidius. Solvit unusquisque ſualem, valentem denarios XII. pro hoſtilicio denarios IV, de lino libram unam, aut denarios XII, aut camſiles facit; pullos duos, ova X, duas XV. noctes. Facit angarias duas, unam de vino, alteram de annona; clauſuram facit in curte, in campo. Panem & cerviſiam facit, Wactas facit; in orto lectum I. Ducit de lignis carradas V, colligit fœnum, & annonam, & vindemiam. Colligit linum, & parant; facit jugera tria, ſcaram facit. Ex ſupradictis man-

manſis habet Ekibaldus manſus tres & jugera XI. & dimidium, & Radolfus habet manſum I. Eſt ibi terra dominicata jugerum CLXXXI. prata ad carradas C, ſilva ad porcos CCC, molendinum unum.

LXVI. De Arwilre.

Sunt in Arwilre manſi XXIX. Solvit unusquisque pro lino denarios XII, pro hoſtilicio denarios VI, pullos duos, ova X, faculas V. tonnam unam, circulos XII. in horto lectum unum, duas XV. noctes. Ducit de fimo carradas XV. panem & cerviſiam facit, jugera duo; clauſuram facit ad curtem & in campo. In altero anno ſcindalas C, palos ad carradas duas; ſcaram facit cum pedibus, Angariam unam, de vino ſitulam unam. Ex manſis ſupradictis ſunt in *Cregellinheim* manſa ſervilia V. Solvit unusquisque de vino ſitulas ſex, pro hoſtilicio, & lino, & fimo carradas V. faculas V, circulos XXXVI. In altero anno ſcindalas C; clauſuram facit in curte & in campo. In horto lectum I. panem & cerviſiam facit, & wactas facit, ſcaram cum pedibus, jugera tria.

§. 1. Cæſ. *Cregellinheim* eſt juxta *Synzeche*; neſcio, quis bona eccleſiæ ibidem teneat. Abbas Goffredus ſacras ædes facit in *Arwiler*. In Arwiler habemus modo tantum VII. feoda parva: quodlibet illorum ſolvit amam vini, &

co-

colit picturam unam ; ubi nos duas partes percipimus ; & pro tunna ſolvit 8 denarios, qui appellantur *Vaspenneghe.* Præterea ſolvit, ut puto, duos denarios, qui appellantur *Herveſtret.* Præterea ſolvit duos denarios ad tectum domus reparandum. Solvit etiam *ſumbrinum* avenæ & pullum. Inter illa ſeptem feoda debent bene colere vineam ſalicam, quæ ſita eſt in monte juxta villam: Solvunt etiam fimum ad eandem vineam. Miniſter noſter ibidem, qui *Bomeſter* appellatur, tenetur de officio ſuo eandem vineam plantare, quod nos appellamus *proffen.* Præterea ſolvuntur ibi & cenſus alii de quibusdam vineis. Summam iſtorum denariorum recipit vindemiator, quem transmittit vinum noſtrum ibidem colligere, quæ ſumma aſcendit ad VII. ſolidos, vel circa hoc; qui denarii vel dabuntur pro vaſis, vel vobis reddentur. Villicus ſolvit de officio villicationis XV. amas vini, unde duæ carratæ ſunt infeodatæ ; & tres amas reſiduas reddet nuncio, qui eo transmittitur. Omnia non poſſum habere in memoria. Quando illuc veneritis, inveſtigate vos ipſi. Meliorem, quam potui, viam vobis præparavi. Denarios illos, qui *Herveſtret* appellantur, vult vindemiarius veſter pro ſuo jure habere; & alios denarios, qui pertinent ad tectum domus reficiendum, ille, qui moratur

tur in domo. Tamen ſummam, quam ſcripſimus ſupra, id eſt, VI. ſolidos, vel circa hoc, vos habebitis, ut prædictum eſt.

Summa de Arwilre & Miniſterialibus.

§. 1. Cæſarius. Juxta *Arweiller* jacet bona curia, quæ continet vineas & agros optimos, quæ appellatur *Walpredeshoven*, quam tenet comes *Hoſtadienſis* ab Eccleſia.

Ex his manſis habet Benno unum cum vinea ad carradas duas. In dominico vinea ad carradas VIII. Eſt in *Arwilre* terra dominicata, jugera L. vinea in *Willolfesdal* ad carradas XVI. In *Calenberch* & *Madenbach* ad carradas *XX*, picturæ ad carradas XXXII. Sunt in totum carradæ LXXVI. Ex manſis dominicatis habet Erleboldus I. cum vineis ad carradas VI. Wernarius manſos duos, cum vineis ad carradas VII. Farabertus manſus V. cum vineis ad carradas..... Adalgerus habet vineam ad carradas duas. Amelgerus manſus duos cum vineis ad carradas VIII. Tegenardus manſus duos cum vineis ad carradas X. & ſitulas XXVIII. Liumundus vineam ad carradas V. Herimundus manſum I. Amandus vineam ad carradam I. Hidulfus vineam ad ſitulas *XX*. Amalgerus ſolvit libram lini; facit jugera tria, facit ſcaram.

De Ara.

Invenimus in *Ara* ſilvas communes ad porcos CC. Eſt præterea manſus unus, quem

tenet Benno & Geldradus, & ſolvunt ex eo libram unam lini; facit jugera ſex. Solvit Geldradus porcum, valentem denarios ſex, pullum I, ova VI, XV noctes, ſcaram facit, panem & cerviſiam facit, clauſuram facit in curte & in campo, angariam facit. Eſt ibi vinea una in *Falaveja* ad ſitulas XV. quam tenet Radolfus.

LXVII. De Elſaffe.

§. 1. Cæſarius. *Elſaffe* ſita eſt juxta *Blankenberch* caſtrum *Comitis Seynenſis* ex illa parte Rheni, quam tenet nobilis vir de *Oytingenbach* ab Eccleſia. Sunt in Elſaffe manſus quinque; ſolvit unusquisque pro hoſtilicio denarios ſex, pullos duos, ova X. Camſilem facit, aut ſolvit denarios III. duas XV noctes, ſcaram facit, colligit annonam & fœnum; panem & cerviſiam facit, angariam unam ad *Bacheim*. Vigilat ad curtem dominicam. Ex his manſus unus ſolvit ſolidos quinque, & nullum aliud ſervitium facit. Eſt ibi terra dominicata, jugera XIX, prata ad carradas X, ſilva communis ad porcos DC. quæ in contentionem eſt.

LXIIX. De Munichuſen.

§. 1. Cæſar. *Munichuſen* ſita eſt juxta *Rembahc*: tenet Comes *Hoſtadienſis*.

Invenimus in Munichuſen manſus V, ſolvit unusquisque pro ſuale denarios XX, pro hoſtilicio denarios VI. Camſiles facit, aut ſolvit denarios

narios XII, pullos duos, ova X, jugera tria, corvadas II, duas XV noctes; de ligno carradas V. panem, & cervisam, & wactas facit, scaram pedestrem, angarias duas; colligit fœnum, & annonam, & vindemiam, & linum, in orto lectum. Clausuram in curte & in campo facit. Est ibi terra dominicata, jugera XL. silva ad porcos L.

LXIX. De Methenheim.

§. 1. Cæs. Sita est ibi prope; nescio, quis eam teneat. In *Methenheym* sunt mansus duo; solvit unusquisque pro suale solidos duos, pro hostilicio denarios sex, libram lini; aliud servitium, sicut illi de Munichusen. Inter *Aldendorph* & *Adelesdorph* mansus unus; solvunt illi, qui mansum illum tenent, pro hostilicio & suale denarios XV. & libram lini, & in Majo arietem unum; pullos duos, ova X, & reliquum servitium. In *Wintre* est mansus dimidius cum eodem servitio; & inter *Wintre*, & *Uncule*, & *Adelesdorph* habet Hubertus vineas ad carradas quinque; & in *Eckendorph* jugera IV. Hæc, quæ superius descripta sunt, in *Linde*, & *Munichusen*, & *Eckendorph*, & *Uncule*, & *Wintre*, & *Aldendorph*, & Adelesdorph & *Witerghe*, tenet idem Hubertus in beneficio mansus XXIV. & dimidium.

§. 1. Cæs. Hæ villæ sitæ sunt supra Rhenum, vel ibi satis propè.

LXX. De Rethersdorff.

§. 1. Cæsar. *Retersdorff* est supra Rhenum juxta Drakenfels, (*Drakenviles*) quam tenet *Comes Clevensis* ab Ecclesia. Tenet etiam apud *Worst* juxta *Deventre* decimam ejusdem curtis, quæ est satis opima. Præterea super omnia bona nostra, quæ habemus in Episcopatu Trajectensi, tenet advocatias, excepta Frisia. Sunt in *Retersdorff* mansus septem. Ex his sunt ultra Rhenum mansus IV. & ex hac ripa tres. Solvit unusquisque ultra Rhenum de vino situlas XXIV, pullos tres, ova X, circulos XXIV, faculas V, scindalas XXXXX, palos carradas quinque, de fimo carradas X; duas XV noctes, *scaram* facit *cum nave* bis in anno ad S. Gosrem, sive ad *Dusburch*. Sunt alii, qui solvunt unusquisque de vino situlas XII. cum servitio reliquo. Ex hac ripa est unus, qui solvit de vino situlas XXIV. *scaram cum pedibus*, in orto lectum I, wactas facit, panem & cervisam facit; Colligit fœnum, & annonam, & vindemiam. Claudit in curte & in campo; jugera facit. Est ibi terra dominicata, jugera XXIV. Vineæ ad carradas XII. Sunt in *Wintre* vineæ ad carradas duas. Ex supradictis mansis habet Ruopoldus unum, qui solvit situlas XXIV, Vineas ad carradas IV.

LXXI. De

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 10;Leibn. Marg. 10, [758] - 500
PUBLIC DOMAIN

LXXI. De Babcheim juxta *Gudensbergh.*

§. 1. Cæſ. Nobilis vir *de Blanckenheim* tenet iſtam curiam. Præterea tenet patronatum unius Eccleſiæ apud *Olderdorph* juxta *Rembach* cum aliis reditibus. Ibidem tenet etiam ſuper *Kilam* fluvium villas quasdam, id eſt, *Poppingen, Pellinheim, Vorſt.*

Invenimus in *Babcheim*; Othbertus manſa IX. & dimidium. Solvit unusquisque in anno pro hoſtilicio denarios XII, camſiles facit, aut ſolvit denarios VIII. Super annum alterum porcum unum, valentem denarios XII, pullos tres, ova X, ligna ad carradas V, XV noctes ter in anno. Coquit panem & cerviſiam facit, jugera tria. Claudit in curte & in campo; angarias duas: Vigilant ad cortem dominicam. Lectum I. in horto, corvadas duas, ſcaram facit. Colligit fœnum, & annonam, & vindemiam. Eſt ibi terra dominicata, jugera XLV, prata ad carradas V, vineæ ad carradas V, ſylva ad porcos XXX. Eſt ibi molendinum unum, quod ſolvit modios XXX. Habet Presbyter in *Liezheim* manſum I. & in *Bacheim* jugera V; de terra & vinea ad carradas III. Brimfridus habet inter *Ratalis villam* & *Vilippe* jugera XV. & in *Arwilre* vineam ad ſitulas XIII.

LXXII. De Unckele. Est juxta *Retersdorff*, nescio, an eam quoque teneat *Comes Cleve.*

Præsumtio.

Sunt in *Unckele* mansus sex: solvit unusquisque de vino situlas VI, pullos duos, ova X, circulos XII, faculas XII, jugera unum & dimidium. In orto lectum unum. Claudit in curte, scaram facit, cum nave ducit, de fimo carradas V. Ex his mansis habet Rotoldus unam, & Wernarius I. Wernarius habet vineas in *Unckele*, & in *Emzfelt*, & in *Milenheim*, & in *Dettendorph* ad carradas V. & situlas XX; & Mansum I. tenet in *Mylenheim*, qui solvit ei solidos V. Ruotbaldus habet in *Mickele* vineam ad carradam unam & mediam. Remfridus Præpositus habet vineas ad carradas tres, & in *Badendorph* & *Godenbergh* ad carradam unam; Willibertus ad carradas tres, & in *Wintre* ad carradas V. Vothilarius habet vineas inter *Unkele*, & *Pissenheim*, & *Wintre* picturas duas, ad carradas tres. *Balduibis* habet in *Wintre* ad carradam I. & in *Catzbach* ad carradas tres. Lambertus habet in *Unkele* vineam ad carradam I. Est in Dominico tantum ad carradas IV. & in *Wintre* ad carradam I. Focco habet in *Remagen* & in *Belnere* mansum I. & in *Remagen* vineam ad carradam I; & solvit ille, qui mansum tenet, solidos IV. Est in *Liezheim* mansus unus, qui solvit, ei sicut illi

de

de *Bacheym*. Inter *Liezheim* & *Mylenheim* vineas ad carradas tres.

LXXIII. De Vilippe juxta *Gudensberg*, quam tenet Comes *Hoſtadienſis*.

Sunt in *Vilippe* manſa XI. ſervilia : ſolvit unusquisque pro ſuali unciam I. In altero anno *porcum donativum*, valentem denarios XII, pro hoſtilicio denarios XV, pullos tres, ova XV. Tres quindecim noctes. Camſilem facit, aut denarios ſolvit VII, jugera duo, corvadas duas, angarias duas ; Panem & cerviſiam facit, de ſimo carradas V; claudit in curte & in campo, in horto lectos duos. Ex ſupradictis tenet Presbyter manſos V. ſolvunt ei, ut ſupra, & ſerviunt. Eſt ibi terra dominicata, jugera XXXV. prata ad carradas VI. Silua ad porcos CCC. De ſylva eadem habet Presbyter ad porcos CL. Sunt ibi molendina duo; ſolvunt modios XL.

LXXIV. De Einclo.

Sunt in *Einclo* manſi XII : ſolvit unusquisque pro ſuali denarios XII, donativum porcum, valentem denarios IV, pro lino denarios VII, pro ligno denarios III, pullos III, ova XV, tres XV noctes, jugera III, angar. I, corvadas II, ſcar. facit. Colligit annonam, in horto lectum I, claudit in curte & in campo ; panem, & cerviſam facit, & wactas. Eſt ibi terra dominicata, jugera LXXVI, ſylva ad porcos DC.

LXXV. De Vogelbergh.

§. 1. Cæſ. Hæ villæ *Einclo* & *Vogelbergh* ſitæ ſunt ex illa parte Rheni juxta clauſtrum ordinis Ciſtertienſis, quod vocatur *Vetus-mons*, ad dimidium milliare. Quis eas teneat, ignoro. Clauſtrum non longè diſtat à *Colonia*: ad illos enim pertinet jus patronatus unius Eccleſiæ.

Sunt in *Vogelbergh* manſi XI; ſolvit unusquisque pro lino denarios VI, pro ſuali uno anno denarios XII, altero anno denarios IV, pullum I, ova V, ſcaram facit, jugera tria, corvadas duas, tres XV noctes; Claudit in curte & in campo, colligit annonam, angaria I. Qui hæc ſolvunt, ſunt manſus quinque. Alii ſex ſolvit unusquisque pro lino denarios tres; omni anno pro ſuali denarios quatuor, pullum I, ova V; aliud ſervitium, ut ſuperius. Eſt ibi terra dominicata, jugera LX. Exceptis his manſis, tenet Presbyter manſum unum.

LXXVI. De Bachheim.

Sunt in *Bahcheim* manſi XIV; ſolvit unusquisque pro lino denarios XII, aut camſilem facit. Ligna carradas V. pullos duos; ova X, jugera duo: panem & cerviſiam facit. Claudit in curte & in campo, wactas facit, colligit annonam & fœnum, corvadas duas, angariam unam, in orto lectum I. In ebdomada facit tres dies. Eſt ibi terra dominicata, jugera

LXIIII,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 10;Leibn. Marg. 10, [762] - 504
PUBLIC DOMAIN

LXIIII, prata ad carradas XXX, ſylva ad porcos X. Molendinum I: ſolvit modios XXIIII.

§. 1. Cæſar. *Comes Juliacenſis* tenet bonam decimam in iſta parochia in villa, quæ *Perne* appellatur. *Eppendorph* Arnoldus de *Gimmenich* aſſignavit D. Abbati *Joffrido*, & Monaſterio ſuo Prumenſi; XXX. jurnales: XVI. inter *Heide* & *Brademer* ex una parte, & XIV. ex altera; & aream ad domum faciendam juxta fabricam. Pro XL marcis ab eodem Abbate dicta area datur & ſolvitur; & in perpetuum in feodo tenenda Prumenſ.

LXXVII. De Juſtene.

Sunt in *Juſtene* manſus XXVI. ſolvit unusquisque in anno pro hoſtilicio denarios XII, pro lino denarios XII. In altero anno porcum donativum, valentem denarios XII, de ordeo modios VI, ligna carradas V, pullos III, ova *XV*, tres dies in ebdomada, jugera tria, corvadas IV, vervecem I. valentem denar. VIII. cum agno, ſi noſtram feminam habet. Claudit in curte & in campo, angar. I. Inter duos axiles C; panem & cerviſam facit. Ex his manſis habet Presbyter tres. Sunt etiam ex his prædictis manſis ſervilia duo, quæ non ſolvunt, niſi linum & pullos. De ipſis ſupradictit manſis ſunt Abſa *X.* & *XII.* reſtant, quæ præ nimia paupertate non ſerviunt, neque ſol-

vunt. Est ibi terra dominicata, jugera *CCXX*, silva ad porcos C.

§. 1. Cæs. In partibus inferioribus habemus sex curias integras, id est, *Justene*, *Lunthe*, *Kembahc*, *Keslige*, & *Vitriche:* numerantur pro una. Villicus Monasterienſis tenet *Tundorph*, *Ivernesheim* & *Notinc*, quæ numerantur pro duabus. Quælibet istarum dabit fratribus ad Natalem Domini unum salmonem capitalem, vel solidos *X.* Colonienses. Ad Pascha similiter, & in festo S. Jacobi, *quando dedicatio est Ecclesiæ*, dabit eis *sturionem*, vel solidos *X.* Colonienses. Præterea dabit quilibet villicus ad quodlibet festum istorum octo denarios Colonienses, pro *minuta justitia*, quæ pertinet ad *artocreas* fratrum, tam Monachorum quam Clericorum. Similiter solvet quælibet curia ad natalem Domini Cellerario Fratrum ad eorum infirmatorium duos porcos saginatos ad opus Fratrum infirmorum. Et sciendum est, quod per totam Abbatiam ita est ab antiquo constitutum, quod, ubicunque vel salmones, vel porci, vel angariæ, vel quicunque redditus positi sunt ad redemtionis summam; quod in voluntate erit Ecclesiæ, vel ipsas res, sive redemtionem in tempore recipere. Scire debet Cellerarius, quod curiæ præfatæ & salmones, & sturiones, & porcos suâ vecturâ & expensâ sibi debent imputare.

tare. Præterea tenetur quilibet villicus Dn. Abbati quolibet anno duas marchas perſolvere, quæ marchæ appellantur *Natſelide*. Præterea ſolvet ei, ad quodlibet feſtum iſtorum trium, quatuor talenta piperis, & totidem talenta ceræ, & duas pelles de *corduano*, quæ *buccheshude* appellantur, ut inde fiant *ſoculares* (*) ſuis capellanis. Hæc eſt conſtitutio antiqua.

Summa.

Sunt ibi manſa XXIIII. ſolvunt pro hoſtilicio ſolidos XXII, porcos totidem donativos, aut ſolidos XXIV; de ordeo modios CXLIV, ligna ad carradas *CXX*, verveces *XXIV*, aut denarios *CXCII*. Sunt ibi manſa ſervilia duo, quæ non ſolvunt, niſi linum & pullos. Terra dominicata, jugera *CCXX*, prata ad carradas *XXX*, ſilva ad porcos C.

LXXIIX. De Gunnesdorpht.

§. 1. Cæſ. *Gunnesdorpht* tenet Comes *de Seyne* de Eccleſia, & eſt ſita ſatis propinqua *Linneche*. Prædictus Comes Seynenſis tenet unam villam ſuper fluvium *Kila*, quæ *Curtle* appellatur. Sunt in Gunnesdorpht ſimiliter cum terra dominicata manſi VII. quæ adhuc ſunt abſa. Eſt in *Ertillenbach* manſum I. etiam *abſum*. Eſt in *Paterne* molendinum unum cum dimidio manſo. Et in *Linneghe* manſum dimidium *abſum*.

LXXIX.

LXXIX. De Bale vel Balihc.

§. 1. Cæsarius. Similiter ista etiam curia ibi in vicino sita est. Quis eam teneat, nescio. Scio tamen, quod *Comes Juliacensis* jus patronatus cum decima tenet unius villæ, quæ *Barme* appellatur, & est sita juxta *Linniche*.

Sunt in *Balihc* (*Bala*) mansa sex, similiter cum terra dominicata. Sunt etiam in *Berhc* tria mansa; & in *Obendorph* mansus I. & inter *Alma* & *Berhc* silva ad porcos CCC. Est ibi *Barme* l. cum tribus mansis, etiam *absis*.

LXXX. De Betbure.

§. 1. Cæs. *Betbure* & *Hertene* etiam sitæ sunt satis prope ibidem. Nescio, quis eas teneat; puto tamen, quod sint in feodo *Comitis Seinensis*, quod ab eo tenet nobilis vir de *Milendunck*.

Sunt in *Betbure* & in *Safla* mansa XII: solvit unusquisque sualem, valentem denar. XII; & in alio anno porcum donativum, valentem denar. IV. De lino libram I, pullos tres, ova XII, panem, & cervisam, & wactas facit. Pro hostilicio denarios XII, tres dies in ebdomada, angarias ad *Aram* & *Aquisgranum*; claudit in curte & in campo. Ligna ad carradas 5, jugera 2, corvadas 2; in orto lectum I, de fimo carradas XII, scindalas C. Est ibi terra dominicata ad mansa XII. sine illis, quæ descripta sunt supra, silva ad porcos C.

§. 1.

§. 1. Cæſ. Nobilis vir de *Ramdenrode* infeodatus eſt de curia de *Linighe*, & de terminis, quos in vicinia illa habemus. Similiter Dominus Conradus *van der Dicke*. Similiter & alter quidam nobilis homo de *Bremeit* Comes etiam de *Molbahc* erat homo Eccleſiæ; neſcio, ubi feodum illud jacet, quod ipſe tenuit. Puto tamen, quod tenet curias, quas ibidem ex antiquo Eccleſia poſſedit; & puto, quod feodum ſuum bene reperietis. Conſtat enim mihi, eum fuiſſe hominem Eccleſiæ. Ipſæ etenim curiæ cum terminis ſuis ſatis expreſſe in libro hoc ſunt ſcriptæ.

LXXXI. De Hertene.

§ 1. Cæſ. Hoc, quod præfatus ſum de *Betbure* & *Hertene*, hoc etiam dico de *Bundene* & *Ockerenburgh*.

Sunt in *Hertene* manſa XII; ſolvit unusquisque & ſervit, ſicut illi de *Betbure*, excepto, quod pro hoſtilicio ſolvit denarios VI. & de lino fuſa XL. Sed quod pejus eſt, nullus habitat in *Hertene*.

LXXXII. De Budende vel *Bundene.*

Sunt etiam in *Budende* manſi VIII. etiam ipſa inter *Betbure* & *Hertene*, ut ante dixi. Terra dominicata, manſi XII.

LXXXIII.

LXXXIII. De Okeninburghe vel *Ockeynburhe* (forte Okerrenburg.)

Sunt in *Okeninburhe* manſa X; ſolvit unusquisque libram unam lini, pullos 3, ova X, tres dies in ebdomada, panem & cerviſam facit. Claudit in curte & in campo. Jugera 3, prata ad carradas X. ſilva communis ad porcos M. Colligunt prædicti homines fœnum & annonam, & ducunt.

In *Betbure* ex manſis præſcriptis habet Presbyter unum manſum & dimidium. Sunt ex his manſa XV, qui ſolvunt *parafredos*. Sunt etiam manſa ſervilia 7, quæ ſolvunt pro lino denarios XII, & in Majo aietem I, valentem denarios VI; pullum I, ova V, jugerum I, carvadas 3. & aliud ſervitium, ſicut alii. Sunt in ſumma manſa XXXIIII. Ex ſupradictis tenet Presbyter manſa IV. & ſervilia tria, & Hillibertus duo; & ſunt abſa IV. & X. Eſt ibi terra dominicata, *jugera L, quæ faciunt manſa V*, prata ad carradas C. Silva communis ſufficienter. Sunt ibi molendina duo, quæ ſolvunt modios LXX.

LXXXIV. De Linneghe.

Sunt in *Linneghe* manſi XXXVII. Solvit unusquisque pro ſuali denar. XII, pro hoſtilicio denarios XII, libram lini, aut denarios XII, pullos III, ova X, de ligno carradas V, duos dies in ebdomade; panem & cerviſam facit.

Clau-

Claudit in curte & in campo jugera duo,& jornales duos. Corvadas tres, angariam unam, in orto lectum I, colligunt fœnum & annonam.

LXXXV. De Langenacher.

§. 1. Cæsar. Langenacher non multum distat à *Kerpene* juxta Coloniam. *Canonici* etiam *Kerpenses* emerunt eam, ut dicitur, contra *militem*, qui eam tenuit ab Ecclesia, qui vocabatur *Godefridus Colvo*, & erat natus *de Bassenheim*, ut puto.

Sunt in *Langenacher* mansi 4. & dimidius. Ex his solvunt 3. Unusquisque sualem, valentem denar. XIV, libram lini, pro hostilicio denarios XII, pullos V, ova XV, de ligno carradas XV. jugera 3, corvadas 2, duas XV noctes angar. I. panem & cervisam facit. Claudit in curte & in campo, in orto lectum I. Alius mansus & dimidius solvit linum similiter; pullos tres, ova X; aliud servitium, ut cæteri. Est ibi terra dominicata, jugera L, prata ad carradas XV, silva ad porcos C, molendinum I.

LXXXVI. De Juhggende vulgo *Jüggen.*

§. 1. Cæs. Juhggende non longè distat de *Linnighe* in una vicinia, quæ appellatur *de Mule:* & tenet eam *Comes Seynensis*, & ab eo tenet eam nobilis vir de *Mulendunhc.*

Sunt in *Juhggende* mansi XV, solvit unusquisque in anno solidos III. & libram lini,

pullos

pullos duos, ova XX, jugera III, tres XV noctes. Est ibi terra dominicata, jugera C, silva ad porcos. Claudit in curte & in campo, colligit annonam & fœnum.

LXXXVII. De Ludensheim.

§. 1. Cæs. Ludesheim non longè distat de *Tulpeto*, & tenent eam *Canonici S. Mariæ in Prumia.* Sunt in *Ludesheim* mansi 3. Solvit unusquisque de ordeo modios VII. & sextarium (seester) unum, libram lini, aut denarios XII, pullos III, ova X; de ligno carradas V, duas XV noctes, tres dies in ebdomada; panem & cervisam facit, jugera 3, corvadas 2, angarias 2; claudit in curte & in campo, Wactas facit. Est ibi unus mansus, qui solvit tantùm solidos tres, scaram facit, lectum I in orto. Est ibi terra dominicata, jugera XL. prata ad carradas VIII, molendinum unum.

LXXXVIII. De Kerpene.

§. 1. Cæs. Kerpene sita est juxta Coloniam ad duo milliaria, ubi habitant Canonici; & bona vestra ibidem tenet Comes *Hostadiensis*, & ab eo tenent heredes Garsilii *militis*, qui erat ministerialis Ecclesiæ.

Est in *Kerpene* mansus unus & jugera XII. Mansus solvit solidos V. Baldricus habet in *Kerpene* mansum I. & jugera XI; Farambertus habet in *Horeym* mansus 3. Solvit unusquisque libram lini, pro suale denarios XV,

pro

pro hoſtilicio denarios IX, pullos 3, ova X, jugerum facit & corvadas, tres dies in ebdomada. Claudit in curte & in campo, wactas facit in dominico. Eſt ibi terra dominicata, jugera *XXX*, prata ad carradas *XX*, ſilva ad porcos C.

LXXXIX. De Witesheim, Wizersheim, *Vizersheim.*

§. 1. Cæſ. *Wizersheim* non longè diſtat à Kerpene, quam tenent *Canonici Monaſterienſes.* Comes Juliacenſis tenet advocatiam.

Sunt in *Wizersheim* manſi VII: ſolvit unusquisque & ſervit, ſicut illi de *Reynbach.* Eſt ibi terra dominicata, jugera LXX, prata ad carradas *XX.*

§. 2. Cæſ. Sciendum eſt, Dominum *Gerhardum* bonæ memoriæ Abbatem temporibus Domini *Henrici* Imperatoris & D. *Adolphi* Archiepiſcopi Colonienſis, quoddam allodium ac firmitatem, quæ *Kente* appellatur, ſitum ſuper fluvium *Arlafæ* (forte Arnafæ) non longè de Colonia, pro magna pecuniæ ſumma emiſſe, atque illud dilecto ac fideli ſuo H. Comiti de *Seyne* in augmentum feudi ſui conceſſiſſe. Præterea ſciendum eſt, eundem Abbatem Illuſtri viro *H. Duci de Limburg* allodium quoddam, quod *Ambele* appellatur, item pro magna ſumma pecuniæ emiſſe, & præfato Duci & ſuis hæredibus idem allodium in feo-

dum contuliſſe. Nec illud oblivioni tradendum eſt, quod cum *Advocatia S. Goaris* cum ſuis appendiciis, mortuis hæredibus, literâ ad ſæpe dictum Abbatem perveniſſet, & ipſe cum tali feodo ſuam voluntatem de jure facere potuiſſet; quod conventio talis inter eum & Comites de *Caſſenelbogen* & *Hoynſten* facta ſuit, quod ipſi ei & Eccleſiæ Prumienſi allodium eorum, quod *Kumklenbach* appellatur, cum ſuis appendiciis coram multis teſtibus tradiderunt; & ſic advocatiam S. Goaris cum ſuis appendiciis, atque præfatum allodium *Kumkelenbach*, in feodum perceperunt.

XC. De Encene vel *Enſene.*

§. 1. Cæſ. Enſene ſita eſt juxta *Jercene* prope *Tulpetum*, & tenet eam Abbas *Sibergenſis*. Quomodo Eccleſia illa bona veſtra poſſideat, ſcio in parte; ſuo tempore vobis narrabimus.

Sunt in *Encene* manentes novem. Solvit unusquisque pro lino denarios VI, pullos II, ova X; facit jugera tria, claudit in curte & in campo. Angarias duas ſolvit, de fimo carradas V. Colligit annonam, & fœnum, & vindemiam. Panem & cereviſiam facit. Terra dominicata in *Encene*, in *Langendorpht*, in *Arwilre*, in *Civirnihc*, in *Godesdorph*, jugera XXXVIII. XV. noctes facit in anno. In horto

facit

facit lectum I. Balduicus habet in *Sivirnihc* (Civirnihc) manſus 2.

XCI. De Sconouhe (*Sconoviſe* alibi ſcribitur.)

§. 1. Cæſar. *Sconouhe* ſita eſt non longè à Monaſterio, quam tenent *Comites Viennenſes* & *Juliacenſes*. Attinet etiam eidem curiæ jus patronatus Eccleſiæ ejusdem villæ, quod tenent prædicti Comites, vel alter eorum pariter cum decima.

Sunt in *Sconouhe* manſa tria & jugera novem. Solvit unusquisque ſualem, valentem denarios XII, facit camſilem. Pro hoſtilicio denar. 3, pullos 2, ova VIII. Facit jugerum I, corvadas 2, ſecant fœnum & colligunt. Ad annonam quotidiè mancipium I; panem & cerviſam facit, ſcaram ſimiliter, ut illi de *Ivernesheim*, linum, duas XV. noctes. Angaria de *Ara* ad novum Monaſterium, & de *novo Monaſterio* ad Prumiam. Excutiunt annonam, in orto faciunt lectum unum.

XCII. de Malberhc.

§. 1. Cæſar. *Malberch* eſt ibi ſatis prope, quam tenet *Comes Juliacenſis*, & nobilis Vir *Volcoldus* de *Burc* tenet eam ab eo.

Invenimus in *Malberhc* manſos IV. & dimidium. Solvit unusquisque de dimidio manſu pullos duos, ova X, denarios VI; aut facit cambſilem medium. Facit jugera duo,

corvadas duas, angarias, ut illi de *Sconoube*, & ſcaram. Terra dominicata, jugera LXXIX, prata ad carradas VIII, ſilva ad porcos 300. De prædictis manſis tenet Hardridus manſum I. qui ſervit, ut ſupra.

XCIII. De Rodenre, alibi *Rodeme*.

§. 1. Cæſ. *Rodenre* Dominus de *Blanckenheim* tenet, quæ non longè ſita eſt de *Stenvelt*.

Sunt in *Rodenre* manſus V, & ſerviunt, ſicut illi de *Notine* & *Iversheim*. Solvit unusquisque pullos 2, ova X. Terra dominicata, jugera V. *Sarcum* (novale) ubi ſunt jugera VI. & dimidium. Silva ad porcos *XXX*, prata ad carradas VIII.

XCIV. De Rore.

Similiter tenet *Rore*. Sunt in *Rore* manſus IX. & dimidius, & ſerviunt, ſicut illi de *Iversheim*. Prata ibi ſunt ad carradas *XXX*, ſilva ad porcos CC.

XCV. De Viterghe.

§. 1. Cæſ. Conſtat etiam, *conventum Monaſterienſem* ab Eccleſia Prumienſi à primis fundamentis fundatum eſſe, & eundem conventum à nobis octo matrices Eccleſias pariter cum decimis poſſidere, quarum Eccleſia in *Rembahc* eſt una. Præterea tenent à nobis bona alia plurima. Unde ejusdem conventûs Canonici Domino Abbati atque Eccleſiæ Prumi-

Prumienſi ſubjecti eſſe debent, & Capellani; & non ſolùm *Monaſterienſes*, verum etiam Canonici *S. Goaris* atque Prumienſes.

Sunt in *Viterghe* manſus XXXVI. Ex his manſis habet Walbertus unum. Solvit in altero anno denarios XII, porcum donativum pro denariis VI. Facit jugera 3, ſcaram facit, pullos 3, ova XV. Ex his habet Erleboldus manſus duos, & ſolvit ſolidos duos. In altero anno porcum donativum, valentem denarios XII. Jugerum facit & ſcaram, & pullos, & ova. Adalbaldus habet manſum unum, qui ſervit, & ſolvit, ut Walbertus. Rodowicus habet manſus ſerviles V; ſolvit unusquisque denarios XII, pullos tres, ova XV, tres dies in ebdomada; jugerum facit, panem & cerviſam facit, ſolvit ſcindalas C. Sunt manſus XI, qui ſolvunt unusquisque ad miſſam S. Martini denarios VI, ad natalem Domini denarios XII, duas XV noctes, pullos 3, ova XV, angarias duas; panem & cerviſam facit, & ſcaram facit, jugera 3. Claudit in curte & in campo, wactas facit. Colligit annonam & fœnum. Sunt alia manſa VII. cum eodem ſervitio & cenſu, ſed ſcaram non faciunt. Benno manſum I, Baluicus manſum I, Hubertus manſum I, Wernarius medium. Roodowihc habet jugera LXXIII. Eſt ibi terra dominicata, jugera CXII, prata ad carradas *XXX*, ſilva ad

porcos CCC. Molendina 2. Unum solvit modios *XXX*. Sunt in *Burvenich* jugera XVI, quæ tenet Luimundus. Rodowicus habet prata ad carradas *XXX*.

XCVI. De Bulgensheim.

§. 1. Cæs. *Bulgensheim* est juxta stratam, quæ de Monasterio ducit Coloniam; quam tenet *Comes Seynensis*, & ab eo tenet eam Dominus de *Mylendunch*. Sciendum est etiam, Comites *Seynenses* jus patronatus quatuor vel V. Ecclesiarum à nobis cum decimis suis habere; quarum *Juggende* est una, *Bulgensheim* alia, tertiam & quartam non habeo in memoria, præsumo tamen, vel *Betbure* vel *Cherenberhc* esse matricem Ecclesiam, vel utrasque esse matrices Ecclesias. Sunt in *Bulgensheim* mansus VII; solvit unusque ad natalem Domini denarios XV, pullos 3, ova X. In altero anno porcum donativum, valentem denarios IV. Angariæ duæ, jugera tria, tres XV noctes. Colligunt annonam & fœnum, Claudit in curte & in campo, in orto lectum I, scaram pedestrem facit. Ex his habet Presbyter mansum I, Farabertus duos, & jugera VI. Reinaldus mansum I. Est ibi terra dominicata, jugera XCI, Molendina duo, quæ solvunt modios LX; silva ad porcos X. Est adhuc mansus I. in *Dreysse*, quem colit Wernarius, qui solvit in anno solidos IV. Forestum I. ad porcos CC.

In

In *Beppenboven* manſus dimidius, qui cuſtodit foreſtum.

XCVII. De Rembahc.

Sunt in *Rembach* manſi XLIX; ſolvit unusquisque ſualem, valentem ſolidos duos, libram lini, aut camſilem facit. Pro hoſtilicio denarios VI; in altero anno porcum donativum, pro denariis IV. Altero anno ſcindalas C, pullos 3, ova X; de fimo carradas X. Facit jugera V, corvadas II, angarias 2, panem & cereviſiam facit; Claudit in curte & in campo, ſcaram facit, ubi ei præcipitur; wactas facit, duas XV noctes. Ex his manſis ſolvunt XVIII. *ſaniſugas:* unusquisque 30 parafredos dant, colligunt fœnum, & annonam, & vindemiam. Colligunt linum & parant. Sunt ex ſupradictis manſis ſervilia V, quæ faciunt in orto lectum I, tres dies in ebdomada, pullos duos, ova V. Camſilem facit, jugera tria. Ex prædictis manſis tenet Sigilo VIII, Labertus V, Benno IV, Erleboldus I. Eſt ibi terra dominicata, jugera CCLXV, ex quibus tenet Sigilo XXXIII, Lambertus *XX*, Benno XVIII, Erleboldus VI, Ruotbaldus VII. Sunt ibi prata ad carradas CC, ſilva ad porcos C. Exceptis his manſis ſupradictis tenet Warnarios in *Odendorph* manſus IV, & jugera 3, cum eodem ſervitio & cenſu.

XCVIII. De Dusburhc.

§. 1. Cæsar. In Dusburhc duæ partes decimæ esse deberent Prumensi Ecclesiæ, sicut sunt in *Justene*, quam tenet Pastor ejusdem Ecclesiæ; & puto, quod etiam recipiat censum de mansis nostris; Est in *Dusburhc* Ecclesia, unde omni anno debent exire solidi XXX. Sunt ibi mansa Ledilia XIX; solvit unusquisque ad nativitatem Domini unciam unam, ad Pascha pullum I, ova X. In æstate pro hostilicio denarios V. dies duos in ebdomada operatur. Sunt alia mansa duo; unumquodque solvit in anno solidos tres, & nihil aliud solvit. Est in *Embrike* mansus unus; ad natale Domini solvit unciam unam, in ebdomade facit dies duos. Sunt ibi mansa absa tria; de lino libram I. *Fresones*, qui manent in *Dusburhc*, solvunt ad festivitatem S. Martini uncias VIII, ad Pascha uncias V. & denarios XII. Sunt ibi mansi IV, quos Maginardus dedit: unus ex illis solvit de ordeo modios XV, de siclo modios XVI, de avena modios XIV; multones duos, valentes denarios XII. In anno XIV. dies operatur, & uno die arat. Tertius mansus solvit de siclo modios XVI, de ordeo modios XII, de avena modios XII; arietes duos, XIV. dies operatur, & uno die arat; multones duos. Mansus tertius solvit de siclo modios XVI, de ordeo modios XII, de avena modios X. cæterum ut supra.

pra. Sunt ibi Haiſtaldi VIII. ſolvit unusquisque denarios XII: fœminæ ſolvent ſolidos V.

XCIX. De Arnheim.

Eſt in *Arnheim* Eccleſia una, quæ ſolvit libram unam: manſa Ledilia 7. Solvit unusquisque ad feſtivitatem S. Martini denarios XX, de ſiclo modios 2, de ligno carradas IV; ad Paſcha pullum I, ova V; ad Rogationes porcos duos, valentes denarios V; ad Pentecoſten denarios VI. In menſe Majo XIV. dies, in autumno ſimiliter. Sunt etiam manſa dimidia VI; unusquisque ſolvit ad Pentecoſten denarios VI: & in *Wilippe* ſunt manſus III. unde nullus cenſus exit, niſi quarta pars annonæ: & in *Velide* & *Munichuſen* ſunt manſa V. *abſa.*

C *De Aldenſelen.*

§. 1. Cæſar. *Aldenſele* ſita eſt inter *Deventre* & *Monaſterium* in una terra, quæ vocatur Tronica, (Troentia) & eſt melius oppidum illius viciniæ; habitant enim ibi XVI. Canonici, & eſt ibi Conventualis; ipſum autem oppidum bene eſt firmatum ac munitum.

Sunt in *Aldenſelen* manſi IV, qui ſolvunt uncias IIX. & nihil aliud. Sunt ibi alia manſa XIII: ſolvit unumquodque ad natalem Domini XX denarios; ad Paſcha pullum I; ad paſcendos poledros denarios V. De vino denarios III, de fœno carradam unam; ad Pen-

tecoſten porcum unum, valentem denarios V. Pro hoſtilicio denarios VI. Rateln habet manſum I, qui ſolvit denarios XXV. nihil aliud. Rin habet duas partes manſi; Gelo ſimiliter. Solvit unusquisque denarios XIV, & pullum I; pro hoſtilitio denarios IV, de vino denarios duos; ad paſcendos poledros denarios tres, porcum I. valentem denarios V. Eſt ibi unum territorium, capiens ſementis modios *XXX*. Illo anno, quo ſeminatum fuerit, ſolvit denarios XII: quando ſeminatum non fuerit, nihil ſolvit.

CI. De Tremele.

§. 1. Cæſ. *Tremele*, & ſequens curia *Vamele*, ſitæ ſunt juxta *Numagen* palatium Regium, fluvium, qui *der Wail* appellatur; & hæ curiæ ſatis vicinæ ſunt oppido, quod *Tyle* nuncupatur.

In *Tremele* ſunt manſus IV. cum appendiciis ſuis. Inde *Adalhem* major habet manſum dimidium, ſine cenſu; cæteri tres ſolvunt unusquisque ad feſtum S. Martini denarios *XX*, ad feſtivitatem S. Johannis denarios VII. Ex manſo dimidio exit cenſus denariorum XXIV. *Vendil* ſolvit ad miſſam S. Martini denarios X, ad Natale Domini denarios VIII, in æſtate denarios X.

CII. De Vamele.

§. 1. Hæ villæ omnes ſunt ſibi ſatis vicinæ, ut

ut dictum est alibi. Omnes etiam inveniantur juxta *Tyle*, quod situm est super fluvium, qui *der Wayl* appellatur.

In *Vamele* sunt duo mansus, in *Sandewihe* duo, in *Rotheheim* duo. In *Aspren* mansus & dimidius, in *Wadenoy* mansus unus, in *Huyve* mansus, in *Wediche* mansus, in *Sinewenne* (forte *Suitvenne*) mansus.

CIII. De Testrebant.

§. 1. Cæsar. *Testrebant* sita est ex alia ripa fluminis ejusdem (Vahalis) citò investigare poteritis omnia, si diligentiam adhibueritis.

In *Testrebant* juxta *Linguun* sunt mansus tres; solvit unusquisque ad festivitatem S. Martini denarios X, ad natalem Domini denarios XII. Ex his mansis solvit dimidius mansus denarios XXII.

§. 1. Cæsar. Ubi flumen magnum, quod *Dysla* (Isla) appellatur, intrat mare, habemus piscationem apud unam villam, quæ appellatur.....

CIV. De Worst, Vorst.

De Ecclesia, quæ est in Worst, exeunt solidi *XXX.* ad vindemiam, de siclo modii duo, de ordeo modii tres, ad Rogationem denarii sex; duas XV. noctes. Sunt in *Deventre* Haistaldi tres; unusquisque illorum solvit denarios XII.

De

De Familia Salvatoris, quæ est in Saxonia.

Familia *Sancti Salvatoris*, quæ est in *Saxonia*, solvit inter siclum & ordeum modios CCCC, de melle situlas IV; in æstate de argento solidos *XXX*: & unusquisque illorum VI. dies in æstate operari debet, aut denarios III. solvere. Modo à paganis devastatum est, nec de illis partibus aliquid præter solidos V. venit.

CV. De Gembrighe.

Gembrica sita est non longè à Sancto Goare, quam tenet Comes *Hostadiensis*; & ab eo tenent hæredes Domini Cunradi de *Boparden*, qui morabatur in novo castro, quod appellatur *Sconecke*. Præterea tenet præfatus Comes NB. *Steffelle* & *Unse* juxta *Budensheim*: tenet etiam C. maldra tritici parvæ mensuræ apud *Vitterche*, & plurima alia, quæ non scripta in libro hoc.

Sunt in *Gembriche* mansa ledilia XXIII. solvit unusquisque sualem, valentem solidos V, de lino libram unam, pullos duos, ova *XX*, axiles C; de ligno carradas V, faculas V, palos 3; inter quatuor Lediles bovem hostilicium, I. parafredum, ubicunque præcipitur illi. Angaria ad Monasterium, id est, modios octo, ad S. Goarem duos; Corvadas 3. unum diem ad fimum ducendum, ad fœnum, ad messem. In ebdomada dies duos cum duobus mancipiis.

Glaves

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 10;Leibn. Marg. 10, [782] - 524
PUBLIC DOMAIN

Glaves (*) tres : circa dominicam curtem alias tres, circa broil V. perticas habentes longitudine. Braxare & coquere debent, tres XV. noctes in anno, ſcindalas L; *Subſtratoria* lignorum carradam I. ad dominicam ſcaram. Jugera duo, jornales precatorios duos. Qui dimidium ſervitium faciunt, ſunt ſex: ſolvit unusquisque de lino libram mediam, aut camſilem mediam facit, pullum I, ova X, axiles L, ſcindalas *XXV*, palos IV, *glaves* duos & medium, corvadas tres. Angariam ad Monaſterium, modios IV: ad Sanctum *Goarem* duos; parafredum dant, inter illos VIII. bovem hoſtilicium. Jugera duo, jornales precatorios duos, ad meſſem & ad fœnum, dies duos in ebdomada cum duobus mancipiis. Braxant & coquunt. Ligna ſtratoria carradas duas ad dominicam ſcaram. *Haiſtaldi* ejusdem villæ, ſolvit unusquisque denarios duos; feminæ aut camſilem, aut denarios XII. ſive duos dies ad meſſem & ad fœnum; & ſex denarios ſolvere debent. Sunt ibi manſa ſervilia duo: faciunt omni ebdomada dies tres, pullum I, ova X, jugera duo, jornalem unum. Angariam ad *S. Goarem*, modios duos; ad Monaſterium modios IV. Ad meſſem & ad fœnum

(*) an quaſi crates ex vimine, Gallis *clayes*. Diſtinguendæ ergo ſunt Glaves (clayes) à glave, (claſter) de qua ad Gloſſ. Cæſarii in præfationem.

num tres dies cum uxore ſua, & ad linum colligendum & parandum.

CVI. De Backele.

§. 1. Cæſ. Omnes curiæ hic deſcriptæ ſunt apud S. Goarem ex utraque parte Rheni. Cum illuc perveneritis, interrogate Canonicos S. Goaris, & ipſi plenius vos inſtruent, quis eas teneat, & ubi ſint ſitæ, quam ego: quia ipſi ubique in illis recipiunt decimam de *ſalica terra*, ſicut & Canonici Prumienſes recipiunt in terra iſta. Conſtat mihi tamen, quod nobilis vir de *Iſenburch* tenet ſuper S. Goarem ſupra Rhenum jus Patronatus duarum Eccleſiarum in una bona villa, quæ ..... appellatur. Præterea tenet ſtatim juxta S. Goarem ex alia parte Rheni bonas & optimas vineas. Tenet etiam & alia bona.

Sunt in *Backele* manſa Ledilia IV. unde plenum cenſum, ſicut ſupra dictum eſt; manſa dimid. XXI. ſervilia manſa VII. Sunt VIII, qui curtilem habent. Haiſtaldi & feminæ ſolvunt & ſerviunt nobis.

CVII. De Naſteden.

Sunt in Naſteden manſa Ledilia XXVIII. unde plenus exit cenſus, ſicut ſuperiùs diximus. Ex his ſunt integra XIII. & alia ſunt dimidia. Sunt ibi ſervilia quatuor. Haiſtaldi & fœminæ ſolvunt, ut ſuperiores. Sunt ibi molendina duo.

CVIII.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 10;Leibn. Marg. 10, [784] - 526
PUBLIC DOMAIN

CVIII. De Sualbahc.

In *Sualbahc* est mansus ledilis, qui similiter servit, ut supra. Molendinum I, servilia mansa XII. qui sub uno censu tenentur, id est, tres dies in ebdomada. Et sunt septem, qui sunt sub uno censu, excepto IV. dies in ebdomada. *Haistandi* & feminæ, ut superiores, solvunt.

CIX. De Nessene al. *Nesene.*

Sunt in Nessene mansa ledilia VI. unde census exit, sicut superiores; Molendinum I. Sunt mansa dimidia VII. quæ dimidium servitium faciunt, ut supra. Sunt mansa servilia XII, quæ omni ebdomada faciunt dies IV. cætera, ut superiores.

CX. De Wlacthe.

Sunt in *Wlacthe* mansa plenaria XII, quæ similiter serviunt, sicut superiores. Est ibi mansus dimidius, qui facit dimidium servitium. Servilia mansa XII. Censales, qui censum solvunt, sunt XV.

CXI. De Weneſtre.

Sunt in *Weneſtre* mansa ledilia VII. quæ idem servitium faciunt, ut superiores. Sunt mansa dimidia V, quæ dimidium faciunt servitium. Servilia XVI, quæ ex proprio lino camsilem faciunt, & serviunt, ut superiores servi.

CXII. De Nockere vel *Nocgere.*

In *Nockere* sunt mansa XV. faciunt omni ebdomada dies tres, pullos duos, ova X, jugera duo,

duo, angariam ad Monasterium, id est, modios IV. Braxant & coquunt; glaves duas, perticas IV. habentes longitudine. Ad fœnum & ad messem. In ebdomada dies tres, palos duos, ad vineam watcarii, unusquisque de palis carradam unam.

Summa in Gembricke.

Sunt ibi mansa ledilia XXIII, dimidia VI, servilia 2. De ledilibus exeunt suales XXIII, libræ lini XXIII, pulli XLVI. ova CCCCLX, axiles MMCCC: de lignis carradæ centum & XV, pali LXVIII, boves hostilicii V. In angaria modios CCXXX. Scindalæ MCL. De VI. dimidiis mansis camsiles III, suales III, pulli VI, ova LX, axiles CCC, scindalæ CL, Bos hostilicius unus. In angaria modios *XXX*. De duobus servilibus pulli duo, ova X. In angaria modios *X*.

Summa de *Backele*.

Sunt in *Backele* mansa Ledilia IV, dimidia *XXI*, servilia VII. De Ledilibus suales 4, libræ lini 4, pulli 8. ova 30, angar. mod. 40. De mansis dimidiis *X*. & medius camsiles, pulli XXI, ova CCX; In angaria modii CV. De servilibus mansis VII. Camsiles III. & medius, pulli 7, ova 70, in angaria modii XXXV. Debent exire inter *S. Goarem* & *Palezvelt*, *Biberheim* & *Beltom*, sarciles XXXIV. De *Belton* sarciles XII, de *Dubahc* I, de *Palezvelt* I,

de

de *Riverheim* II, de *S. Goare* XVIII. Præterea exibunt de *Urſule* XIV.

§. 1. Cæſar. Dominus Abbas Prumienſis tres habet principales *ſedes*, quæ quondam ſatis erant competenter ſolemnes ac honorabiles: de quibus Prumienſis eſt una, Monaſterium altera, apud S. Goarem tertia; quarum quælibet habet infeodatos ſatis honeſtos Priores & Capellanos, atque Miniſteriales plurimos, & ſatis copioſam multitudinem mancipiorum, qui cottidianum, quando eis præceptum fuerit, Domino Abbati perſolvent ſervitium. Et ſciendum eſt, quod iſtorum oppidorum reditus, vel ſunt Domini Abbatis, vel ſuarum Eccleſiarum, ſive ſuorum Miniſterialium. Et prædicta hæc tria oppida, ut ita dixerim, Domini Abbatis, & ſuarum Eccleſiarum ac fidelium, debent eſſe quaſi camera & habitatio cottidiana, & ab omni violentia Advocatorum ab antiquis temporibus exemta; & de hoc à multis Imperatoribus ſive Regibus ſunt privilegiata. Advocati quippe non debent ibidem præſumere aliquam exactionem ſeu violentiam exercere vel facere; & nihil aliud, præter tertiam partem placitorum, quæ in foro fiunt, debent ibidem percipere. Dominus autem Abbas, quando ſibi placuerit, cum ſuis fidelibus ac Capellanis ibi manebit, &, ubi neceſſitas exegerit, negotia ſuæ Eccleſiæ

ibidem tractabit: & penitus nullum gravamen ſive impedimentum à ſuis Advocatis, qui ampla & multum commoda ab eo tenent feoda, ſuſtinebunt. Quod ſi forte alienus aliquis ibidem atque in aliis Eccleſiarum noſtrarum curiis violentiam Eccleſiæ inferre attentaret, ipſi, tanquam fideles Eccleſiæ & *homines Legii*, ſicut ſacramento præſtito tenentur, omnibus viribus ſuis, etiam proprio capite, illam debent, quantum in ipſis eſſet, fideliter defendere ac prohibere. Præterea ſciendum eſt, quod ſi Dn. Abbati placuerit in prædictis oppidis concambium & monetam ſuam habere, poterit: hanc enim libertatem ac donationem fundatores noſtri, id eſt, Pippinus, & Carolus Magnus, ejus filius, nobis contulerunt, &, ut patet in eorum privilegiis, Eccleſiæ jure perpetuo poſſidendam confirmaverunt.

Summa de *Naſteden.* Sunt in *Naſteden* manſa ledilia XVIII, dimidia XVI, ſervilia IV. De ledilibus ſuales XVIII, libræ lini XVIII, pulli XXXVI, ova CCCLX. Angariæ modii CLXXX. De dimidiis ſuales VIII, pulli XVI, ova CLX. Angariæ modii LXXX. Serviles manſi IV. camſiles 2, pulli IV, ova XL; In angaria modii XX.

Summa de *Süalbach.* Eſt ibi manſus ledilis: ſolvit ſualem I, camſilem unum, pullos duos, ova XX. In angaria modii X. Servilia man-

manſa XXVIII. pullos XIX, ova CLXXX. In angaria modii XC.

Summa de *Neſene*. Manſa ledilia VI, dimidia VII, ſervilia XII. De ledilibus ſuales VI, libræ lini VI, pulli XII, ova CXX. In angariis modii LX. De dimidiis ſuales tres & medius, camſiles tres & medius, pulli VII. ova LXX. In angaria modii XXXV. De ſervilibus camſiles VI, pullos XII, ova CXX; in angaria modii LX.

Summa de *Wlathe*. Manſa ledilia XII. Dimid. I. Servilia XII. De ledilibus ſuales XII, libræ lini XII, pulli XXIV, ova CCXL. In angaria modii CXX. De dimidio manſo ſualis medius, pullus I, ova X. In angaria modii V. De ſervilibus camſiles VI, pulli XII, ova CXX, In angaria modii LX.

Summa de *Veneſtre*. Manſa ledilia VII, dimidia V, ſervilia XVI. De ledilibus exeunt ſuales VII, libræ lini VII, pulli XXIV, ova CXL. In angria modii LXX. De dimidiis camſiles 2. & medius, pulli V, ova L. In angaria modii XXV. De ſervilibus camſiles VIII, pulli XVI, ova CLX. In angaria modii LXXX.

Summa de *Nocghere*. Sunt in *Nocghere* manſa XV; camſiles XV, pullos XXX, ova CL, in angaria modii LX.

CXIII. Incipit de possessionibus, quas habemus in Episcopatu Wormatiensi.

Sunt in *Dinheim* mansa XII; ex quibus habet Gundaldus mansum I, & Major I. Solvit unusquisque de vino situlas XII, axiles ad *Altrippe* centum, tres palos ad *Vennam.* Si palos & axiles non dant, tunc solvent denarios VIII. Tres carradas de fœno debent *Altrippe* secare, & in scaram ducere, aut in Dinheim. De suo fœno carradas 2. det; pullos duos, ova X. De ligno in autumno carradam I, & in nocte lucernam ad *calcatorium.* Duas XV. noctes. De siclo solvit modios duos, scaram faciunt cum navi ad *S. Goarem* ad *Altrippe*, ad scindelingas (axiles) Ducunt etiam cum carro inter duos, dant denarium 1. ad *circulos* comparandos. Debent coquere, & braxare, & wactare. Debent vindemiam colligere, & in carro suo ducere ad calcatorium. Gundaldus habet ibi vineas duas, Major unam. Sunt ibi vineæ ad carradas XV.

CXIV. De Neccrohc, vel *Nettoye.*

Sunt in *Neccrohc* mansa ledilia XXX; debet unusquisque sualem, valentem solidos V, camsilem I. aut denar. XX, pullos V, ova XV, jugera 3. Tres XIV. noctes: unam ad missam S. Martini, aliam in Februario, tertiam in Majo. Corvadas tres; In hostilicio aut tres bo-

boves mittunt, aut unusquisque jugerum unum facit, hoc est, tria jugera. Ad Missam S. Martini debet unusquisque unum pecus sui Senioris accipere, & nutrire usque ad Pascha de suo. Quod si perdiderit, reddet de suo. Unusquisque debet accipere modios de annona, & ducere ad molendinum, & facere panem, si necesse est; & si non est opus, reddet farinam ad curtem. Similiter de braze modios V. Debent integram carradam vini & carradam farinæ in suo carro ducere, ubicunque eis præcipitur in *Stapagum*. Scaram debent facere in navi usque ad *Covelenze*, vel quantum in IV. diebus possunt ambulare. Ad messem & ad pratum tribus diebus in ebdomada debet mittere duo mancipia. *Glavem* unam circa curtem & in messem. Si quid furatum fuerit in curte per noctem & per sepem exierit: componet ille, per cujus *glavem* exierit, & si per totam, component omnes de villa. *Scuras* cooperiunt, parafredos debent omnes: debent integros IV. Si Senior ibi fuerit, focum de suis lignis facere, & wactare domum, & luminaria dare; & si aliquid fuerit furatum in ipsa domo, debent de suo componere.

§. 1. Cæs. Partem istius allodii modo tenet Ecclesia de *Hemmenrode*, (Hermirode) quæ sita est juxta nos.

CXV. De Geinheim & in *Hildensheim.*

Manſa ledilia XXIV. & dimidium. Debet unusquisque ſualem, valentem ſolidos V. Camſilem ad Paſcha, aut denarios XXX. Friskingam vervecinam, aut ovem cum agno, aut denarios XII. pullos V, ova XV, tres XV. noctes; unam ad Miſſam S. Martini, alteram in Februario, tertiam in Majo cum annona ad Cuckeme; palos V. ad vennam: de ligno carradas V; de minuta quatuor, quinta ad *Fausgina.* Facit jugera tria de ſua annona, ſeminat modios duos de ſiclo, glaves duas perticas tres in longitudine; unam ad *Altrippe*, alteram in *Gleinheim* in die ſuo. Mittit ad vindemiam ad *Dinheim* mancipia duo, ad meſſem & ad fœnum mancipia duo, in ebdomada dies duos; ducit in corvada de fœno carradas duas, ſecat unusquisque carradas V. in die ſuo, & ducit ad ſcaram dominicam. Scaram facit cum ſuo caballo ad Prumiam, & portat, aut VI. ſarciles, aut octo camſiles, aut VI. ſalmones. Ducunt inter duas carradam vini de *Hodensheim* & *Altrippe.* Vadit ad Scaram Dominicam, & *battit* de avena modios X, & ducit ad manſionem, & facit braziam & brazat. Flagellat etiam de annona modios XII. in die ſuo, & mittit in navi, & ducit ad *Chuckeme.* Debet accipere farinam, modios V. & facere panem; verveces lavare

&

& tondere. Debet unum animal Senioris accipere ad Missam S. Martini, & de suo nutrire usque in Pascha. *Sanguisugas* C. Si Senior ibi fuerit, debet caballos suos custodire uno die & una nocte. Debet ad proximum mansionaticum Senioris, aut cum carro vel cum caballo, quicquid præcipitur ei, portare. Debent inter duos victualia porcario portare. Sunt præterea in *Geinheim*, & *Hildesheim*, & *Farenheim* mansa servilia XVIII. Facit unusquisque sarcilem I. X. cubitos in longitudine & IV. in latitudine. Operatur 3. dies in hebdomade in dominico ad messem & ad fœnum cum duobus mancipiis. Debet curtem custodire, debet tres dies in ebdomada post meridiem in scuram dominicam *battare*, reliquum tempus tres dies operari. *Brazant* & coquunt. Debent porcos custodire in pastu simul cum porcario, Ducunt suales ad *Pruniam*. Ubicunque Senior fuerit in pago, debent Friskingas ducere illuc, & custodire, & servire, & de suo vivere. Reliquum servitium faciunt, sicut *ledilia mansa*, excepto, quod suales non solvunt, & tria dimidia. Friskingas solvunt; quod quatuor ex his minimè faciunt.

§. 1. Cæs. Homines etiam nostri, quos habemus in partibus superioribus, id est, *Comes Sylvestris*, Comes, qui dicitur *van deme Nuribc*,

ribc, (*) Comes de *Lainingen*, Comes de *Cazzenelebogen*, Comes de *Hoinſten*, Comes de *Spanheim*; Nobilis vir de *Yſenburhc*, item nobilis vir de *Choverne*, omnes de poſſeſſionibus, quas ibidem habuimus, ſunt infeodati. Præterea infeodati ſunt à nobis hæredes Domini *Werneri de Bolandia*, & fratris ejus Domini Philippi, & multi alii parvi ac magni, ut in veteri libro continetur. Apud *Altrippe* juxta fluvium *Rheni* prope *Necroye*, de quo videlicet *Altrippe* ſæpius mentio fit in iſto libro, erat antiquis temporibus cella fratrum noſtrorum religioſorum, & erat ipſa Eccleſia in honore *S. Medardi* conſecrata. Præterea apud *Keslige* in villa noſtra ſimiliter erat & eſt oratorium *S. Petri Apoſtoli* fabricatum, ubi etiam tunc temporis congregationem noſtrorum Monachorum conſtat fuiſſe, & debitas Deo laudes perſolviſſe. Similiter apud *Rivin* ſuper *Moſam* in finibus Ardennæ erat & eſt Eccleſia in honore *S. Mariæ*; & ſimiliter conſtat de Monachis Prumienſis Eccleſiæ, prioratum ibi fuiſſe, & glorioſæ Virgini Mariæ ſervitium diu noctuque perſolviſſe.

§. 2. Jus Patronatus Eccleſiæ de *Alvesheim* cum decima Comes de *Liningen*, & advocatiam ejusdem curtis tenet in feodo; tenet etiam alia bona. Hæredes Domini *Werneri*

(*) forte *Com Hunrihk*, hodie Hunsrik.

neri de Bolandia, & hæredes Philippi fratris ejus, tenent à nobis infra terminos curtis *Alvesheim*, numero CXVII. descriptæ, bonum castrum, *Hoviles* seu *Hovelz* appellatum. Præterea sunt ibidem quidam milites, qui sunt infeodati de ipsa curte, quorum prædecessores fuerunt homines ac Ministeriales Ecclesiæ: quam qui tenent, tenent etiam & alia bona. Illi de *Ripelskirchen* tenent *Hovelz*.

CXVI. De Wilre.

Sunt in *Wilre* mansa plena IX, ex quibus tenet Siguinus unum. Solvit unusquisque de vino situlas XXV, pullos V, ova XV. Faciunt opera in vineis à Kalendis Februarii usque ad Missam S. Martini, in ebdomada tres duos dies feria II. & III; & datur eis pulmentum de pulmento Dominico, sicut illis de *Merriche*. Colligunt fœnum, faciunt jugera tria; ad messem & ad fœnum mancipia duo; ducunt inter duos de vino ad *Altrippe* carradam unam. Faciunt *circulos* (Reife) & *materiam* (cimber) & quidquid eis præcipitur, quod ad illud opus pertinet. Post Missam S. Martini faciunt XIV. noctes, & faciunt axiles, aut V. perticas ad curtem; palos V. ad vineas. Sunt præterea mansa dimidia. Solvit unusquisque de vino situlas X, pullos III, ova X, & faciunt tres perticas. Reliquum servitium faciunt,

ſicut ſupradicti. Sunt ibi vineæ ad carradas XX.

§. 1. Cæſarius. Wilre eſt infra.

CXVII. De Alvesheim.

Sunt in *Alvesheim* manſa ledilia XV. & dimidia duo. Solvit unusquisque pro camſili denarios XXX. ſualem, valentem ſolidos V, ad Paſcha *Friskingam vervecinam* aut denarios XII, pullos V, ova XV. palos ad vennam, aut denarios V. Secat de fœno carradas V. *Altrippe*, aut ſolvit denarios V. facit XV. noctes III. unam ad Miſſam S. Martini, aliam in Februario, tertiam in Majo: ad meſſem & ad fœnum mancipia duo. Fœnum & de annona, ad ſcuram dominicam carradas V, facit angarias inter duos, ſicut illi de *Geinheim*. Facit jugera tria, & de ſua annona ſeminat modios duos; facit ſcaram ad Prumiam cum caballo, ſicut ſupradicti faciunt, ſolvit de ligno carradas duas ad vindemiam; ad *Dyeneheim* mancipia duo. Battit de annona modios XII. & ducit ad *Iluymode* in navi. Panem & cerviſam faciunt, ſicut illi de *Geynheim*. Debent verveces lavare & tondere; debet unusquisque porcos duos ſui Senioris nutrire à Miſſa S. Martini usque ad dimidium Martium. Sunt præterea manſa ſervilia XIII. Debet unusquisque ſarcilem I, ad Paſcha Friskingam I. valentem denarios VI; debet ad *Altrippe* carra-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 10;Leibn. Marg. 10, [796] - 538
PUBLIC DOMAIN

radas 3; fœnum ſecare & ducere ad ſcuram dominicam, aut ſolvere denarios VI. Debet ad vennam palos tres, aut ſolvere denarios III. Facit tres XIV. noctes, aut ſolidos III. & denarios III; pullos III, ova X. Cætera faciunt, ſicut illi de Geynheim. Faciunt jugera, ſicut illi ſupradicti.

§. 1. Cæſar. *Wilre* eſt bona curia, & eſt ſita juxta *Bolanden* non longè de *Alvesheim*, quam tenet quidam Abbas Præmonſtratenſis Ordinis: quem aliquando ore ad os allocuti fuimus, quo jure poſſideret bona Eccleſiæ? ipſe autem obmutuit, neſciens, quid poſſet reſpondere. Et cum ſuper hoc finale reſponſum ab eo inſtanter requireremus, reſpondit, à quodam milite illam curtem in eleemoſynam recepiſſe. Nos autem affirmavimus, allodium Eccleſiæ noſtræ in eleemoſyna non potuiſſe de jure, ſine voluntate Eccleſiæ, nec recepiſſe, nec debere poſſidere. Super hoc ſatis territus fuit, &, quod nos parcere vellemus, inſtanter rogavit. Nos autem cum poſtea Romam veniſſemus, litteras contra Eccleſiam ſuam, quæ *Rodenkirchen* appellatur, & prædictum Abbatem obtinuimus, quod eum ſuper hoc coram judicibus Domini Papæ convenire-mus. Quando autem de Prumia receſsimus, literas in ſcrinio noſtro cum aliis ſcriniis reli-

qui-

quimus. Quid vero vos inde facere debeatis, prudenter deliberate.

CXVIII. De Ockenheim.

Sunt in *Ockenheim* manſa ſervilia XVI. ex quibus tenet *Hunfridus* manſum unum. Faciunt IV. ex his jugera 3. ſolvit unusquisque de lignis carradam unam, & carradam unam ad vineas; pullum I, ova X, dat Friskingam I. ad S. Johannis Miſſam, valentem denarios X. Duos dies in vineis operatur, uno ad incidendum, altero ad fodiendum. Facit in anno duas XIV. noctes, *glavas* III. circa curtem; ad meſſem & ad fœnum mancipia duo, ad vindemiam mancipium unum. *Battit* de annona modios V, & ducit ad *Binge*. Mittunt inter omnes bovem unum in curte. Quinque ex his ſolvunt unusquisque Friskingam, valentem denarios X. Reliquum ſervitium facit, ſicut ſupradicti. IV ex ſupra dictis ſolvunt unusquisque *Friskingam*, valentem denarios XII. Cæterum facit, ſicut ſupra dicti. Exit ibi de vineis ad carradas XII.

CXIX. De Binge.

Sunt in *Binge* curtiles VI, ubi reſident homines VI. Solvit unusquisque pullum unum, ova X. Sunt ibi *picturæ* tres, ex quibus tenuit Adelramus unam. Sunt ibi *petioles* de vineis, quas tenent ſupradicti homines, & faciunt ad medietatem. Potest ibi eſſe de vineis ad carradas XII. Faciunt ſca-

ſcaram ad *Chucgene*, ad *Altrippe*, ad *Franckenuurth*. Solvunt inter duos ad vindemiam de lignis carradam unam, faculas V. Eſt ibi præterea manſus unus, quem tenet extraneus homo, & ſolvit denarios XII.

§. 1. Cæſarius. Nobilem virum de *Stalebuhc* cum aliis ſcribere nolui, quia nondum conſtat mihi, quod ipſe tenet bonam villam cum patronatu Eccleſiæ ejusdem non longè de *Arre*, quæ villa eſt allodium Eccleſiæ,& appellatur *Effelesbure:* quæ etiam intitula'a eſt in principio libri.

Hîc ſunt intitulati homines nobiles Prumienſis Eccleſiæ. Qui etiam deſiderat ſcire, quid ab Eccleſia in feodo teneant,legat librum, & ſic ſe poterit aliquantulum expedire.

Homines nobiles Prumienſis Eccleſiæ:

1. Comes de Cleyve, Clivenſis.
2. Nobilis vir de Ramdenrode.
3. Nobilis vir van der Dicke.
4. Dux de Limburhc.
5. Nobilis vir de Bremet.
6. Comes Juliacenſis.
7. Comes de Leyne.
8. Comes de Wiede.
9. Nobilis vir de Iſenburhc.
10. Nobilis vir Deckoverne.
11. Comes de Caſſenelbogen.

12. Co-

12. Comes de Hoſtein.
13. Comes de Spanheim.
14. Comes Sylveſtris.
15. Comes Wandemenuhric. [von dem *Hunric*, puto]
16. Comes de Linihngen.
17. Comes de Arre.
18. Comes Hoſtadenſis.
19. Nob. vir de Sleyde.
20. Nobilis vir de Dollendorpht.
21. Comes de Vianden.
22. Dominus de Blanckenheim.
23. Nobilis vir de Malberhc.
24. Nob. vir de Malberhc & de * Volckenberhc.
25. Nob. vir de Hayes.
26. Nob. vir de Numagen.
27. Comes de Luzzelenburhc.
28. Nob. vir de Otyngenbach ultra Rhenum.
29. Nob. vir de Urre.
30. Nob. vir de Kuns.
31. Comes Namurcenſis.

Miniſteriales infeodati, & multi præter hos alii:

1. Hæredes Domini Werneri de Bolanden.
2. Hæredes Philippi fratris ejus.
3. Dominus Udo de Hayes.

4. Do-

(*) Valkenberg, ſupra.

4. Dominus de Sconenberghc.

5. Dominus de Dune.

Majores hic intitulamus Barones, & ſicut habitant in Provinciis, ſic eos permixtim deſcripſimus:

Alve, Elicheroth, Selriche, Niederprume, Luhi, Morlenbahc, Hermanesbaneden, Gunnenbreht, Olmeze, Suirsheim, Budenesheim, Tuntdorpht, Lizzendorpht. Hæ videlicet curiæ in principio libri cum aliis Eccleſiæ curiis non ſunt intitulatæ, neque in libro deſcriptæ. In veteri enim libro nihil de eisdem expreſſum invenimus. Ideo eas cum aliis Eccleſiæ curiis non deſcripſimus. Hoc tamen non multum debetis attendere: nam ſitæ ſunt ante fores Eccleſiæ, & quolibet die, ſi placet, ibidem jura veſtra poteſtis inveſtigare. Taliter enim vobis tenentur ſervire, ſicut cæteræ curiæ, quæ juxta eis ſunt proximæ. Similiter & de curiis veſtris ſupra Moſam conſtitutis mentio non fit in libro; id eſt, de *Rivin*, *Finpen*, & *Fyima*; nec etiam de bonis noſtris, quæ habemus apud *Hubecngt* in Francia; nec non & de bonis, quæ tenemus apud (*) *Chzimingen*. In Friſia multos habemus cenſus: quos etiam in aliis villis ſatis prope Chzimingen debemus annuatim percipere; qui jam diu neglecti ſunt, quia


(*) forte legendum Chrüningen, id eſt, Groninga.

quia non erat, qui eos requireret debito modo cum effectu. Habemus itaque in eadem villa jus Patronatus unius Ecclesiæ, quæ est una de melioribus totius Frisiæ.

In prima pagina libri, unde hæc exscripta sunt, pinguntur *Pippinus Rex Francorum gloriosus, atque Carolus Magnus, ejusdem Pippini filius, victoriosissimus Imp. Romanorum, nec non glorioſissimus Rex Francorum, Prumiensis Ecclesiæ Patroni atque Fundatores primi.* Pippinus in habitu breviori usque ad suras & corona regia. Carolus in Cæsarea corona & longa cappa. In tertia pagina S. Benedictus pictus est cum radiis; cui *Fridericus peccator atque Abbas Prumiensis Ecclesiæ sive Monasterii* adstat in habitu cum cucullo. Ad pedes jacet *Cæsarius, quondam Abbas Prumensis; Deus propitius esto mihi peccatori!* In 4to folio sequitur bulla Innocentii Papæ, data anno 1133. Deinde sequitur in fol. 6. dedicatio Cæsarii ad Fridericum Abbatem. Post hæc prædiorum nomina 119. Postea fol. 7. *Notandum est, quod in isto libro*; [quæ sunt initialia hujus libelli.]




IV 7. B
2504 a



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 10;Leibn. Marg. 10, [804] - -


PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 10;Leibn. Marg. 10, [805] - -

PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 10;Leibn. Marg. 10, [806] - -


PUBLIC DOMAIN

NLB Hannover/ZB 35
032 892 926

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 10;Leibn. Marg. 10, [807] - -


PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 10;Leibn. Marg. 10, [808] - -

PUBLIC DOMAIN



Signatur: ZEN Leibn. Marg. 10;Leibn. Marg. 10, [809] - -
PUBLIC DOMAIN